SOPHOCLIS
TRAGOEDIAE SEPTEM

AC DEPERDITARUM FRAGMENTA

EMENDAVIT
VARIETATEM LECTIONIS, SCHOLIA

NOTASQUE
TUM ALIORUM TUM SUAS ADIECIT

CAROLUS GOTTLOB AUGUSTUS ERFURDT

ANTIQQ. LITT. IN ACAD. REGIOM. PROF. ORD. SEMINARII
REGII PHILOLOGICI DIRECTOR ET BIBLIOTHECAE REGIAE
INSPECTOR TERTIUS.

ACCEDIT
LEXICON SOPHOCLEUM
ET
INDEX VERBORUM LOCUPLETISSIMUS.

VOL. VII.
OEDIPUS COLONEUS.

LIPSIAE,
APUD GERHARDUM FLEISCHERUM.
CIↃIↃCCCXXV.

SOPHOCLIS
OEDIPUS COLONEUS

POST ERFURDTII OBITUM

EMENDARUNT

NOTASQUE

TUM ALIORUM TUM SUAS ADIECERUNT

DR. LUDOVICUS HELLER

CONSIL. AUL. ET ELOQUENT. IN ACAD. FRIDERICO-ALEXANDR.
P. P. O.

ET

DR. LUDOVICUS DOEDERLEIN

LITT. ANTT. IN EADEM ACAD. P. P. O. ET GYMNASII RECTOR.

LIPSIAE,

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM.

CIↃIↃCCCXXV.

PRAEFATIONES.

Sexennio abhinc, quum, quae Erfurdtius ad absolvendam Sophoclis editionem sparsa passim atque inchoata reliquerat, e Seidleri manibus, Schaefero quidem peramanter intercedente, acciperem, non putabam, tantae operae tantaeque difficultatis negotium fore. Adfulgebat enim spes, posse e schedis defuncti unam, quae reliqua esset, fabulam ad exemplum ceterarum haud ita magno temporis spatio expediri, quum praesertim ipse Seidlerus, cuius nonnullas ad Oedipum adnotationes, quas discipulis suis destinaverat, a Passovio accepimus,

ad cetera etiam consilium suum benigne promitteret. Hermannus autem, cuius innumera in me eaque praeclarissima merita palam nec sine gratissimi animi significatione collaudare nunc tandem res ipsa iubet, non solum, ut se, quamquam plurimis gravissimisque negotiis distentum, de locis difficilioribus consulerem, humanissime permisit, sed metricam quoque rem, pariter atque in prioribus factum esset voluminibus, curaturum se ultro pollicitus est. Nec Fridericus Iacobsius invidere mihi voluit, quas aliquot ante lustris in Oedipum Coloneum conscripserat observationes, parcas illas quidem, sed in quibus felicissimum Summi Viri ingenium facile agnoveris. Quae quoniam alioqui vix unquam in publicum emissae forent, neutiquam diffido, insigni hoc huius editionis corollario, additis praesertim Augusti Matthiaei (qui benevolentia adversus me vinci se ab aliis non est passus) etiam parcioribus notis, lectores haud mediocriter nobis obstrictum iri.

Verumtamen, quum muneris mei ratio non modo maiorem temporis partem sibi vindicaret, sed etiam ad latinarum inprimis litterarum acrius intentiusque studium me avocaret, dilata res est longius, quam principio videbatur. Interim post Erfurdtii mortem graecarum litterarum studia paucis quidem annis plus ceperant incrementi, quam ut ibi pedem sistere liceret, ubi is desiisset. Nihil igitur exoptatius contingere mihi potuit, quam quod Ludovicus Doederlinus, collega amicissimus, Sophocleas suas opes, indefessa plus decem annorum opera collectas, ingenue mihi obtulit. Quas quum ipse digerere nec possem, nec, si possem, vellem, non ille recusavit, editoris partes una mecum suscipere. Postquam autem primum inter nos convenerat, ut is textum potissimum cum lectionis varietate nec non et scholia adornaret; (cuius negotii rationem ipse infra explicabit) ita deinde eius opera ad commentandi quoque laborem translata est, ut et argumentum et

forma ex ipsius maxime iudicio penderet. Hinc non dubitavimus multos communiter locos ita quidem tractare, ut, si qua adversus eius adnotationes monenda ego arbitrarer, (quae quidem monitio copiosius interdum erat instituenda) denuo is notam suam retractaret, mea simul, quantum ipsi commodum videretur, suis inserens. Idem vicissim a me nonnunquam factum esse, commemoratione vix eget. Utrius autem cura plus omnino profecerit Sophocles, id nemini ambiguum fore persuasissimum habeo; quamquam apertius hac de re dicere mihi quidem per collegae modestiam non licet.

Non pauca autem, quae ab initio suscepti operis novitatis gratiam habere videbantur, occupata postea sunt quum aliorum in graecos scriptores commentationibus, tum praecipue egregia huius dramatis diu neglecti editione, quae debetur Viro sagacissimi ingenii doctrinaeque quam maxime reconditae, Carolo

Reisigio. Cuius libri tot tamque splendida bona in nostrum solum transferre, sicut minime consilii nostri esse poterat, (quippe quum nemo litterarum bonarum amantior carere illo libro queat) ita iniuriam sane faceremus Viro praestantissimo, si, qui a summis viris ingenue dissentire nequaquam veritus sit, eum dissensionem ipsum ferre non posse suspicaremur, praesertim quum nunquam ab eo discesserimus, nisi servato omni, qui et Viri auctoritati et vero ipsis litteris debetur, cultu atque honore.

Permultum vero tum ipsi Reisigio, tum Bothio, Viro acutissimo, Benedicto, aliisque Viris doctis ob id ipsum debemus, quod ad novas mentem nostram converterunt rationes atque opiniones. Opiniones autem quum dico, sponte adparebit, non confidentius de meis me sentire, sicuti nec pro imperio decernere unquam aut ipse velim, aut aliis id suadeam, in iis utique rebus, in quibus summos omnis

memoriae viros haud raro errasse errataque iterum iterumque correxisse videas. Itaque non modo celebratum illud Atticorum δοκεῖ saepius fortasse, quam placebit, a me usurpatum reperies, sed etiam e pluribus interpretandi rationibus lectori arbitrium relinquere satius plerumque duxi, quam certa et evidentia argumenta ibi somniare, ubi certi quidquam iactantem ipsa insignis Piersoniani libri inscriptio, si quid aliud, redarguere possit.

In nominandis prioribus Sophoclis interpretibus si forte diligentius adcuratiusque, quam opus fuit, suum cuique restituendum censui, veniam ab iis praecipue impetraturum me esse spero, quorum intererit, historiam quasi interpretationis aliquam adumbratam videre et virorum doctorum, suae aetati pro viribus consulentium, ingenia familiarius cognoscere. Ceterum Musgravii notas Erfurdtius iam describendas curaverat: e

Brunckianis autem, quas recentior habet editio, eas exhibui ad fidem diligentiamque Caroli Friderici Gottlobii Steinhaeuseri, Viri humanissimi amicissimique.

Adnotationes ad vss. 9—13. v. 14, 15. v. 62, 63. v. 92. v. 230 (237.) v. 296 — 299 (303—307.) v. 392—400 (399—407.) v. 413 (420.) v. 431 (438.) v. 436 (443.) v. 583, 584 (587, 588.) v. 606 (610.) v. 731 (735.) v. 742 (746.) v. 936 (940.) v. 1173, 1174 (1179, 1180.) v. 1193 (1199.) v. 1194 (1200.), quae iam olim in tribus proluss. academicis prodierunt, nunc immutatae partim, partim retractatae denuo comparent. Enimvero tum in his, tum in reliquis multa adhuc, quae est humanarum rerum conditio, manca atque imperfecta residere, quovis alio libentius concedo. Atque tantum abest, ut meliora a peritis aequisque harum rerum arbitris edoceri molestum sit, ut meo nomini quomodocumque offici facillime patiar, dum-

modo id fiat unius litterarum salutis commodique caussa: utque satis habeam, si mea qualiacumque eo valuerint, ut doctiores prudentioresque idem opus felicioribus resumant auspiciis.

L. H.

Restat, quoniam textus constituendi paene liberum arbitrium a collega mihi est concessum, ut, quae de adminiculis textui emendando adhibitis moneri opus est, ego adiungam. Ac primum quidem in hoc quoque Erfurdtii exemplum sumus secuti ut, quod ille fecit, cantica ex Hermanni descriptione exhiberemus. Idque tanto lubentius viri summi reique metricae peritissimi tribuimus autoritati, quod ipse tum maxime editionem huius ipsius fabulae parabat. Ea ne nostrae editioni hac in re nimium esset dissimilis futura, simul nostra rei metricae scientia parum confisi, ita typis excudendas curavimus canticorum descriptiones, quemadmodum Hermannus

praescripturus fuisset; quae res, opinor, excusatione non eget.

Textui emendando nulla fere adhibere potuimus subsidia praeter illa, quae a Brunckio fuerant usurpata, antequam prodiret Elmsleii editio copiosissima. Ac dici vix potest, quantum et iucunditatis et molestiae tulerit haec res. Longum ac putidum est negotium colligendi apparatus critici et in ordinem redigendi; solito etiam molestius nobis, quoniam Erfurdtii vestigia prementibus plane separandus erat apparatus criticus a commentario critico et exegetico. Quod negotium postquam ita absolutum erat, ut prelis iam tradituri essemus omnia, tum vero factum est, ut Elmsleii editio in manus veniret. Hinc rursus morae necessitas et excusatio. Omnia enim retractanda fuerunt, quia non solum nova plurima adtulerat Elmsleius, sed etiam ex iis, quae Brunckius de librorum scriptura tradiderat, falso quaedam tradita testatus erat. Adeo

autem se Elmsleius non solum diligentem, sed etiam veritatis cultorem se praestitit, qui ne eas quidem lectiones celaverit, quibus sua praecepta grammatica subverti videret, ut hunc potissimum autorem et testem sequi minime dubitaremus.

Ac de copiis suis haec tradit Elmsleius, cuius ipsa verba transscripta exhibere consultissimum duxi. „Sive antiquitatem spectes, sive bonitatem, primus est LAUR. A. seu Membranae Laurentianae, bibliothecae scilicet Laurentianae, quae Florentiae est, plut. XXXII cod. 9, de quo consulendus Bandinius T. II p. 132. Scholia in Sophoclem, quae Romana vulgo appellantur, ex hoc codice descripta esse plus semel monui. Romanam scholiorum editionem, quam tanti fecerant Porsonus aliique, in annotatione mea prorsus neglexi, propterea quod scholia ex eodem codice iterum descripta habeo, idque accuratius, ni fallor, quam in impressis leguntur.

LAUR. B. Eiusdem bibliothecae plut. XXXI cod. 10, de quo vide Bandinium T. II p. 85. Recens est et mendosissimus, nec non a librario profectus, qui coniecturas suas in textum admittere non dubitaret. Exemplum audaciae minime vulgaris habemus ad v. 945, ubi MSS. plerique: *οὐδ' ὅτῳ γάμοι | ξυνόντες εὑρέθησαν ἀνόσιοι τέκνων*. Hic vero librarius, quum quid essent *γάμοι τέκνων* minus intelligeret, pro duobus verbis *ἀνόσιοι τέκνων* audacter reposuit *ἀνοσιώτατοι*.

PAR. A. B. Parisiensis bibliothecae regiae 2712 et 2782 a Brunckio usurpati.

PAR. F. Eiusdem bibliothecae 2886 a Brunckio neglectus, postea vero a Godofredo Faehsio cum editione Brunckiana collatus, cuius Sylloge Lectionum Graecarum varias lectiones in hac fabula repertas exhibet p. 245–49. E Laur. A. derivatus videtur, neque solus ullam auctoritatem in scriptura constituenda habet.

Par. T. Eiusdem bibliothecae 2713 primum a Turnebo, deinde vero a Brunckio usurpatus. Triclinianam recensionem exhibet. Qua de recensione plura alias dicam. In praesentia vero monendus est lector, longe pauciora apud Sophoclem a Triclinio immutata esse, quam putavit Brunckius. Fuerunt enim ante Triclinium, qui Sophocli ex coniectura emendando operam darent, tum alii, tum grammaticus, cuius recensionem exhibet MS. Par. B. Lectiones ex ea recensione profectas plus CXX collegi in annotatione ad v. 7 p. 355, quas omnes adoptavit Triclinius. Sophocles igitur, ut a Turnebo e MS. Par. T. editus est, duos expertus est correctores minus aequo coniecturarum parcos, alterum, cuius nomen hodie ignoratur, alterum Demetrium Triclinium.

RICC. A. Florentinus bibliothecae Riccardianae. Plerumque consentit cum Brunckiano Par. A. eo tamen recentior et longe

deterior est. Eandem fere Oedipi Colonei recensionem exhibent hi duo codices, quam in codice suo reperit Aldus.

Ricc. B. Florentinus eiusdem bibliothecae, recens et pessime scriptus, mutilus etiam in hac fabula post v. 854. Derivatus est e Laur. A. ut Par. F.

VAT. Palatinus bibliothecae Vaticanae 287. quem ad Euripidis Medeam Rom. C. appellavi, ad Bacchas vero Pal. Collationem huius fabulae habuit Dorvillius, quam in Animadversionibus ad Charitonem saepe laudavit. Longe meliorem mecum communicavit Amatius. Dorvillii collatio typis descripta exstat in Sophoclis editione Oxoniensi, quae prodiit anno 1812. Codex eandem in hac saltem fabula recensionem exhibet, quam Brunckianus Par. B. Sed Par. B. haud paullo emendatior est.

FARN. Neapolitanus bibliothecae regiae, in quam e Farnesiana, quae Romae erat, illatus est. Triclinianam exhibet recensionem

longe tamen mendosius exaratam quam in Brunckii Par. T.

Quatuor codices Laur. A. Par. A. B. T. magna cum utilitate usurpati sunt. Horum qui copiam habent, ceteris Laur. B. Par. F. Ricc. A. B. Vat. Farn. sine ullo incommodo carere possunt. "

Accesserunt ad has copias pauca quaedam subsidia trium codicum, Victoriani, Livineiani, Veneti, quorum unus plane adhuc incognitus fuit, duo reliqui nuper demum publici iuris facti sunt.

Asservatur in bibliotheca regia Monacensi editio Iuntinarum altera, qua in illustrando Sophocle quum uteretur Petrus Victorius, usque ad v. 1080 varias lectiones ex codice aliquo excerptas adscripsit. Eas lectiones, aliquot ante annis a se exscriptas, Andreas Ehrhardus, vir doctissimus, gymnasii Landishutensis rector, tradiderat Friderico Thierschio, cuius liberalitate nostras in manus pervenerunt.

Idem est liber editus, de quo in Actt. Monac. T. I P. 3 p. 321 mentionem fecit Thierschius: „Est Iuntinarum altera, cuius primum et extremum folium desiderantur, ut iudicare non possim, utrum ea anno MDXXII an MDXVII excusa sit. Notis, scholiis, glossis et variis lectionibus instruxit utrumque Oedipum et Trachinias. Dolendum autem, ductus literarum tam confusos et atramentum tam pallidum esse, ut plura, quae appinxit, nullo modo perspici possint.“ Codex MS., cuius lectiones excerpsit Victorius, cum nullo ex reliquis prorsus conspirat. Nam licet Elmsleius in Annot. p. 83 probabiliter statuerit, Victorium in describendo illo argumento, quod primus edidit Thierschius, usum fuisse membranis Laurentinis, varietas lectionis tamen non congruit cum Laur. A. Quae scholia Graeca adscripserat Victorius nova, perpauca illa quidem, scholiis antea vulgari solitis inserui. Plus utilitatis adtulerunt illae schedae ad tollendas quasdam scholiorum mendas, siquidem

illarum ope, ut hoc utar, scholion vetustum ad v. 149, quum *μαίνοντα* corruptum fuisset in *βαίνοντα*, in integrum restituimus. Ipsius Victorii scholia sive glossas Latine scriptas non erat, quod typis mandaremus integras; quicquid haud prorsus inutile iudicaremus, id prompsimus cum speciminis caussa, tum Victoriani nominis reverentia. Quorsum enim pertinuit, omnia evulgare, quae tali viro scribere suum in usum placuerat? quum neque tanta sit Petri Victorii autoritas, ut quicquid illi tribus abhinc seculis in mentem venerit, religiose perpendendum videatur, nec is verus honos sit, nominis alicuius amplitudini hoc dari, ut ea quoque evulgemus, quae in nullum rei usum evulgantur. Sed argumentum metricum a Victorio exscriptum tametsi non dignum est visum, quod antiquis istis argumentis immisceretur, noluimus tamen lectoribus prorsus invidere, quum praesertim verborum quorundam aut corruptela aut obscuritate induerit speciem aliquam antiquitatis venerabilem.

Ἐμμέτρως ὑπόθεσις τοῦ ἐπὶ Κολωνοῦ Οἰδίπου.

Ἤλυθεν ἐκ Θήβης ἀλαὸν πόδα μακτρεύουσα
πατρὸς ὁμοῦ μητρὸς τλήμονος Ἀντιγόνη
ἐς χθόνα κεκροπίης καὶ τὰς Δήμητρος ἀρούρας,
σεμνῶν δ' ἐλύθη σηκὸν ἐς ἀθανάτων·
ὡς δὲ Κρέων Θήβηθεν ἔχων εἰςῆλθεν ἀπειλὰς
Θησεὺς ταῖς ὁσίαις ῥύσατο χερσὶ βίᾳ,
Φοιβείων παρέχειν χρησμῶν φάτιν· εἶπεν ἀληθῆ
ἔνθεν ἄρ' ὁ πρέσβυς τόνδε κρατεῖν πόλεμον·
Ἄργοθεν (sic) *ἦλθε θεῶν ἱκέτης κρατερὸς Πολυνείκης,*
τῷ δὲ πατὴρ στυγερὰς ἐξαπέλασεν (sic) *ἀράς·*
Μοῖραι γὰρ δυσάλυκτοι ἐφ' ἱππείου Κολωνοῦ
ἤγαγον ἀνδραπόδων πνεῦμα πολυχρόνιον·
ὡς δ' ἦν Αἰγίδης ἔφορος λογίων ἑκάτοιο
σεισμοῖς καὶ βρονταῖς ἦν ἀφανὴς ὁ γέρων.

Deinde *Livineius* codicis alicuius lectiones enotaverat, vulgatas in Diarii classici Vol. XIV;

cuius tamen codicis, Hermanno iudice ad El. 170, „non est alia quam emendatoris auctoritas, quum ubique correctiones metri caussa factas exhibeat.“ Elmsleius huius collationis mentionem facere aut oblitus est aut dedignatus.

Postremo collatus est codex *Venetus* ab Imman. Bekkero; nobis tamen nihil de ipso codice innotuit, praeterquam quod Franc. Passovius in Commentatione de Aeschyli Persis lectiones ex eo depromptas memoravit.

Aldinam ipse quatuordecim abhinc annos post Brunckium denuo contuli. Viti Vinshemii versioni quantum sit tribuendum, etiamnunc haereo. Interim operae pretium visum est, conferre versionem eius cum textu Graeco, et, quos locos secus verterit, quam debebat, ita notare, quasi discrepantem codicis lectionem secutus esset, non interpretatione erravisset.

Iuvat sub finem praefationis memorare,

quo quemque codicem compendio in apparatu critico repraesentaverimus.

LA. est Laurentinus A.
LB. est Laurentinus B.
Mbr. est Parisinus A, sive ut Brunckius eum appellare consuevit Membranaceus.
B. est Parisinus B.
MSF. est Parisinus F.
T. est Parisinus T.
RA. est Riccardinus A.
RB. est Riccardinus B.
Vat. est Vaticanus.
Farn. est Farnesianus.
Vict. est Victorianus.
Livin. est Livineianus.
Ven. est Venetus.

L. D.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 10 l. 28 insere: v. 20. ὁδοῦ Suid. s. v. οὐ.

P. 16, 95. post σέλας colon pone pro commate.

P. 19 ad v. 154 πότων pro τόπων.

P. 31, 320 ἥκεις sine interrogatione scribendum.

ib. 324 scr. δ' ἐμοῦ pro τ' ἐμοῦ.

P. 34 ad v. 364 scr. *Venet.* pro *Iunt.* 2.

P. 44 ad v. 510 *Martinus* pro *Martini*.

ib. ad v. 515 scribe: στέρξον δ' *ex coni. Erfurdtii; vulgo* στέρξαν *sine* δέ. pro: *Fortasse* στέρξον δ' *scribendum ex coni. Erf.*"

P. 45 ad v. 525 *γε Hermannus infert*, pro: *γε Brunckius infert.*

P. 56 ad v. 657 post κείνοις δ' ἴσως εἰ δ' insere *Vat.*

P. 61 v. 732 post ἕπεσθαι insere πρὸς.

P. 65 v. 782 ἄταφος pro ἄταφος.

P. 64, 800 γῆρα pro γέρα.

P. 68, 837 ἔντοποι pro ἔντοπο.

P. 69 ad v. 858 ἀπειργάθοι.

P. 75 ad v. 938 post *Livin.* insere: *et LB.*

P. 80, 1025 τοσήνδ' pro τοσήν δ'

P. 82, 1059 colon pone post ἁλώσεται.

P. 83, 1081 comma pro puncto pone post Ἀθάνα.

P. 91, 1186 scr. *ἀλλ' ἴα 'υτὸν' εἰσὶ κ. τ. λ.*

P. 102 ad v. 1590 ita scr. *αὐτοῦ Vat. αὐτοῦ caeteri.*

P. 104 ad v. 1429 post *Vat.* insere: *Venet.*

ibid. ad v. 1432 *εἰσόψεσθ'* pro *εἰς ὄψεσθ'.*

P. 106, 1448 colon dele post *ἄνω.*

P. 108 ad v. 1485 del. *Schol.*

P. 112 ad v. 1549 *Minn.* pro *Momm.*

P. 126 ad v. 1745 scr. *προπιτνοῦμεν Erfurdtius coniecit.*

P. 135, l. 16 *Φιλήμων ὁ κωμικός.* Adde notulam: Vid. Meinek. Fr. p. 431.

P. 161, l. 6 *καθικέτευσον.* MS. Laur. ap. Elmsleium habet *καθικέτευσας.*

P. 163, l. 25 *'Ησυχίδαι.*

P. 167, l. 15 *ΔΙΟΙΧΕΤΑΙ* pro *ΔΙΟΙΓΕΤΑΙ.*

P. 173, l. extr. post *κλάδον ἀπὸ τῆς* adde: „*ἔνιοι δὲ κλαδὸν* „*ἀπὸ τῆς ἐν 'Ακαδημίᾳ ἐλαίας ἀπὸ τῆς ἐν ἀκροπόλει φυτευθῆ-* „*ναι φασίν.* Ita fere membranae Laur. Fortasse legendum: „*ἔνιοι δὲ κλαδὸν ἀπὸ τῆς ἐν ἀκροπόλει ἐλαίας ἐν 'Ακαδημίᾳ* „*φυτευθῆναι φασίν.*" *Elmsl.*

P. 174, l. 9 scr. *ΠΡΩΤΑΙΣΙ* pro *ΠΡΟΤΑΙΣΙ.*

P. 174, l. 22 ad v. 722. „Hoc scholion editori Romano de- „betur. Membranae enim Laur. nullum habent." *Elmsl.*

P. 178, l. 1 ad *ταῖς 'Αθήναις.* „Membranae Laur. *ταῖς Θή-* „*βαις* habent." *Elmsl.*

P. 179, l. 27 Membr. Laur. *'ΗΚΕΝ* pro *'ΗΚΟΝ* et versu sq. *ἐληλύθει* pro *ἐληλύθειν* exhibet.

P. 184, l. 27 *Ottfr.* pro *Ottm.* — Caeterum adde: Valck. ad Ammon. p. 95.

P. 188, l. 1 ad *τὴν πολλὰ ἀνατλᾶσαν.* „Membr. Laur. sine „lemmate: *τὴν πολλὰ δὲ ἀνατλᾶσαν τὴν κ. τ. λ.*" *Elmsl.*

P. 188, l. 8 post *σημαίνει* Membr. ap. Elmsleium *μὲν* inserit.

P. 192 extr. post *traditur* adde: Caeterum *ἄνθεον* pro *ἔνθεον* coniecit Lobeck. ad Phryn. p. 284, et *ὕλαι* pro *ὕλας* in Membr. Laur. legi testatur Elmsleius.

P. 195 extr. post *Meineke* adde: p. 123, qui quidem *Ναυκλήρῳ* potius et ipso versu *ὁ δὲ Πολυνείκης* scribendum esse suspicatur.

P. 197, l. 16 ad *αὐξηθέντα*. Elmsleius h. l. sic exhibet: *ἐπειδὴ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις (ὅ ἐστιν εἰς τὸ ἔμπαλιν) τρέπων τὰ ἤδη αὐξηθέντα*. Mox idem *ἐφ' ἑαυτῷ* ex Membr. Laur.

P. 216, l. 25 *agere ferre* pro *agere, ferre*.

P. 225, l. 3 *eximatur* pro *eximeretur*.

ib. l. 24 *χῶρον* pro *Χῶρον*.

P. 233, l. 7 dele *in-*.

P. 234, l. 4 *εἰ* pro *τι*.

P. 238, l. 25 *possit* pro *posset*.

P. 244, l. 7 *μήτε—μήτ'* pro *μηδὲ—μήδ'*.

P. 250, l. 18 *χρῇ* pro *χρή*.

P. 253, l. 29 *μήτι* pro *μήτε*.

P. 255, l. 10 *solos* pro *solus*.

P. 259, l. 19 *cohaerent; imo* pro *cohaerent, quia*.

P. 260, l. 24 *sed equis* pro *sed quis*.

P. 265, l. 21 *simplici* pro *simplice*.

P. 269, l. 30 *ἐπίσχες* pro *ἐπίσχε*.

P. 272, l. 14 comma pone post *ὦ παῖ*.

P. 277, l. 29 *ἐπ'* pro *ἔπ'*.

P. 280, l. 6 *Choëph.* pro *Coëph.* Idem error recurrit p. 294. 309.

P. 281, l. 26 *Victor.* pro V.

P. 286, l. 30 *ficta, re factisque* pro *ficta re, factisque*.

P. 287, l. 5 *continuetur oratio* pro *continuet*.

P. 289, l. 22 *his* pro *hic*.

P. 292 l. 12 ᾧ pro ὦ.

P. 293, l. 2 *referendi* pro *refendi.*

P. 296, l. 15 adde: Ad idem genus loquendi referendum est *αὐτός τις* in Thuc. VI, 77. *καὶ οἰόμεθα τοῦ ἄπωθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου οὐκ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν. Doed.*

P. 302 ad v. 300. Vellem ita h. l. vexatissimum tractassem: *Εὕδειν* h. l. est *oscitare*, *negligere* aliquid, uti fere in Eur. El. 617 de Aegistho:

ἔγνως· φοβεῖται γάρ σε κοὐχ εὕδει σαφῶς.

Iam *κεἰ βραδὺς* (scil. *ὢν*) *εὕδει* usitata modorum commutatione dictum pro *κεἰ βραδύνει εὕδων*, h. s. Etiam si initio ab illo *ξένῳ* seu *σκόπῳ* qui te quis esses ignorabat, ad te venire iussus *cunctatus* sit obtemperare, *aspernans* quippe tam insolentem ignoti erronis invitationem, tamen deinde, simulatque ex *ἐμπόροις* nomen invitantis illustrissimum rescivere, non dubitabit huc venire. — Caeterum de *πολύ*, quod paulo ante legitur, haec fere adnotare debebam: *πολύ*, *de quo multa dicuntur.* Oed. T. 786. *ὕφειρπε γὰρ πολύ.* Vid. Bremi ad Aeschin. Tim. 68. *Doed.*

P. 304, l. 2 *πλάνῃ καὶ* pro *πλάνῃ; καὶ*

ib. l. 11 scr. *gl. Vict.* pro gl. v.

P. 305, l. 9 *προσφώνημαθ'* pro *προσφωνήμαθ'*

P. 307, l. 4 *restituendum.*

P. 309, l. 12 post p. 229 B insere *ποά.*

P. 313, l. 3 *κενή* pro *νενή.*

ibid. l. 31 *ἀπιόντι οὐ* pro *ἀπιόντι; οὐ*

P. 319, l. 8 scr. *ἀλιτήριον*

P. 321, l. 30 post p. 383 insere: *enotavit.*

P. 330, l. 17 comma pone post *extruduntur.*

P. 331, l. 10 *Oed.* pro *Od.*

P. 335, l. 12 post *quoddam* insere: *genus dicendi.*

P. 338, l. penult. *Tragg.* pro *Fragm.*

P. 342, l. 4 et 5 dele comma post ἄδειαν et scr. *et* τροφὰς βίου, *ut* πτωχός.

P. 343, l. 17 *illas* pro *illis*.

ibid. l. 26 ad παλαίφατοι ἀραί adde: conf. Herm. ad Ant. 900.

P. 344, l. 1 scr. *exprobraverat*.

ibid. l. 13 *significat* pro *signifiat*.

P. 346, l. 27 νεογνῆς pro νεογῆς.

P. 347, l. 27 χοαῖοι pro χραῖοι.

P. 348, l. 21 μελάμφυλλά.

P. 352, l. 5 ἐκτείνειν pro ἐκτείνεειν.

P. 353, l. 10 post *autem* insere: *qui*.

P. 356, l. antepen. dele punctum post ἀνοίξῃς.

P. 359, l. ult. ὃν pro ὅ.

P. 364, l. 4 ἐπωφέλησα nunc eodem modo explicandum arbitror, quo ἥκομεν explicuimus ad v. 12. Dictum puta pro: δῶρον ὃ μήποτε ἐξελέσθαι ἐπωφέλησέ μοι vel με. *Doed.*

P. 371, l. 29 *Non* pro *Nam*.

P. 373, l. 3. Non absolvisse mihi videor huius loci interpretationem, quoniam scripsi: „Ultra necessitatem additum „ὥστε." Imo maxime necessarium est, quum haec sit plena oratio: τὸ σὸν γενναῖον ἐν βραχεῖ λόγῳ παρῆκέ μοι βραχέα φράσαι, ὥστε βραχέα μοι δεῖσθαι φράσαι. *Doed.*

P. 373, l. 16 γάρ pro γὰρ.

P. 375, l. 15 comma pone post *praestat*. Ibid. l. 22 adde: Non aliter ἔσθ' ὅπου quam pro ἔσθ' ὅτε intelligendum in iis locis quos collegit Erfurdtius ad Oed. Tyr. 448.

P. 375, l. 20 post *non* insere: *solum*.

P. 380, l. 9 *num* pro *eum*

P. 388, l. 21 scr. θαυμαζέτω.

P. 391, l. 3 post κακοῖν adde: *Doed.*

P. 395, l. 3 *Schaef.*

P. 398, l. 21 *Livineius* pro *Vituleius.* Idem error recurrit p. 405, l. 19.

P. 403, l. 15. Cum *νομὰς ῥεέθρων* comparare debebam Oed. 1350 *πέδας νομάδος ἐπιποδίας*, quod similem in modum nuper explicuit Hermannus. *Doed.*

P. 404, l. 13 dele punctum post *λεπάδνων.*

P. 405, l. 2 scr. *provenire* pro *pervenire.*

P. 409, l. 5 scr. p. 74 pro: p. 330.

P. 416, l. 24 scr. *si* pro *sic.*

P. 419, l. 3. *erronis* pro *erroris.*

P. 424, l. 23 scr. accipiendum. *Doed.*] pro: accipiendum.] *Doed.*

P. 424, l. 29 dele *ita* post *an.*

P. 433, l. 1 scr. *tu es* pro *tues.*

ibid. l. 7 scr. *referendam* pro *referendum.*

P. 436, l. 3 *filiabus* pro *filialibus.* Ibid. l. 16: 468 pro 475.

P. 440, l. 16 sqq. scr. *addatur* . . *exspectetur* . . *intelligatur.*

ibid. l. 26: 1249 pro 1241.

P. 444, l. 19 scr. *οὐ τελεῖ* pro *οὐτελεῖ.*

P. 461, l. 8 post 1423 insere: *Doed.*

P. 462, l. 12 *Graecos* pro *Graecos.*

P. 464, l. 18 scr. *verisimilitudine.*

P. 472 post med. adde: Soph. El. 83. *ἥκιστα· μηδὲν πρόσθεν ἢ τὰ Λοξίου πειρώμεθ' ἔρδειν, κἀπὸ τῶνδ' ἀρχηγετεῖν.* pro *κἀπὸ τῶνδ' ἀρχηγετῶμεν. Doed.*

P. 477, l. 5 *τάδ'* pro *πάδ'*. l. 28 *Hel.* pro *Hell.*

P. 499, l. 25 dele *Cui.*

P. 523, l. 20 post *Lucan.* insere: I.

P. 528, l. 26 scr. quantumvis.

P. 536, l. 24 τοῦθ' pro τοῦ θ'.

P. 541, l. 10 comma pone post *Sophoclem.*

P. 549, l. 19 *πανδίκως θανεῖν*, nisi omnia me fallunt, idem est quod Latinorum *emori*, quod verbum *miserae vitae* solet opponi, ut Cic. Pis. 7 p. med. Off. III, 32. Sall. Cat. 20. Iug. 14. *Utinam emori fortunis meis honestus exitus esset neu vivere contemtus viderer, si defessus malis iniuriae concessissem. Nunc neque vivere libet, neque mori* (MS. bibl. Bernensis n. CCCLVII a me collatus hoc quoque loco *emori* exhibet) *licet sine dedecore.* **Doed.**

P. 576, l. 11 *οὐδενὶ* pro *εὐδενὶ.*

P. 578, l. 20 ad *μοῖρα κιχάνει* adde: Ante omnia comparandus est Hom. Iliad. XXII, 436. *νῦν αὖ θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει*, ubi Homerus quoque nulla metri necessitate impulsus, sed euphemismi cuiusdam gratia, ut videtur, obiectum *σε* supprimere maluit. — Ad *μάτην* vs. sq. pro *μάταιον* positum, laudare debebam Herodot. VII, 103. *ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη.* **Doed.**

P. 581, l. 3 post *Antigonae* insere: v. 351.

P. 599, l. 13 dele verba: (unde *δορύξενος*).

P. 619, l. 21 scr. *possint* pro *possunt.*

ibid. l. 23 *πόλλ'* pro *πολλ'.*

P. 638, l. 9 *caritatem* pro *caecitatem.*

P. 641, l. 6 *πω* nunquam pro *ποτέ* poni persuasum habeo. Unum locum laudat Porsonus ad Hec. 1268 ex Soph. El. 403.

οὐ δῆτα· μήπω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή.

qui quidem simillimus haud dubie est Euripideo:

μήπω μανείη Τυνδαρὶς τοσόνδε παῖς.

Ambobus locis hoc commune est, ut de *iuvenibus* sermo sit, de Electra et Helena, quarum illa quidem hoc dicit: *Utinam ne iam nunc iuventae id mali mihi accidat, quod senectuti proprium est, ut insanire incipiam;* quasi quandoque ἐπὶ γήραος οὐδῷ, vecordiam non sit deprecatura. Hinc intelligitur, in illis quidem locis ne λιτότητα quidem quam dicit Porsonus inesse. *Doed.*

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι ΟΙΔΙΠΟΔΟΣ.

Ὁ ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίπους συνημμένος πως ἐστὶ τῷ Τυράννῳ. τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν Οἰδίπους, 1) ἤδη γηραιὸς 2) ὢν ἀφικνεῖται εἰς Ἀθήνας ὑπὸ τῆς θυγατρὸς 3) Ἀντιγόνης χειραγωγούμενος. ἦσαν γὰρ 4) τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα φιλοστοργότεραι 5). ἀφικνεῖται δὲ εἰς Ἀθήνας κατὰ τὸ πυθόχρηστον, ὡς αὐτός φησι, χρησθὲν αὐτῷ 6) παρὰ ταῖς σεμναῖς καλουμέναις θεαῖς μεταλλάξαι τὸν βίον. τὸ μὲν 7) οὖν πρῶτον γέροντες 8) ἐγχώριοι, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συνέστηκε, πυθόμενοι 9) συνέρχονται 10), καὶ διαλέγονται πρὸς

1) ὁ Οἰδίπους LA.

2) ἤδη γὰρ γεραιὸς Turneb. omissis τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν Οἰδίπους — γεραιὸς LA.

3) ὑπὸ μιᾶς τῶν θυγατέρων Brunckius.

4) ἦ γὰρ B. τῶν γὰρ ἀρσένων αἱ, θήλειαι Turn.

5) μᾶλλον φιλόστοργοι B. Turn.

6) κατὰ πυθόχρηστον κ. τ. λ. LA. κατὰ τὸ ἐν Πυθῶνι χρησθὲν αὐτῷ. ὡς αὐτός φησι. Turn.

7) τότε μὲν Turn.

8) γέροντι Vict.

9) πυθόμενος B.

10) τότε μὲν οὖν ἔρχονται, omissis intermediis, Ald.

αὐτόν. ἔπειτα δὲ Ἰσμήνη παραγενομένη τὰ κατὰ τὴν στάσιν ἀπαγγέλλει τῶν παίδων, καὶ τὴν γενομένην 11) ἄφιξιν τοῦ Κρέοντος πρὸς αὐτόν 12). ὃς καὶ παραγενόμενος ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν αὐτὸν 13) εἰς τοὐπίσω, ἄπρακτος ἀπαλλάττεται 14). ὁ δὲ, πρὸς τὸν Θησέα διελθὼν τὸν χρησμὸν, οὕτω τὸν βίον καταστρέφει παρὰ ταῖς θεαῖς.

Τὸ δὲ δρᾶμα τῶν θαυμαστῶν, ὃ καὶ ἤδη γεγηρακὼς ὁ 15) Σοφοκλῆς ἐποίησε, χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ, 16) (ἦν γὰρ Κολωνῆθεν 17)), ὥστε τὸν μὲν δῆμον ἐπίσημον ἀποδεῖξαι 18), χαρίσασθαι δὲ καὶ τὰ μέγιστα 19) τοῖς Ἀθηναίοις, δι᾽ ὧν ἀπορθήτους 20) ἔσεσθαι, καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὺς κρατήσειν 21) ὑποτίθεται ὁ Οἰδίπους, προαναφωνῶν καὶ ὅτι 22) διαστασιάσουσι πρὸς Θηβαίους ποτὲ, καὶ τούτων κρατήσουσιν ἐκ χρησμῶν διὰ τὸν αὐτοῦ τάφον 23).

11) γενησομένην legendum esse suspicatur Elmsleius.

12) Haec periodus ab ἔπειτα δὲ inde in B. propter homoeoteleuton omissa est.

13) ἀγαγεῖν αὐτὸν LA. B. ἀγαγεῖν omisso αὐτὸν Turn.

14) ἀποστέλλεται B. Turn.

15) Articulum omittit B.

16) τῷ ἑαυτῷ δήμῳ B. (ου superscr.)

17) Κολωνῆθεν B. Κολώνηθεν LA. Turn. Κολωνόθεν Ald.

18) ἀποδεῖξαι LA. B. Turn. ἐπιδεῖξαι Ald.

19) τὰ μέγιστα omittit Turn.

20) ἀπορθήτων LA.

21) κρατῆσαι B.

22) καὶ ὅτι B. LA. Turn. ὅτι Ald.

23) τὸν αὐτοῦ τάφον Ald. τὸν τάφον αὐτοῦ B. LA. Turn.

ΑΛΛΩΣ 24).

Τὰ πραχθέντα περὶ τὸν Οἰδίποδα 25) *ἴσμεν ἅπαντα τὰ* 26) *ἐν τῷ ἑτέρῳ Οἰδίποδι. πεπήρωται* 27) *γάρ, καὶ ἀφῖκται εἰς τὴν Ἀττικήν, ὁδηγούμενος* 28) *ἐκ μιᾶς τῶν θυγατέρων, Ἀντιγόνης. καὶ ἔστιν ἐν τῷ τεμένει τῶν σεμνῶν Ἐριννύων* 29), *ὅ ἐστιν ἐν τῷ καλουμένῳ ἱππείῳ* 30), *Κολωνῷ, οὕτω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν ἱππείου* 31) *καὶ Προμηθέως, καὶ αὐτοῦ οἱ ὀρεωκόμοι ἵστανται. ἔστι γὰρ αὐτῷ* 32) *πυθόχρηστον, ἐνταῦθα δεῖν αὐτὸν ταφῆς τυχεῖν. οὗ μή* 33) *ἐστιν ἑτέρῳ βεβήλῳ τόπος, αὐτόθι κάθηται. καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὰ τῆς ὑποθέσεως προέρχεται. ὁρᾷ γάρ τις αὐτὸν τῶν* 34) *ἐντεῦθεν, καὶ πορεύεται ἀγγελῶν* 35), *ὅτι τις ἄρα* 36) *τῷ χωρίῳ τούτῳ προσκάθηται* 37). *καὶ ἔρχονται οἱ ἐν*

24) *Σαλουστίου* LA. *Ἄλλως: Σαλουστίου Πυθαγορείου* B. *ἄλλη ὑπόθεσις* Brunckius. Omisit hoc argumentum Turnebus.

25) *Οἰδίπουν* Ald.

26) *καὶ τὰ* B.

27) *πεπλήρωται* B.

28) *ὁδηγούμενος* deest in B.

29) *Ἐριννύων* uncinis inclusit Elmsleius. Fortasse *τῶν Σεμνῶν ἢ Ἐριννύων* scribendum.

30) *ἱππίῳ* Brunckius.

31) *ἱππίου* Brunckius. *καὶ ἱππείου* B.

32) *ἔστιν γὰρ αὐτὸ* LA.

33) *οὐ μὴν* B.

34) *αὐτῶν τῶν* LA. *αὐτὸν τὸν* B.

35) *ἀγγελῶν* Brunckius. *ἀπαγγελῶν* B. *ἀγγέλλων* LA. Ald. Turn.

36) *ὅτι τις ἄρα* B. Brunck. *ὅτι ἄρα* LA. *ὅτι τις παρὰ* Ald.

37) *προκάθηται* B. LA.

τῷ τόπῳ ἐν χοροῦ 38) σχήματι, μαθησόμενοι τὰ δέοντα 39). πρῶτος οὖν ἐστι καταλύων τὴν ὁδοιπορίαν, καὶ τῇ θυγατρὶ 40) διαλεγόμενος. ἄφατος δέ ἐστι καθόλου ἡ οἰκονομία ἐν τῷ δράματι 41), ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ 42) σχεδόν.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐν τῷ ἱππείῳ 43), πρὸς τῷ ναῷ τῶν Σεμνῶν 44). ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν. προλογίζει Οἰδίπους 45).

ΑΛΛΩΣ 46).

Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα 47) ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς 48) ἐδίδαξεν, υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μήκωνος 49), ὅς τέταρτος

38) χορῷ LA.
39) τὰ δέοντα B. Brunck. τὰ πάντα caeteri.
40) μητρὶ B.
41) ἐν δράματι Ald.
42) οὐδὲν ἄλλο B.
43) ἱππίῳ Brunck.
44) θεῶν addit Steph.
45) Οἰδίπους LA. ὁ Οἰδίπους B. δὲ Οἰδίπους Turn. Haec verba προλογίζει Οἰδίπους post personarum recensum habet Ald. — Caeterum totam hanc periodum ab ἡ σκηνὴ inde superiori argumento addunt LA. et Turn.
46) Quae sequuntur primus publici iuris fecit Fridericus Thierschius in Actis philologorum Monacensium T. I. p. 322—326. Usus est Thierschius apographo Victorii manu facto, Victorius autem ni fallor membranis Laurentianis, e quibus hoc argumentum iterum descripsi. *Elmsleius.*
47) Οἰδίπουν habet Victorii apographum.
48) υἱδοῦς Elmsl. υἱιδοῦς MS. οἰδοῦς Thierschius, qui etiam αὐτοῦ post h. v. excidisse suspicatur.
49) Μήκωνος MS. et apographum, Μίκωνος Elmsl.

ἀπὸ Καλλίου, ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι. σαφὲς δὲ τοῦτ' ἔστιν ἐξ ὧν ὁ μὲν 50) Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου ἀνάγει 51) τοὺς στρατηγοὺς ὑπὲρ γῆς· ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν Μούσαις, ἃς συγκαθῆκε τοῖς Βατράχοις, φησὶν οὕτως·

Μάκαρ Σοφοκλέης 52), ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς
ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός.
πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας
καλῶς ἐτελεύτησ' 53), οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.

ἐπὶ δὲ τῷ λεγομένῳ ἱππείῳ Κολωνῷ τὸ δρᾶμα κεῖται. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος πρὸς τῷ Εὐρυσακείῳ, πρὸς ᾧ οἱ μισθαρνοῦντες προεστήκεισαν 54), καὶ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τοῖς καθυστερίζουσι τῶν καιρῶν διαδοθῆναι·

Ὀψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τὸν Κολωνὸν ἴεσο.

μνημονεύει τῶν δυεῖν Κολωνῶν Φερεκράτης 55) ἐν Πετάλῃ διὰ τούτων·

Οὗτος, πόθεν ἦλθες 56); Εἰς Κολωνὸν ᾠχόμην,
οὐ τὸν ἀγοραῖον, ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων.

50) ἐξ ὧν μὲν ὁ MS.
51) ἐς excidisse suspicatur Thiersch.
52) Σοφοκλὲς ex apogr. Thiersch. Tacet Elmsl.
53) καλῶς ἐτελεύτησεν MS. καλῶς τ' ἐτελεύτησ' Werferus ap. Thierschium probabiliter coniecit.
54) προεστήκεισαν, ὥστε suspicatur Thiersch.
55) καὶ Φερεκράτης Thierschius ex coniectura edidi'.
56) οὗτος ποτ' εἰσῆλθετ' MS. et apogr. Emendavit Thiersch. ex Harpocrat. s. v. Κολωνίτας. Vide an πόθεν ἦλθετ' scribere satius sit. — Quae sequuntur, respondentis esse monuit Thiersch.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΞΕΝΟΣ. 1)
ΧΟΡΟΣ ΑΤΤΙΚΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ. 2)
ΙΣΜΗΝΗ.
ΘΗΣΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.

1) Ξένος B. ξένος ἀλήτης LA. Ald. Turn. Ἀθηναῖός τις Elmsl.
2) Χορὸς ἀττικῶν Ald.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνη, τίνας
χώρους ἀφίγμεθ᾽, ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν;
τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ᾽ ἡμέραν
τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι,
σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ᾽ ἔτι
μεῖον φέροντα, καὶ τόδ᾽ ἐξαρκοῦν ἐμοί;
στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με, χὠ χρόνος ξυνὼν
μακρὸς διδάσκει, καὶ τὸ γενναῖον τρίτον.
ἀλλ᾽, ὦ τέκνον, θάκοισιν, εἴ τινα βλέπεις
ἢ πρὸς βεβήλοις, ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθοίμεθα,
ὅπου ποτ᾽ ἐσμέν. μανθάνειν γὰρ ἥκομεν
ξένοι πρὸς ἀστῶν, χἂν ἀκούσωμεν, τελεῖν.

V. 5. μικροῦ LA. LB. RA. RB. Mbr. Ald.

V. 6. μείω Suid. s. σπάνις.

V. 7. μακρός ξυνὼν χρόνος Brunckius ex coni. — παρὼν pro ξυνὼν B. T. Vat. Farn.

V. 9. θάκοισιν εἰ Brunckius.

V. 11. πυθώμεθα Brunckius ex coni. πυθοίμεθ᾽ ἂν Erf.

V. 13. πρὸς αὐτῶν LB. — κἄν B. MSF. T. RB. Vat. Farn. Turn.; ἄν Ald. Mbr. ἄν δ᾽ Elmsleius ex coni. fortasse vera. — ποιεῖν pro τελεῖν LB.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, πύργοι μὲν, οἳ
πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω·
χῶρος δ' ὅδ' ἱερὸς, ὡς σάφ' εἰκάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι δ'
εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες·
οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου.
μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης ὁδόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κάθιζέ νύν με, καὶ φύλασσε τὸν τυφλόν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

χρόνου μὲν οὕνεκ' οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔχεις διδάξαι δή μ', ὅποι καθέσταμεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα· τὸν δὲ χῶρον οὔ.
πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ' ἡμιν ἐμπόρων.

V. 14. *Οἰδίπου* B. T. Vat. Farn. Turn. et Suid. s. *στέγει* (cod. Leid. *Οἰδίπους*).

V. 15. *ἀνομμάτῳ* pro v. l. Schol.

V. 16. *ἱρὸς* LA. LB. B. RB. MSF. Suid. Zonar. s. v. — *ὡς ἀπεικάσαι* iidem Schol. marg. Turn. *καὶ σάφ' εἰκάσαι.* RA. *ὡς ἀφεικάσαι* [π] LA.

V. 17. *πυκνώτερον* Suid. l. l. *πυκνότερον* Philostr. iun. in Venat. hoc hemistichion cum vs. sq. citans. *πυκνότερον* Zonar. s. v.

V. 18. *εἴσω* Schol. Ald. Suid. Zonar. *ἔσω* Brunckius.

V. 19. *ἀξέστου πάγου* Schol. cum LA. pro v. l.

V. 22. *χρὴ τόδε* MSF.

V. 23. *ὅπου* Vatic. et superscr. a Victorio. *ὅπῃ* MSF. RB. *ὅποι* caett.

V. 25. Oedipo tribuunt B. T. Vat. Farn. — *τοῦτό γ'* MSF. ut Heathius, *τοῦτον* vulgo.

ἀλλ' ὅςτις ὁ τόπος, ἢ μάθω μολοῦσά ποι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ναὶ, τέκνον, εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' ἔστι μὴν οἰκητός· οἴομαι δὲ δεῖν
οὐδέν· πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ δεῦρο προστείχοντα κἀξορμώμενον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καὶ δὴ μὲν οὖν παρόντα· χὤτι σοι λέγειν
εὔκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ', ὡς ἁνὴρ ὅδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ ξεῖν', ἀκούων τῆςδε, τῆς ὑπέρ τ' ἐμοῦ
αὑτῆς θ' ὁρώσης, οὕνεχ' ἥμιν αἴσιος
σκοπὸς προςήκεις τῶν ἃ δηλοῦμεν φράσαι.

ΞΕΝΟΣ.

πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἐκ τῆςδ' ἕδρας
ἔξελθ'· ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;

οι
V. 26. πη RB. πη MSF. που LB.

V. 27. εἴπερ ἐστί γ' LA. LB. RB. Mbr. Ald. Cant. εἴπερ ἐστίν alii codd. εἴπερ γ' ἐστίν Brunckius ex coni.

V. 28. μὴν LA. LB. MSF. RB. ut Brunck. coniecerat. μὲν B. RA. Vat. Mbr. μένγ' T. Turn.

V. 32. ἀνὴρ vulg. ὡνὴρ Brunck.

V. 33. ἀκούω ex appendice Turnebianae Stephanus.

V. 34. αὐτῆς ὁρώσης LA. LB. — ἡμῖν vulgo.

V. 35. ἀδηλοῦμεν marg. Turn. Steph. Brunck. Utramque scripturam agnoscunt Scholia. — Brunckius interpungit φράσαι —

V. 36. πρὶν νῦν τὰ Mbr. et Ald. LA. LB. RB. πρὶν νυν RA. et Schol. πρὶν ἢ τὰ B. T. MSF. Vat. Farn.. — τῆς ἕδρας Mb. RA.

V. 37. οὐκ ἐξὸν Vat. teste Dorv., ad Charit. p. 461. οὐχ ἑνὸν teste Elmsleio.

ΞΕΝΟΣ.

ἄθικτος, οὐδ' οἰκητός. αἱ γὰρ ἔμφοβοι
θεαί σφ' ἔχουσι, Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων;

ΞΕΝΟΣ.

τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ὢν
εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο·
ὥστ' οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.

ΞΕΝΟΣ.

τί δ' ἐστι τοῦτο;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ξυμφορᾶς ξύνθημ' ἐμῆς.

ΞΕΝΟΣ.

ἀλλ' οὐδὲ μέντοι τοὐξανιστάναι πόλεως
δίχ' ἐστὶ θάρσος, πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρᾶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς,
τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι.

V. 40. Σκότους B. et Suid. s. Εὐμενίδες.

V. 41. Perperam vulgo post τίνων interrogationis signum positum, quod in fine versus poni debebat. *Brunckius.*

V. 42. ἐνθάδ' ὢν Codd. et Eust.* p. 763, 37. Brunckius ex coniectura ἐνθάδ' ἂν.

V. 43. εἴπῃ Eust. l. l.

V. 44. ἵλεως LA. Mbr. MSF. RA. RB. Ald. — τὸν ἱκέτην ex coniectura Brunckii; τόνδ' ἱκέτην vulgo.

V. 45. ὡς οὐχ Schol. et Winshem. videntur legisse.

V. 47. οὐδ' ἐμόν τι. marg. Turn. οὐδ' ἐμόν τοι MSF. Vict.

V. 48. πρὶν ἂν Ald. πρὶν omisso ἂν Mbr. RA. — δρᾶν B. T. δρᾷς Vat. δρῶ caeteri et Brunckius.

V. 49. πρὸς νῦν Ald.

V. 50. ἀλείτην H. Steph. in Thes. v. προστρέπω. — προτρέπω Ald. Mbr. RA.

ΞΕΝΟΣ.

σήμαινε, κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ', ἐν ᾧ βεβήκαμεν;

ΞΕΝΟΣ.

ὅσ' οἶδα κἀγὼ, πάντ' ἐπιστήσει κλύων.
χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἔστ'· ἔχει δέ νιν
σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Τιτὰν Προμηθεύς· ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον,
χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὀδὸς,
ἔρεισμ' Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πλησίοι γύαι
τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν
ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα
τὸ τοῦδε, κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.
τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστὶν, ὦ ξέν', οὐ λόγοις
τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ γάρ τινες ναίουσι τούσδε τοὺς τόπους;

ΞΕΝΟΣ.

καὶ κάρτα, τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄρχει τις αὐτῶν, ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος;

V. 51. ἔκ γ' ἐμοῦ Ald. Mbr. LB. MSF. RA. Turn. ἐξ ἐμοῦ caeteri.

V. 52. τίς ἐσθ' Vat. et Brunckius ex coni.

V. 57. ὁδὸς vulgo.

V. 58. αἱ δὲ πλησίοι B. T. Schol. LA. LB. RA. Mbr. Ald. αἱ δὲ πλησίον caeteri, et Schol. ac LA. pro v. l.

V. 59. τὸν ἱππότην Brunckius ex coni.

V. 61. ὠνομασμένοι RA. Vat. et superscr. in Mbr. ὠνομασμένον caett. — τοῦδε κοινὸν vulgo.

ω ` ο
V. 63. πλέω Suid. in ξυνουσία. πλέον LA. πλέων LB.

V. 65. καὶ κάρτα τοῦδε vulgo distinguitur.

ΞΕΝΟΣ.

ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὗτος δὲ τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ;

ΞΕΝΟΣ.

Θησεὺς καλεῖται, τοῦ πρὶν, Αἰγέως, τόκος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;

ΞΕΝΟΣ.

ὡς πρὸς τί, λέξων ἢ καταρτύσων, μόλοι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὡς ἂν προςαρκῶν σμικρὰ, κερδάνῃ μέγα.

ΞΕΝΟΣ.

καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅσ' ἂν λέγωμεν, πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν.

ΞΕΝΟΣ.

οἶσθ', ὦ ξέν'; ὡς νῦν μὴ σφαλῇς (ἐπείπερ εἶ
γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος)
αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, ἕως ἐγὼ
τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ, δημόταις

V. 69. τοῦ πρὶν Αἰγέως τόκος vulgo distinguitur.

V. 70. ἆρ' ἂν Mb. RA. Ald. ἆρ' οὖν caett. marg. Turn. Vict.

V. 71. ὡς πρὸς τὶ — — — μολεῖν Ald. Mbr. RA. Suid. s. καταρτύζω. — μόλοι caett. et Vict. Utrumque agnoscit Schol. — καταρτίσων B. καταρτίσον Vat.

V. 73. κερδανῇ B. T. Vat. Farn. Cant.

V. 75. ἴσθ' ὦ MSF. et VVinshem. *Sic accipe* vertens. — Vulgo sic distinguunt: οἶσθ', ὦ ξέν', ὡς νῦν μὴ σφαλῇς; ἐπείπερ εἶ ———— δαίμονος. αὐτοῦ κ. τ. λ.

V. 78. τοῖσδ' Ald. Cant. Brub.

λέξω τάδ᾽ ἐλθών. οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε,
ἢ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύεσθαι πάλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τέκνον, ἦ βέβηκεν ἥμιν ὁ ξένος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

βέβηκεν, ὥστε πᾶν ἐν ἡσύχῳ, πάτερ,
ἔξεστι φωνεῖν, ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ πότνιαι δεινῶπες, εὖτε νῦν ἕδρας
πρώτων ἔφ᾽ ὑμῶν τῆσδε γῆς ἔκαμψ᾽ ἐγώ,
Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ᾽ ἀγνώμονες,
ὅς μοι, τὰ πόλλ᾽ ἐκεῖν᾽ ὅτ᾽ ἐξέχρη κακά,
ταύτην ἔλεξε παῦλαν ἐν χρόνῳ μακρῷ,
ἐλθόντι χώραν τερμίαν, ὅπου Θεῶν
Σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόστασιν,
ἐνταῦθα κάμπτειν τὸν ταλαίπωρον βίον,
κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις,
ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ᾽ ἀπήλασαν·

V. 79. κρινοῦσί σοι Vict. σοι (γε) LA. MSF. οἱ δὲ κρινοῦσιν σοί γε LB.

V. 80. ἢ χρὴ MSS. omnes Ald. Brub. et marg. Turn. εἰ χρὴ Brunckius post Turn.

V. 84. πότνι᾽ ὦ Iunt. 2. Vict. et Schol. ed. Rom. — εὖ τε legendum videtur.

V. 85. ἐφ᾽ vulgo.

V. 86. γένησθ᾽ LA.

V. 87. ὅτ᾽ ἔχρη MSF. RB.

V. 90. κατάστασιν pro v. l. Schol. et LA.

V. 91. κάμπτειν RA. Mbr. et Ald. κάμψεις RB. Ex gl. καταλῦσαι, τελειῶσαι, coniicit Reisigius, κάμψαι glossatorem legisse. κάμψειν Vict. Brunckius. — ταλαιπώρου Iunt. 2.

V. 92. οἰκήσοντα MSF. Turn.

V. 93. αὔτην LA.

σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα,
ἢ σεισμὸν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας,
ἔγνωκα μέν νυν, ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν
ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος. οὐ γὰρ ἄν ποτε
πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν,
νήφων ἀοίνοις, κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην
βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον. ἀλλά μοι, θεαί,
βίου, κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος, δότε
πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα,
εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν, ἀεὶ
μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.
ἴτ', ὦ γλυκεῖαι παῖδες ἀρχαίου Σκότου,
ἴτ', ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεναι,
πασῶν Ἀθῆναι τιμιωτάτη πόλις,
οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον
εἴδωλον· οὐ γὰρ δὴ τό γ' ἀρχαῖον δέμας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

σίγα. πορεύονται γὰρ οἵδε δή τινες
χρόνῳ παλαιοί, σῆς ἕδρας ἐπίσκοποι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

σιγήσομαί τε, καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα
κρύψον κατ' ἄλσος, τῶνδ' ἕως ἂν ἐκμάθω,

V. 94. *παρηγγύα* B. T. Vat. Farn. Turn. Cant. *παρεγγύα* LA. LB. MSF. RA. RB. Ald. Mbr. a prima manu: *παρεγγυᾷ* Hermannus legendum censet.

V. 99. *πρώτοισιν* T. — *ὑμῖν* unus Suidas in *Νηφάλιος θυσία*. Caeteri *ὑμῶν*. — *ὁδοιπόρων* B. T. Vat. Farn. Turn. Steph. Cant.

V. 102. Suid. in *πέρανις βίου* citat *δότε βίου πέρασιν*.

V. 103. Winsh. *ποτὲ* forsitan pro *τινὰ* legit, *tandem* vertens.

V. 110. *τό γ'* Ald. *τόδ'* MSS. omnes.

V. 111. *ὧδε* B. T. Vat. Farn. Brunckius.

V. 113. *μου 'ξ* Suid. in *νιν*. ut coni. Herm. ad Hec. p. 147.

τίνας λόγους ἐροῦσιν. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν
ἔνεστιν ηὑλάβεια τῶν ποιουμένων.

ΧΟΡΟΣ.

ὅρα· στρ. α'.
τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει;
ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθεὶς ὁ πάντων,
ὁ πάντων ἀκορέστατος;
λεῦσσ' αὐτὸν, προςδέρκου,
προςφθέγγου πανταχῇ.
πλανάτας, πλανάτας τις ὁ πρέσβυς, οὐδ'
ἔγχωρος· προςέβα γὰρ οὐκ
ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος ἐς
τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν,
ἃς τρέμομεν λέγειν,
καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως,
ἀφώνως, ἀλόγως, τὸ τᾶς
εὐφήμου στόμα φροντίδος
ἱέντες· τὰ δὲ νῦν τιν' ἥκειν
λόγος οὐδὲν ἅζονθ', ὃν ἐγὼ λεύσσων
περὶ πᾶν οὔπω δύναμαι τέμενος
γνῶναι, ποῦ μοί ποτε ναίει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ· φωνῇ γὰρ ὁρῶ

V. 116. εὐλάβεια Suid. s. v.
V. 118. ἄρα τίς ἄρ' ἦν T. Farn.
V. 121. λεῦσσ' αὐτὸν ex coni. Hermanni. λεύσσατ' αὐτὸν Ald. Mbr. RA. λεύσατ' αὐτὸν LA. LB. RB. MSF. λεύσσετ' αὐτὸν B. T. Vat. Farn. Turn. λεύσσεις νιν; Brunckius ex coni.
V. 122. προςπεύθου B. T. et marg. Turn. Vict.
V. 124. ἔγχωρος ex coni. Bothii. ἐγχώριος vulgo.
V. 126. vulg. 'ἀμαιμακέταν.
V. 131. τάδε νῦν Ald. τὸ νῦν καὶ τὸν νῦν Vict. — οὐχ ἅζονθ' coni. Brunck. οὐδὲν ἅζονθ' Mbr. Ald. Schol. Eustath. p. 694. οὐδὲν ἄγονθ' Triclin. T. Farn. Turn. οὐδὲν λιάζονθ' Schol. pro. v. l.
V. 135. ὅδ' ἐκεῖνος· ἐγὼ RA. Mbr. Ald. ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν ἐγὼ

τὸ φατιζόμενον.

ΧΟΡΟΣ.

ἰώ, ἰώ.
δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μή μ', ἱκετεύω, προςίδητ' ἄνομον.

ΧΟΡΟΣ.

Ζεῦ ἀλεξῆτωρ, τίς ποθ' ὁ πρέσβυς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι
πρώτης, ὦ τῆσδ'
ἔφοροι χώρας· δηλῶ δ'· οὐ γὰρ ἂν
ὧδ' ἀλλοτρίοις ὄμμασιν εἷρπον,
κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν.

ΧΟΡΟΣ.

ἒ ἔ. ἀντ. ά.
ἀλαῶν ὀμμάτων
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος, δυςαίων,
μακραίων τ' ἔτ', ἐπεικάσαι;
ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ

LA. LB. B. MSF. RB. Iunt. 2. ὅδ' ἐκεῖνος (superscr. ἐγὼ) ὁρᾶν T. οδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν Farn.

V. 136. φανταζόμενον Schol. vulgatam tamen explicans.

V. 139. ἀλεξήτωρ Turn. Steph. Cant. ἀλεξύτωρ MSF. ἀλεξῆτορ Mbr. RA. Ald. Br.

V. 140. εὐδαιμονῆσαι Suidas in εὐδαιμονέστερος.

V. 142. δῆλον δ' B. T. Vat. Farn. Turn. Steph. — ἂν omittunt LA. B. MSF. RB. Vat. Iunt. 2.

V. 144. ὥρμων MSF. RB. marg. Turn. Steph. ὥρμουν (superscr. ω) T. LA.

V. 145. αἶ αἶ MSF. ἒ ἒ Ald.

V. 147. ἆρα Ald. In MSF. superscr. ὡς.

V. 148. τ' ἔτ' ἐπεικάσαι ex coni. Canteri. τέ θ' ὡς ἐπεικάσαι Ald. τ' ἔθ' ὡς ἐπεικάσαι T. Farn. Turn. Schol. θ' ὡς ἐπεικάσαι Vat. Br.

V. 149. ἀλλὰ γ' οὐ μὰν Turn.

προςθήσεις τάςδ' ἀράς.
περᾷς γὰρ, περᾷς· ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ-
φθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει
ποιάεντι, κάθυδρος οὗ
κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν
ῥεύματι συντρέχει,
τῶν, ξένε πάμμορ', εὖ φύλαξαι,
μετάσταθ', ἀπόβαθι· πολ-
λὰ κέλευθος ἐρατύει.
κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα;
λόγον εἴ τιν' οἴσεις, πρὸς ἐμὰν λέσχαν
ἀβάτων ἀποβὰς, ἵνα πᾶσι νόμος,
φώνει· πρόσθεν δ' ἀπερύκου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἶσα χρὴ μελετᾶν,
εἴκοντας ἃ δεῖ, κοὐκ ἄκοντας.

V. 152. προπέσῃς ex coni. Bothii. προσπέσῃς vulgo.

V. 153. κάθυγρος T. Vat. Farn. et a pr. m. Mbr. marg. Turn. et Steph.

V. 154. τόπων LA. Vict.

V. 155. Post συντρέχει et mox post φύλαξαι Br. plene distinxit.

V. 156. τῶν Ald. Mbr. MSF. τῶν (ο suprascr.) T. τὸν B. Vat. Turn. τῷ Brunckius. τὸ forsitan scribendum.

V. 158. ἐρατεύει Schol. ἐρητύει B. T. Vat. Farn. Turn. ἐρᾷ πτύει RA.

V. 160. ἔχεις suprascr. οἴσεις LA.

V. 161. ἀβάτων B. MSF. RB. Vat. ἀπ' ἀβώτων LA. (a prima manu) Mbr. RA. Ald. ἀποβάντων LB. ἀβάταν (ων suprascr.) T. Farn.

V. 163. ἔλθοι Turn. MSF. RA.

V. 165. κοὐκ ἄκοντας B. T. Vat. Farn. κοὐκ ἀκούοντας caett. et Ald.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρόςθιγέ νύν μου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ψαύω καὶ δή.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ,
σοὶ πιστεύσας καὶ μεταναστάς.

ΧΟΡΟΣ.

οὔ τοι μήποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων, στρ. β'.
ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄξει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

προβῶ;

ΧΟΡΟΣ.

ἔτι βαῖνε πόρσω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔτ' οὖν;

ΧΟΡΟΣ.

προβίβαζε, κούρα,
πρόσω· σὺ γὰρ ἀΐεις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἕπεο μάν, ἕπε' ὧδ' ἀμαυρῷ
κώλῳ, πάτερ, ᾇ σ' ἄγω. *

V. 166. πρόςθιγέ νῦν μου. Antigonae continuat Canterus, proxima ψαύω καὶ δή Oedipo tribuens.

V. 167. ξένοι LA. LB. B. RB. Vat. MSF. Vict.

V. 168. σοὶ omittunt B. et Vat. ὑμῖν superiori versui addentes. Nec σοὶ nec ὑμῖν Brunck.

V. 169. Post οὔ τοι distinguunt edd. vett.

V. 170. ἀγάγῃ B. ἀγάγοι Vat.

V. 171. ex coni. Hermanni. Vulgo: *ΟΙ. ἔτ' οὖν ἔτι προβῶ; ΧΟΡ. ἐπίβαινε πρόσω.*

V. 172. Vulgo. *ΟΙ. ἔτι; ΧΟΡ. προςβίβαζε, κούρα.*

V. 173. σὺ γὰρ ἀΐεις Oedipo tribuit LA. εὖ γὰρ ἀΐεις B. T. Vat. Farn. marg. Turn.

V. 174. ἔσπεο bis Turn. — ἕπεό μ' ἂν MSF.

ΧΟΡΟΣ.

τόλμα, ξεῖνος ἐπὶ ξένης,
ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις
τέτροφεν ἄφιλον, ἀποστυγεῖν,
καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄγε νυν σύ με, παῖ, ἵν' ἂν εὐσεβίας
ἐπιβαίνοντες, τὸ μὲν εἴποιμεν
τὸ δ' ἀκούσαιμεν,
καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.

ΧΟΡΟΣ.

αὐτοῦ· μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου ἀντ. β'.
βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὕτως;

ΧΟΡΟΣ.

ἅλις, ὡς ἀκούεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ στῶ;

ΧΟΡΟΣ.

λέχριός γ' ἐπ' ἄκρου

V. 176 – 179. ex coni. Herm. Choro tribuimus, vulgo Antigonae continuatos. — ξείνης vulgo.

V. 177. vulgo τλᾶμον.

V. 178. ἄθλιον pro ἄφιλον T. marg. Turn.

V. 179. καὶ τὸν φίλον T. Farn. marg. Turn. καὶ φίλον Vat.

V. 180. εὐσεβείας LA. B. MSF. RA. RB. Vat.

V. 181. sq. εἴποιμεν et ἀκούσαιμεν LB. Turn. εἴποιμεν[ω] . . . ἀκούσαιμεν[ω] LA. MSF. RB. εἴποιμεν[ω] . . . ἀκούσωμεν[αι] T. εἴποιμεν . . . ἀκούσωμεν Farn. εἴπωμεν et ἀκούσωμεν caeteri Steph. Br. et Herm.

V. 185. κινήσῃς Schol. et LA. pro v. l. et MSF.

V. 187. ἢ στῶ LA. pro v. l. et Brunckius. ἤστω MSF. ἠσθῶ[στ] T. ἠστῶ Schol. pro v. l. ἢ 'σθῶ Mbr. Ald. ἠσθῶ B. Turn.

λάου βραχὺς ὀκλάσας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ, ἐμὸν τόδ', ἐν ἡσυχαίᾳ,
ἰώ μοί μοι,
βάσει βάσιν ἅρμόσαι·
γεραιὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν
πρόςκλινον φιλίαν ἐμάν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ᾤ μοι δύςφρονος ἄτας.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλάμων, ὅτε νῦν χαλᾷς,
αὔδασον, τίς ἔφυς βροτῶν,
τίς ὁ πολύπονος ἄγει, τίνα
σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ ξένοι, στρ. γ'.
ἀπόπτολις· ἀλλὰ μὴ —

ἧσθω cum gl. καθεσθῶ RA. ἡσθῶ LA. B. RB. Vat. Farn. ἧσθο LB. — λέχριος... ὀκλάσας Oedipo continuat MSF. — ἐπ' ἄκρου ap. Schol. legi notat Burgess., et conspicitur ea scriptura in ed. Schol. Cantabr. a. 1667., sed in reliquis edd., quot inspexi, ἐπ' ἄκρου exaratum est.

V. 188. ὁ κλάσας Ald.

V. 189. τό γ' Schol. Brubb. Steph. — ἡσυχαίᾳ ex Hermanni coni. Vulgo ἡσυχίᾳ.

V. 193. πρόςκλινον Tricl. T. Farn. Turn. προκλίνας Mbr. Ald. MSF. Schol. προκρίνας B. πρόκλινον Brunckius. — Reisigius προκλίνας praeferens h. v. cum antecedente post v. 175. transponit, satis speciose.

V. 194. οἴμοι Vict.

V. 195. B. T. MSF. RA. Vat. Farn. marg. Turn.

V. 196. τίς ἔφυς Schol. et LA. pro v. l. et MSF. τίς ἔφυ LB. RA. RB. τίς σ' ἔφυ LA. Mbr. Schol. Ald. τίς σ' ἔφυσε B. Vat. Turn. Br.

V. 197. τίς ὁ Schol. et LA. pro v. l. τίς ὢν caeteri et Brunckius. — τίν' ἂν Brunckius ex coni.

ΧΟΡΟΣ.

τί τόδ' ἀπεννέπεις, γέρον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μή, μή,
μή μ' ἀνέρῃ, τίς, μηδὲ πέρα μ'
ἐξετάσῃς ματεύων.

ΧΟΡΟΣ.

τί τόδε;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δεινὰ φύσις.

ΧΟΡΟΣ.

αὔ-
δα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον, ὤ μοι, τί γεγώ-
νω;

ΧΟΡΟΣ.

τίνος εἶ σπέρματος,
ξεῖνε, φώνει, πατρόθεν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον ἐμόν; στρ. δ'.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις.

V. 201. τί τοῦτ' Brunckius ex coni. — ἐννέπεις T. Farn. Turn.

V. 203. ex coni. Herm. Vulgo: τίς εἰμὶ μηδ' ἐξετάσῃς πέρα ματεύων. — τίς γ' εἰμὶ T. Farn. Turn. et μαστεύων B. T. Vat. Farn. marg. Turn.

V. 205. τί τόδ' οὖν Brunckius ex coni. τί τόδε vulgo. — αὔδα LA. Mbr. et edd. vett. Antigonae tribuunt.

V. 206. γενώνω. LA. MSF. RB. et Eustathius p. 709. v. 43. γεγωνῶ caeteri.

V. 208. ξένε Turn.

V. 209. ἐμὸν omittit MSF. τέκνον; ὤ μοι. Brunckius ex coni.

V. 210. ἐπ' ἔσχατα βαίνεις. Sic liquido scriptum in T. [et

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ἀλλ' ἐρῶ. οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν. ἀντ. δ'.
ΧΟΡΟΣ.
μακρὰ μέλλετον· ἀλλὰ ταχῦναι.
ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
Λαΐου ἴστε τιν'; στρ. ε'.
ΧΟΡΟΣ.
ὤ, ἰού, ἰού.
ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
τό τε Λαβδακιδᾶν γένος;
ΧΟΡΟΣ.
ὦ Ζεῦ.
ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ἄθλιον Οἰδιπόδαν; ἀντ. ε'.
ΧΟΡΟΣ.
σὺ γὰρ ὅδ' εἶ;
ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
δέος ἴσχετε μηδὲν, ὅσ' αὐδῶ.
ΧΟΡΟΣ.
ἰώ, ὤ, ὤ. στρ. ϛ'.

1431. *ΜΕΘΕΣΘΕ Δ' ΗΔΗ.* καὶ ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι ἐν τῇ παρακλήσει ἅμα τοὺς λόγους λέγουσα τούτους εἴχετο αὐτοῦ ἡ ἀδελφή.

1438. *ΚΑΙ ΤΗιΔΕ ΦΥΝΑΙ.* καὶ τοιᾷδε τύχῃ, καὶ ἐναντίᾳ.

1441. *ΝΕΑ ΤΑΔΕ ΝΕΟΘΕΝ.* νεωστί. εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ξενικά ἐστι τὰ πρόσωπα καὶ τὰ κατέχοντα τούτους κακά, ὅμως συναλγεῖ[e], καὶ εὐλα-

c) R. χρησμῷ δεῖ.
d) Br.: *ΗΜΙΝ Δ' ΟΥΧΙ ΣΥΓΧΩΡΗΤΕΑ*, οὐ συμβατέα, deletis illis ἡμῖν — συγχωρητέα.
e) Br. addidit ὁ Χορός.

βεῖται μὴ ἐκ τῆς ὁμιλίας τῆς σὺν αὐτοῖς ἀπολαύσωσί τινος κακοῦ καὶ αὐτοί. ἐν τοιούτῳ οὖν ἤθει καὶ ὁ λόγος αὐτοῖς διάκειται. τοιαῦτα πάρεστιν ἡμῖν, φησιν, ἄτοπα παρὰ τοῦ ξένου ἀπολαῦσαι, ἐκτὸς εἰ μὴ μοῖρά τις καταλαμβάνει ἡμᾶς, καὶ κατὰ μοῖραν ἀπολαύομεν, ὧν ἀπολαύσομεν.

1443. *ΕΙ ΤΙ ΜΟΙΡΑ.* εἰ μὴ κατὰ μοῖραν ταῦτα πάσχω, εἴποιμι ἂν ἐκ τοῦ Πολυνείκους νέα μοι κακὰ ἐληλυθέναι.

1444. *ΜΑΤΗΝ ΓΑΡ ΟΥΔΕΝ ΑΞΙΩΜΑ.* οἷον, οὐδέν ἐστι μάτην ὑπὸ Θησέως[f] ἀξιωθὲν πραχθῆναι, ἀλλ' ὃ ἂν γίγνεται[g] ὑπὸ Θησέως, τοῦτο καλῶς γίγνεται. τὸ δὲ ἑξῆς, μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων ἔχω φράσαι. ἐπειδὴ ὁρᾷ ταῦθ' ὁ ἀεὶ χρόνος, ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις. ὅ ἐστιν εἰς τὸ ἔμπαλιν τρέπων τὰ ἤδη αὐξηθέντα. οἷον, πάντα ἔχει ὑφ' ἑαυτῷ ὁ χρόνος· τὰ μὲν ὁρᾷ, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁρᾶται[h]. τὰ γὰρ πραττόμενα τῷ χρόνῳ φαίνεται. τουτέστιν, ἐν τῷ χρόνῳ πολλαὶ μεταβολαί. καὶ ὁρᾶται ὁ χρόνος πολλὰ μὲν αὔξων παρ' ἦμαρ, πολλὰ δὲ εἰς τὸ ἔμπαλιν τρέπων.

1449. *ΕΚΤΥΠΕΝ ΑΙΘΗΡ.* τὸ συνεκτικώτατον τοῦ δράματος ἐν τούτῳ, καθάπερ προεῖπεν ὁ Οἰδίπους (v. 94.)·

σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα,
ἢ σεισμόν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.

μεταξὺ οὖν τῶν[i] χοροῦ λόγων γίγνεται τοῦτο, ἐφ'

f) Videtur aut hoc nomen aut κοιράνων in textu legisse pro δαιμόνων. *Dosd.*
g) Sic R.: Br. γένηται.
h) Legit haud dubie ὁρᾷ ὁρᾶταί τ' ἀεί, ut vidit Canterus.
i) Br. addidit τοῦ.

ῷ ὁ χορὸς ἀναβοᾷ, ὅπερ ἦν σύμβολον τοῦ τὸν Οἰδίποδα τεθνήξεσθαι. ὅπερ γνωρίσας ὁ Οἰδίπους, ἀξιοῖ τὸν Θησέα ἐν τάχει παραγενέσθαι.

1452. *ΤΑΞΙΩΜΑ.* τὸ βούλημα.

[1453. *ΑΞΕΤΑΙ·* κομίσει.]

1456. *ΔΙΟΒΟΛΟΣ. ΕΣ Δ' ΑΚΡΑΝ.* ἄκραν φόβαν κρατός· οὕτως ἀποδώσεις.

1458. *ΟΥΡΑΝΙΑ*[k] *ΓΑΡ ΑΣΤΡΑΠΗ.* ἀντὶ τοῦ ταχεῖα.

1460. *ΤΙ ΜΑΝ ΑΦΗΣΕΙ.* τοῦτό φησιν. οὐ μάτην γίγνεται τὸ κατὰ τὴν διοσημείαν, ἀλλ' ἐπί τινι μεγάλῃ συμφορᾷ. νῦν δὲ συμφοράν φησι τὸ μέσον ὄνομα τῆς συντυχίας. οἷον, ἐπί τινι γίγνεται ἡ διοσημεία.

1461. *ΑΛΙΟΝ.* μάταιον.

1462. *ΑΦΟΡΜΑι.* ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀφορμᾷ.

1464. *ΤΩιΔ' ΕΠ' ΑΝΔΡΙ.* ἐπ' ἐμοὶ δηλονότι. *ΘΕΣΦΑΤΟΣ ΒΙΟΥ ΤΕΛΕΥΤΗ.* ἡ θεσπισθεῖσα τελευτή.

1465. *ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ.* ἀποφυγή.

1466. *ΤΩι ΔΕ ΣΥΜΒΑΛΩΝ.* τίνι τεκμηρίῳ νοήσας, στοχασάμενος;

1469. *ΑΜΦΙΣΤΑΤΑΙ.* περιίσταται ἡμῖν μέγας ψόφος.

1471. *ΙΛΑΟΣ Ω ΔΑΙΜΟΝ.* λείπει τὸ ἔσο. εὐσεβέστατα ὁ χορὸς εὔχεται πρὸς τὸν θεόν, εἰ ἐπί

k) Forsitan οὐρία legit. *Elmsl.*

τινι χαλεπῷ ταῦτα πράττει, ἵλεων αὐτὸν γενέσθαι. ὅρα οὖν ὅτι ἡ συμφορὰ ἐπὶ τῆς μέσης ἐννοίας κεῖται.

1472. *ΜΑΤΕΡΙ.* τῇ Ἀττικῇ. *ΑΦΘΕΓΓΕΣ.* χαλεπόν.

[1472. *ΑΦΕΓΓΕΣ·* ἄῤῥητον, δεινόν.]

1473. *ΕΝΑΙΣΙΟΥ ΔΕ ΣΥΝΤΥΧΟΙΜΙ.* μηδὲ πονηρῷ τινι συντύχω.

1475. *ΑΚΕΡΔΗ ΧΑΡΙΝ.* ἧς φαῦλον τὸ κέρδος. *ΜΕΤΑΣΧΟΙΜΙ ΠΩΣ.* ἀντὶ τοῦ σχοίην.

1477. *ΑΡ' ΕΓΓΥΣ ΑΝΗΡ.* ὁ Θησεύς.

1479. *ΤΙ Δ' ΑΝ ΘΕΛΟΙΣ ΤΟ ΠΙΣΤΟΝ.* τὶ τὸ πιστὸν θέλεις ἐμβαλεῖν τῇ φρενὶ ἐκείνου, τῇ τοῦ Θησέως δηλονότι. ἀντὶ τοῦ, τί βούλει πιθανὸν ἀνακοινώσασθαι τῷ Θησεῖ.

1481. *ΔΟΥΝΑΙ ΣΦΙΝ.* ἀντὶ τοῦ αὐτῷ. κατὰ τιμὴν δὲ πληθυντικῶς. ἃ πάροιθ' ὑπεσχόμην. Ἄλλως. *ΔΟΥΝΑΙ ΣΦΙΝ*[l]. ἡ σφὶν ἀντὶ τῆς οἱ ἀντωνυμίας κεῖται. ἔδει γὰρ τελεσφόρον δοῦναί οἱ χάριν [m].

1482. *ΙΩ ΠΑΙ.* θαυμαστῶς ὁ χορὸς βοᾷ. ἐπάγει [n] γὰρ τὸ πρᾶγμα.

1483. *ΕΠΙ ΓΥΑΛΟΝ.* ἡ ἐπὶ πρὸς τὸ ἄκραν, [o] ἵν' ᾖ ἐπ' ἄκραν πέτραν.

1484. *ΠΟΣΕΙΔΑΩΝΙΩι.* Ποσειδῶνι. διὸ

l) Br. haec duo verba omisit.
m) Br. addidit: ἣν πάροιθ' ὑπεσχόμην.
n) Br. ἐπείγει.
o) Itaque ἔπι non ἐπὶ legisse videtur. Dind.

κεῖται τὸ χ. Ἄλλως. ΠΟΣΕΙΔΑΩΝΙΩι. ἀντὶ τοῦ Ποσειδῶνος ἐστιν ἐναλίου θεοῦ. ὁ δὲ ἑτέρως ἐσχημάτισε κτητικώτερόν πως. διὸ κεῖται τὸ χ.

1485. ΑΓΙΑΖΩΝ. ἀντὶ τοῦ ἁγίζων.

1490. ΠΑΡ' ΥΜΩΝ. ὑμῶν τε[p] καὶ Οἰδίποδος.

1495. ΕΠΙΡΡΑΞΑΣΑ. ἀντὶ τοῦ ἐπέῤῥαξεν.

1495. ΘΕΩΝ ΤΥΧΗΝ. ἐπιτυχίαν.

1497. ΝΕΟΡΤΟΝ ΑΥ. ἀντὶ τοῦ νέον.

1498. ΚΑΙ Σ' ΑΠΕΡ. τὸ ἑξῆς, καὶ σὲ μὴ ψεύσας.

1502. ΣΗΜΑΤΩΝ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΩΝ. οἷον, διὰ τῶν σημείων.

1509. ΓΗΡΩΣ ΑΛΥΠΑ. ἕως γήρως. ΤΗι ΔΕ ΚΕΙΣΕΤΑΙ. γράφεται, ΣΗι ΤΕ ΚΕΙΣΕΤΑΙ.

1515. ΜΗΘ' ΟΥ ΚΕΚΕΥΘΕ. μήτε ὅπου κρύπτεται ὁ χῶρος.

1515. ΓΕΙΤΟΝΩΝ. εἰ μὲν βαρυτόνως γειτόνων, τῶν Θηβαίων, εἰ δὲ περισπωμένως γειτονῶν, ἀντὶ τοῦ γειτνιῶν ὁ τάφος.

1516. Α Δ' ΕΞΑΓΙΣΤΑ. καθαρά. σημείωσαι[q] καὶ τὸ ἄγος τοῦτο[r]. ἐνταῦθα οὕτως[s]. ἐξάγιστα, ἀντὶ τοῦ, ἁγνὰ καὶ μὴ οἷά τε ῥηθῆναι. καὶ ἐπὶ τούτου γὰρ[t] χρῶνται πολλαχοῦ.

1521. ΤΩι ΠΡΟΦΕΡΤΑΤΩι ΜΟΝΩι.

p) Br. addidit: τῶν τοῦ Χοροῦ.
q) Br. σημαίνει γὰρ τοῦτο.
r) Br. pro τοῦτο prodidit καὶ τὸ ἀγνόν.
s) Br. οὖν pro οὕτως.
t) Br. inseruit αὐτῷ.

χρησίμως καὶ τοῦτο, ὥστε παρὰ τὸν καιρὸν τῆς τελευτῆς παραδιδόναι τὸ ἀπόῤῥητον τῷ πρεσβυτέρῳ υἱῷ ὑπὲρ τοῦ μέχρι τοῦ παντὸς διαμεῖναι τὴν ὠφέλειαν τοῖς Ἀθηναίοις, δι' ἧς τῶν Θηβαίων κρατήσουσι.

1523. *ΧΟΥΤΩΣ ΑΔΗιΟΝ.* ἀδῄωτον.

1525. *ΚΑιΝ ΕΥ ΤΙΣ ΟΙΚΗι.* κἂν δικαίως τις πολιτεύηται, πολλαὶ πόλεις ἀδίκως ἐπέρχονται.

1531. *ΜΗ ΔΕ Γ' ΕΝΤΡΕΠΩΜΕΘΑ.* ἀντὶ τοῦ ἐπιστρεφώμεθα. Ὅμηρος, *ΕΝΤΡΟΠΑΛΙΖΟΜΕΝΟΣ.* (Il. XI, 547. XVII, 109.)

1532. *ΕΓΩ ΓΑΡ ΗΓΕΜΩΝ.* ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν ὑμῖν πέφηνα, ὥσπερ ὑμεῖς τῷ πατρί.

1537. *ΤΗιΔΕ ΓΑΡ ΑΓΕΙ.* οὐ πταίει ὁ ὑποκριτής, ἀλλ' εὐθὺ ἄπεισιν, ὥσπερ ἀγόμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ. πάνυ δὲ σεμνῶς καὶ τὸ τοῦ Ἑρμοῦ προςέθηκεν.

1539. *Ω ΦΩΣ ΑΦΕΓΓΕΣ.* ὃ τῷ νῷ ὁρᾷ, οὐ τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς.

1543. *ΠΡΟΣΠΟΛΟΙ ΤΕ ΣΟΙ.* οἱ Ἀθηναῖοι.

1546. *ΤΑΝ ΑΦΑΝΗ ΘΕΟΝ.* τὴν Περσεφόνην φησίν.

1548. *ΕΝΝΥΧΙΩΝ ΑΝΑΞ.* τῶν ἐν νυκτὶ ἀεὶ καὶ σκότῳ διατριβόντων. τεθνηκότων.

1549. *ΛΙΣΣΟΜΑΙ ΜΗΤ' ΕΠΙΠΟΝΩι.* τὰ ἑξῆς μὲν δῆλα ἐκ τῆς λέξεως. τὸ δὲ *ΔΙΔΟΥ ΜΟΙ,* τούτῳ[u] ἀσυνάρτητόν πως φαίνεται ἡμῖν. ἐπι-

u) Br. τοῦτο. et LA.

στῆσαι οὖν ἄξιον λαβόντας καλὸν ἀντίγραφον· δίδου μοι τὸν ξένον κατανύσαι τὰν παγκευθῆ κάτω νεκύων πλάκα, καὶ στύγιον δόμον, μήτ' ἐπιπόνῳ, μήτ' ἐπὶ βαρυηχεῖ μόρῳ. εὔχονται δὲ αὐτῷ μὴ δυςθανατῆσαι.

1554. *ΚΑΙ ΜΑΤΑΝ ΠΗΜΑΤΩΝ.* ἀποστρέφει τὸν λόγον πρὸς τὸν Οἰδίποδα. τὸ δὲ μάτην [x] ἱκνουμένων ἔν τινι [y] τρόπῳ εἴρηκε, παρ' ὅσον σχεδὸν πάντα τὰ ἁμαρτήματα τῷ Οἰδίποδι ἀκουσίως [z] ἐγένετο. καὶ νῦν οὖν κατὰ τοῦτο μάτην ἂν λέγοι τιμωρίαν ὑπίσχειν αὐτόν.

1557. *Ω ΧΘΟΝΙΑΙ ΘΕΑΙ.* ὦ Ἐριννύες.
1558. *ΘΗΡΟΣ.* τοῦ Κερβέρου.

1560. *ΕΥΝΑΣΘΑΙ.* κοιμᾶσθαι. λείπει τὸ φασίν. ὁ γὰρ νοῦς τοιοῦτος· ὅν φασι κοιμᾶσθαι, κνύζεσθαί [a] τέ φασι. τοῦτο δὲ αὐτὸς ἀποδέδωκεν εἰπών, *ΛΟΓΟΣ ΑΙΕΝ ΑΝΕΧΕΙ.* ἤρκει δὲ εἰ κατ' ἔλλειψιν ἐξενήνεκτο ὁ λόγος.

1562. *ΛΟΓΟΣ ΑΙΕΝ ΑΝΕΧΕΙ.* ἀντὶ τοῦ φασίν.

1563. *ΟΝ Ω ΓΑΣ ΠΑΙ.* τὸν Κέρβερον ἐξευμενίζομαι, τῷ ξένῳ ὁρμωμένῳ καὶ περῶντι νερτέρας νεκρῶν πλάκας, ἀβλαβῶς ὑπαντῆσαι.

1564. *ΚΑΤΕΥΧΟΜΑΙ ΕΝ ΚΑΘΑΡΩι.* ἐπανέλαβε. τῷ δὲ ἑνικῷ κέχρηται ἀντὶ τοῦ πληθυντικοῦ. λέγει γὰρ τὰς Εὐμενίδας. ταύτας δὲ οὕτω καὶ ἐν ἀρχῇ (v. 40.) γενεαλογεῖ.

x) Br. *ΜΑΤΑΝ.*
y) Br. ἔν τινι — ;
z) An ἀκουσίῳ scribendum? *Doed.*
a) Br. κνυζᾶσθαι.

1567. *ΣΕ ΤΟΙ ΚΙΚΛΗΣΚΩ ΤΟΝ ΑΙΕΝΥΠΝΟΝ.* ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον. αἰένυπνον, τὸν ἀείυπνον, τὸν διαπαντὸς κοιμώμενον. φησὶ δὲ τὸν θάνατον, ὥσπερ δαίμονά τινα ὄντα. πρὸς πάντας γὰρ σχεδὸν τοὺς ὑποχθονίους τὴν παράκλησιν ἐποιήσαντο, τὸν Πλούτωνα, τὴν Περσεφόνην, τὸν Κέρβερον, καὶ νῦν πρὸς τὸν θάνατον αὐτόν.

1568. *ΑΝΔΡΕΣ ΠΟΛΙΤΑΙ, ΞΥΝΤΟΜΩΤΑΤΟΣ* [b]. ἀντὶ τοῦ συντόμως. ἔστι δὲ ὁ ἄγγελος εἷς τῶν ἀκολουθησάντων Θησεῖ θεραπόντων· καὶ ἀφῖκται ἔνια ἀπαγγέλλων τῶν πραχθέντων ἐπὶ τῆς ἐρημίας· οὐ γὰρ πάντα δυνατὸν ἦν θεάσασθαι.

1573. *ΚΕΙΝΟΝ ΤΟΝ ΑΕΙ ΒΙΟΤΟΝ.* τὸ μακρὸν γῆρας, ἢ τὴν ζωήν. εἰώθασι γὰρ τὸ ἀεὶ καὶ ἐπ' ὀλίγου χρόνου τάσσειν. Ὅμηρος (Iliad. XIII, 517.),

ἔχων [c] κότον ἐμμενὲς αἰεί.

1576. *ΩΣ ΜΕΝ ΓΑΡ ΕΝΘΕΝΔΕ.* ὑπερβατόν [d]. ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδε εἷρπεν ὑφ' ἡγητῆρος οὐδενὸς φίλων, ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος, καὶ σὺ παρὼν οἶδας. Ἄλλως. *ΥΦΗΓΗΤΗΡΟΣ.* κατὰ συναλοιφήν. λέγει δὲ ὅτι ὑπ' οὐδενὸς ἡγητῆρος.

1578. *ΕΞΗΓΟΥΜΕΝΟΣ.* προηγούμενος.

1579. *ΕΠΕΙ Δ' ΑΦΙΚΤΟ ΤΟΝ ΚΑΤΑΡΡΑΚΤΗΝ ΟΔΟΝ.* ἀντὶ τοῦ οὐδόν. ὃν

b) Membr. Laur. ξυντομ^ω habent, quod pro ξυντομώτατος scripsisse videtur librarius. *Elmsl.*
c) Br. ἔχεν.
d) Br. ὑπέρβατον.

ἐν ἀρχῇ (v. 57.) εἶπε χαλκόπουν οὐδόν [e]. τοῦτον νῦν ὑποτίθεται ἐκτὸς τῆς σκηνῆς, καὶ οὐκέτι ἐν ὄψει τοῦ θεάτρου. καὶ νῦν καταῤῥάκτην προςηγόρευσε, διὰ τὸ νομίζειν ἐκεῖνον τὸν τόπον κατάβασιν ἔχειν εἰς Ἅιδου. καὶ εἰσὶν οἳ δι' αὐτῆς τὴν ἁρπαγήν φασι τῆς κόρης γενέσθαι.

1581. [f] ΕΝ ΠΟΛΥΣΧΙΣΤΩι ΜΙΑι. ὡς πλειόνων οὐσῶν τῶν ὁδῶν [g].

1582. ΚΟΙΛΟΥ ΠΕΛΑΣ ΚΡΑΤΗΡΟΣ. τοῦ μυχοῦ. τὰ γὰρ κοῖλα οὕτως ἐκάλουν ἐκ μεταφορᾶς. ὅθεν καὶ τὰ ἐν τῇ Αἴτνῃ κοιλώματα κρατῆρες καλοῦνται. λέγει δὲ δι' οὗ καταβῆναί φασι τὴν κόρην ἁρπαγεῖσαν. Πειρίθου τε φησὶ κεῖται συνθήματα, οἷον ὑπομνήματα τῆς πίστεως, ἧς ἔθεντο πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς εἰς Ἅιδου καταβάσεως. ἀμάρτυρον δὲ εἰ διὰ τούτου τοῦ τόπου κατῆλθον. πιθανῶς δὲ ὁ Σοφοκλῆς πρὸς χάριν τῆς Ἀττικῆς φησιν ἐνταῦθα τὴν εἰς Ἅιδου κατάβασιν Οἰδίποδος γενέσθαι.

1584. ΕΦ' ΟΥ ΜΕΣΟΥ ΣΤΑΣ. σταθεὶς καὶ μηκέτι ὁδεύσας. μέσου δὲ ἀντὶ τοῦ μεταξὺ τοῦ κρατῆρος, ὅ ἐστι τοῦ μυχοῦ, στάς. ΤΟΥ ΤΕ ΘΟΡΙΚΙΟΥ ΠΕΤΡΟΥ. ταῦτα γνώριμα τοῖς ἐγχωρίοις. Θόρικος δὲ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς.

1585. ΚΟΙΛΗΣ Τ' ΑΧΕΡΔΟΥ. ἀπὸ κοινοῦ τὸ ΣΤΑΣ. κοίλης δὲ ἀχέρδου, τῆς τὸν πυθμένα ἐχούσης ὑπόκενον, σαπέντα.

1587. ΠΑΙΔΑΣ ΗΝΩΤΕΙ ΡΥΤΩΝ ΥΔΑΤΩΝ. ἐπὶ τὸ ἀφαγνισθῆναι αὐτὸν πρὸ τελευτῆς.

e) Br. ὁδόν.
f) Br. praemisit: κελεύθων.
g) R. οὐδῶν.

1589. *ΤΩΔ' ΕΥΧΛΟΟΥ ΔΗΜΗΤΡΟΣ.* εὐχλόου Δήμητρος ἱερόν ἐστι πρὸς τῇ ἀκροπόλει. καὶ Εὔπολις Μαρικᾷ·

Ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ
Κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.

ἔνθα δηλονότι καὶ κριὸς θήλεια [h] τῇ θεῷ ταύτῃ θύεται [i]. οὕτω δὲ τιμᾶται ἐκ τῆς τῶν κήπων χλόης. θύουσί τε [k] Θαργηλιῶνος ἕκτῃ.

1590. *ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ.* ἐντολάς, πράξεις.

1592. *Ηι ΝΟΜΙΖΕΤΑΙ.* ὡς νομίζεται ἐπὶ τοῖς νεκροῖς.

1595. *ΖΕΥΣ ΧΘΟΝΙΟΣ.* πάνυ σεμνῶς τὸ χθόνιος. οἷον, μύκημα ἐγένετο, καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ, προδηλοῦντος τοῦ θεοῦ τὸν καιρόν, ἐν ᾧ ἔδει ἀποτάττεσθαι τὸν Οἰδίποδα.

1597. *ΟΥΔ' ΑΝΙΕΣΑΝ.* οὐκ ἀνέπεμπον [l]. [*ΟΥΔ' ΑΝΙΕΣΑΝ*· οὐκ ἔπαυον.]

1600. *ΠΤΥΞΑΣ.* περιπλέξας.

1603. *ΔΥΣΠΟΝΗΤΟΝ ΤΡΟΦΗΝ.* γηροκομίαν.

1606. *ΤΟ ΓΑΡ ΦΙΛΕΙΝ ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΕΞ ΟΤΟΥ.* ἀντὶ τοῦ, οὐδεὶς πλέον μου ὑμᾶς ἐφίλησε.

1610. *ΛΥΓΔΗΝ.* λύζοντες. *ΕΚΛΑΙΟΝ ΠΑΝΤΕΣ.* ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ πάντες [m], κατ' ἐπι-

h) Br. omisit *θήλεια.*
i) Br. addidit *οὐ θήλεια μόνον ὄϊς.*
k) Br. addidit *αὐτῇ.*
l) Br. *ἀνέπαυον.*
m) Br. omisit *πάντες.*

κράτειαν δὲ πάντες φησίν, ἑνὸς μὲν ὄντος ἄῤῥενος τοῦ Οἰδίποδος, δύο δὲ τῶν θηλειῶν. ὅμοιον τῷ,

Μοῦσαι καλαὶ κ' Ἄπολλον οἷς ἐγὼ σπένδω.

[1610. ΛΥΓΔΗΝ· μετὰ λυγμοῦ ἤτοι κωκυμάτων.]

1615. ΘΩΥΞΕΝ. ἐκάλεσεν, ἐβόησεν.

1619. ΑΥΔΑι ΜΟΛΕΙΝ ΟΙ ΓΗΣ. ἀντὶ τοῦ, πρὸς αὐτόν.

1621. ΠΙΣΤΙΝ ΑΡΧΑΙΑΝ. διὰ τὴν ἀρχαίαν. βούλεται δὲ λέγειν [n] ἀρχὴν πίστεως.

1623. ΤΕΛΕΙΝ Δ' ΟΣ' ΑΝ. ἀντὶ τοῦ ὅσα ἄν.

1631. ΔΙΚΑΙΟΥΝ. δίκαιον κρίνειν.

1635. ΑΣΤΑΚΤΙ ΔΕ. πολυστακτί· πολυδακρύτως.

1637. ΣΤΡΑΦΕΝΤΕΣ ΕΞΑΠΕΙΔΟΜΕΝ. ἴδιον αὐτοῦ τὸ πολλαῖς κεχρῆσθαι ταῖς προσθέσεσι. παραφυλακτέον δὲ πῶς καὶ τὰ ἄῤῥητα ὑπ' ὄψιν ἤγαγεν ὁ ἄγγελος, ἐκ τῶν σχημάτων μηνύων.

1639. ΑΝΑΚΤΑ Δ' ΑΥΤΟΝ. τὸν Θησέα εἴδομεν κατὰ τοῦ κρατὸς ἔχοντα χέρα ἐπίσκιον ὀμμάτων. ὅ ἐστι, τῇ χειρὶ σκέποντα τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸ μὴ θεωρῆσαι τὸ δεινὸν τοῦ πάθους. ἤγουν, τὸ σχῆμα τῶν θαυμαζόντων ἐνδεικνύμενον.

1642. ΕΠΕΙΤΑ ΜΕΝ ΤΟΙ ΒΑΙΟΝ. ἀντὶ τοῦ, μετ' ὀλίγον, οὐ μετὰ πολύ.

n) Br. διὰ τοῦ ἀρχαίαν βούλεται λέγειν.

1648. *ΚΕΡΑΥΝΟΣ ΕΞΕΠΡΑΞΕΝ.* ἀνεῖλεν.

[1648. *ΕΞΕΠΡΑΞΕΝ·* διεπράξατο, ἀνεῖλεν.]

1650. *Η ΤΟ ΝΕΡΤΕΡΩΝ.* ἢ τὸ νερτέρων γῆς πέδον εὔνουν διαστάν. ὅ ἐστι, χάσμα αὐτῷ εὔνουν ἐγένετο.

1651. *ΑΛΥΠΗΤΟΝ.* γράφεται, ἀλάμπετον.

1653. *ΑΛΛ' ΕΙ ΤΙΣ ΒΡΟΤΩΝ.* ὡς οὐδεὶς ἄλλος.

1654. *ΕΙ ΔΕ ΜΗ ΔΟΚΩ ΦΡΟΝΕΙΝ.* εἰ δέ τις οἴεταί με μὴ φρονοῦντα λέγειν, οὐκ ἂν αὐτῷ συγχωρήσαιμι, οὐδὲ συγκαταθείμην, ὅτι ταῦτα ὡς ἄφρων λέγω.

1655. *ΟΥΚ ΑΝ ΠΑΡΕΙΜΗΝ.* παραχωρήσαιμι.

1656. *Χ' ΟΙ ΠΡΟΠΕΜΨΑΝΤΕΣ.* ἀντὶ τοῦ ὁ Θησεύς.

1658. *ΦΘΟΓΓΟΙ ΣΦΕ.* αἱ θυγατέρες ἐν μέρει αὐτοῦ ἀπολοφύρονται. ἐφ' οἷς τε νῦν σὺν τῷ πατρὶ ἔπαθον, καὶ ἅπερ ἐκδέξεται αὐτάς. καί ἐστι τὰ ἐφεξῆς τοῦ δράματος οὐκ εὐκαταφρόνητα.

1659. *ΑΙ ΑΙ. ΦΕΥ.* τὸ ἑξῆς, ἔστι νῷν [o] στενάζειν, οὐ τὸ ἔμφυτον μὲν πατρὸς αἷμα, ἄλλο δὲ μή, ἀλλὰ [p] πολλὰ δηλονότι.

1665. *ΑΛΛΟΤΕ ΜΕΝ ΠΟΝΟΝ.* πρότερον μέν τινα ἐπάσχομεν ἐπὶ τῷ πατρί. τὸ δὲ πύμα-

o) Br. ἔστιν ἡμῖν.
p) Br. addidit: καὶ ἄλλα.

τον τοῦτο καὶ ἔσχατον, τὸ κατὰ τὴν ἀφάνισιν αὐτοῦ οὕτω παράδοξόν ἐστι, ὡς μηδὲ λόγον εὑρέσθαι ἐπ' αὐτοῖς [q] δυνατὸν εἶναι.

1664. *ΑΛΟΓΙΣΤΑ.* ἀδιήγητα κακὰ βαστάζομεν [r].

1665. *ΙΔΟΝΤΕ ΚΑΙ ΠΑΘΟΥΣΑ.* ἀντὶ τοῦ ἰδοῦσαι καὶ παθοῦσαι. πολλαχοῦ δὲ τῷ σχήματι χρῆται, ἀντὶ τῶν θηλυκῶν τὰ ἀῤῥενικὰ τιθείς. καὶ ἐν Ἠλέκτρᾳ (v. 978.)·

Ὦ τοῖσιν ἐχθροῖς εὖ βεβηκόσι, [s] *ποτὲ*
Ψυχῆς ἀφειδήσαντε προὐστάτην [t] *φόνον.*

καὶ πάλιν (v. 1003.)·

Ὅρα κακῶς πράσσοντε μὴ μείζω κακὰ
Χρησώμεθα [u].

καὶ Ὅμηρος (Il. V, 778.)·

Τὼ δὲ βάτην τρήρωσι πελιάσιν [x] *ἴσθμαθ'* [y] *ὁμοῖαι.*

καὶ Ἡσίοδος (Opp. et D. 197.)·

Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλόν,
Ἀθάνατον [z] *μετὰ φῦλον ἴσαν* [a], *προλιπόντ' ἀνθρώπους,*
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις [b].

q) Br. αὐτῷ.
r) βαστάξομεν Reis. ad h. v. ex Suida.
s) Br. βεβηκόσιν.
t) Br. προὐστήτην.
u) Br. κτησώμεθα.
x) Br. πελειάσιν.
y) Br. ἴθμαθ'.
z) Br. ἀθανάτων.
a) Br. ἴτην.
b) Similia quaedam, partim eadem, leguntur apud Eustathium in Il. Θ, 455. p. 613, 23. Vid. Valck. ad Hipp. 386. *Erf.*

1667. *ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΜΕΝ ΕΙΚΑΣΑΙ.* οὐδὲ εἰκόνα ἔχω λαβεῖν τοῦ πάθους.

1668. *ΩΣ ΜΑΛΙΣΤ' ΑΝ ΕΙ ΠΟΘΩι ΛΑΒΟΙΣ.* ὡς ἂν ἐπιποθήσαις τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς μαθεῖν. ἢ ὡς μάλιστα ἄν τις ποθήσαι μαθεῖν ὅπως βέβηκεν. οἷον παραδόξως. καὶ ἐπιφέρει τὴν αἰτίαν τοῦ παραδόξου δοκοῦντος εἶναι.

[1668. *ΩΣ ΜΑΛΙΣΤ' ΑΝ ΕΝ ΠΟΘΩι ΛΑΒΟΙΣ·* ὡς ἂν ἐπιποθήσαις τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς μαθεῖν. *ΤΙ ΓΑΡ* πρὸς τὸ οὐκ ἔστι μὲν εἰκάσαι ἀπήντησεν.]

1669. *ΤΙ ΓΑΡ ΟΤΩι ΜΗΤ' ΑΡΗΣ.* πρὸς τὸ ἄνω. τί γὰρ ἔστιν εἰκονίσαι ἐκείνῳ πάνυ, ᾧ τινι μήτε πόλεμος, μήτε νόσος ἐπῆλθεν, ἀλλ' ἀφανῶς διὰ χάσματος ἀπολομένῳ.

1673. *ΝΩιΝ ΔΕ.* ἡμῖν, ἐμοὶ καὶ Ἰσμήνῃ. τὸ δὲ τάλαινα διὰ μέσου ἀναπεφώνηται.

1675. *ΠΩΣ ΓΑΡ ΕΙ ΤΙΝ' ΑΠΙΑΝ ΓΑΝ.* ποῦ γῆς πλανηθεῖσαι τροφῆς τύχοιμεν [c]. ἀπίαν δὲ γᾶν τὴν μακρὰν καὶ ἄπωθεν οὖσαν.

1677. *ΔΥΣΟΙΣΤΟΝ.* τὴν δυςπόριστον. ἵν' ᾖ τοῦ πάθους ἐπίτασις. ὅτι τροφῆς ἀπορήσομεν. ἀηδῶς προςοισόμεθα τοῦ πατρὸς ἐστερημέναι.

1683. *Ω ΔΙΔΥΜΑ ΤΕΚΝΩΝ.* ταῦτα ὁ χορὸς παρηγορῶν ἐμμένειν τοῖς ἐγνωσμένοις παρὰ θεῶν. φέρε οὖν τὸ ἐκ θεῶν εἱμαρμένον καλῶς.

1685. *ΜΗΔ' ΑΓΑΝ ΟΥΤΩ ΦΛΕΓΕ-*

c) Br. τύχωμεν.

ΣΘΟΝ. ἀντὶ τοῦ μὴ ἄκρως φλέγεσθε. τὸ ἐκ θεου πεμφθὲν δυςανασχέτως φέρουσαι.

1686. *ΟΥΤΟΙ ΚΑΤΑΜΕΜΠΤΑ.* οὐκ ἐν τοιούτοις ἐστὲ ὥςτε καταμέμφεσθαι. ἤτοι ὡς ἂν ἐπικουφίζοντος αὐταῖς τὴν συμφορὰν τοῦ βασιλέως. ἢ οἷον, οὐκ ἐν χείρονι νῦν ὑμῖν ἔσται τὰ πράγματα.

1687. *ΠΟΘΟΣ ΚΑΙ ΚΑΚΩΝ ΑΡ' ΗΝ ΤΙΣ.* οἱ μὲν περὶ τὸν χορὸν παραμυθεῖσθαι πειρῶνται αὐτάς. αἱ δὲ οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν χωροῦσι καὶ ὀλοφύρονται, καί φασιν· ἦν ἄρα τις κακῶν πόθος, ὡς ἡμεῖς ἐν κακοῖς ὄντος τοῦ πατρὸς καὶ μὴ ὁρῶντος, ἐστέργομεν αὐτόν, καὶ νῦν μὴ παρόντα ποθοῦμεν. ὡς ὅτε ἐν χεροῖν κατεῖχον τὸν Οἰδίποδα, περιέστελλον καὶ ἐθεράπευον.

1688. *ΚΑΙ ΓΑΡ Ο ΜΗΔΑΜΗι.* καὶ γὰρ δυςτυχοῦντα τὸν πατέρα ἐποθοῦμεν θεραπεύειν, καὶ νῦν μὴ παρόντα ποθοῦμεν.

1692. *ΓΕΡΩΝ ΑΦΙΛΗΤΟΣ.* λείπει τὸ ἦς.

1693. *ΚΑΙ ΤΑΔΕ ΜΗ ΚΥΡΗΣΗιΣ*[d]. καὶ τανῦν μὴ γένοιό μοι ἄφιλος[e].

1696. *ΑΣ ΕΧΡΗιΖΕ ΓΑΣ.* ἐφ' ἧς ἤθελε ξένης γῆς ἀπέθανε.

1702. *ΠΩΣ ΜΕ ΧΡΗ ΤΟ ΣΟΝ ΤΑΛΑΙΝΑΝ.* τουτέστι, τὸ παρὰ σὲ ἄχος τηλικοῦτόν ἐστιν.

1703. *ΙΩ ΜΗ.* τὸ ἑξῆς, μὴ ἔχρῃζες, ἀντὶ τοῦ, μὴ ὤφελες.

d) Videtur κυρήσαις legisse. *Doed.*
e) Br. ἀφίλητος.

1704. *ΓΑΣ ΕΠΙ ΞΕΝΑΣ.* μεμονωμένος τῶν συγγενῶν.

1712. *ΑΛΛ' ΕΠΕΙ ΟΛΒΙΩΣ Γ' ΕΛΥΣΕΝ.* ἐπεὶ ὁ Οἰδίπους εὐδαιμόνως ἀπέθανε, μὴ λίαν θρηνεῖτε.

1715. *ΔΥΣΑΛΩΤΟΣ ΟΥΔΕΙΣ.* οὐδεὶς δύςληπτος, ἀλλ' εὐάλωτος.

1716. *ΩΣ ΤΙ ΡΕΞΩΜΕΝ.* κατὰ κῶλον ἀλλήλαις διαλέγονται πάνυ παθητικῶς. καὶ μή τινι ἀπίθανον δόξῃ καὶ ἀνοικονόμητον, καὶ[f] τὸ ἐπιθυμεῖν τὴν Ἀντιγόνην ὀπίσω ἀνιέναι ἐπὶ τὸν τοῦ πατρὸς τάφον μὴ ἐπισταμένην τὰ κατ' αὐτὸν ὅπως ἀπέθανεν. ἀλλὰ τὸ ἦθός ἐστι παθητικόν, καὶ ὃ μάλιστα πράττουσιν αἱ γυναῖκες ἐν τοῖς τοιούτοις συμπτώμασιν, ἀεὶ ἐπιφοιτᾷν θέλουσαι τοῖς τῶν θανόντων τάφοις

1720. *ΜΩΝ ΟΥΧ ΟΡΑιΣ.* οὐχ ὁρᾷς καὶ τόδε, ὡς ἄταφος ἔπιτνε δίχα τε παντός; τά τε ἄλλα διὰ μέσου κατ' ἀκόλουθον τῆς Ἀντιγόνης.

[1730. *ΚΑΙ ΠΑΡΟΣ ΑΠΟΦΕΥΓΕΤΟΝ·* καὶ πρώην φησὶν ὡς εἰς καταφυγήν τινα πρὸς τὰ ἐνταῦθα κατεφύγετε, καὶ τοιαῦτα εὕρατε, καὶ νῦν ποῦ ζητεῖτε καταφεύγειν; Τ.]

1731. *ΣΦΩιΝ ΤΟ ΜΗ ΠΙΤΝΕΙΝ.* καλῶς ἡ ἀντωνυμία. διὸ τὸ χ.

1742. *ΠΑΥΕΤΕ ΘΡΗΝΩΝ ΠΑΙΔΕΣ.* τῇ μὲν ἑρμηνείᾳ ἐπιστῆσαι ἄξιον. τὸ δὲ τῆς διανοίας ἀσαφές. φησὶ γὰρ ὁ χορός, μὴ θρηνεῖτε ὦ παῖδες· νέμεσις γάρ ἐστιν[g] τοῦτον θρηνεῖν, ᾧ τὰ τῆς τελευ-

f) Br. delevit καὶ.
g) Br. ἐστι.

τῆς κατὰ χάριν ἀπέβη. οὐ χρὴ οὖν τούτους πενθεῖν, οἷς κεχαρισμένον ἐστὶ τὸ ἀποθανεῖν.

1751. *Ω ΠΑΙΔΕΣ ΑΠΕΙΠΕΝ ΕΜΟΙ. παραφύλαξον τὴν τέχνην πῶς αἱ νέαι μὲν ἄπειροι τῶν κατὰ τὴν ὑπόθεσιν. λοιπὸν ἔτι παρὰ Θησέως μανθάνομεν, τίνα ἦν ἔνια τῶν εἰρημένων αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Οἰδίποδος. τὰ δὲ τελευταῖα καὶ δυςτραπελώτερα, καὶ οὐ ῥᾳδίως ἐστὶν αὐτῶν κατακρατῆσαι ἐν τῇ ἐξηγήσει. πεποίηται γὰρ ταῦτα εἰς τὸ ἀσαφέστερον.*

1759. *ΑΛΛ' ΕΙ ΤΑΔ' ΕΧΕΙ ΚΑΤΑ ΝΟΥΝ. εἰ ἀρέσκει τούτῳ ταῦτα* h) *τὸ μὴ λεχθῆναι, καὶ ἡμῖν ἀρκεῖ τὸ μὴ ἀκοῦσαι.*

1763. *ΤΟΙΣΙΝ ΟΜΑΙΜΟΙΣ. Ἐτεοκλεῖ καὶ Πολυνείκει.*

1765. *ΠΡΟΣΦΟΡΑ. ἀντὶ τοῦ χρήσιμα.*

h) Br. ταῦτα transposuit post λεχθῆναι.

IN

SOPHOCLIS

OEDIPUM COLONEUM

ADNOTATIONES.

De loco cui nomen *Κολωνός*, videndus Meursius in Pagis Atticis, et Reliquorum Atticorum cap. VI.; maxime vero Cicero in suavissimo exordio libri V. de Finibus, ubi *mollissimum carmen* appellat versus istos Oedipi requirentis quemnam in locum pervenisset. *Brunck.*

Quantam ad commovendos animos vim habeat exordium fabulae, id si quis persentiscere velit, eum inprimis ad insignem fortunae commutationem attendere oportebit. Regem igitur, eumque generosissimae indolis fuisse, qui aliorum beneficiis vitam se sustentare queritur, opportune monet Erfurdtius. Atque aequiores hac in re iudices nactus est Sophocles, quam Euripides, quem quidem haud paullum inde reprehensionis tulisse constat, quod mendicantem in scenam produxisset Telephum. *Hell.*

V. 1. 2. His versibus, priore ludibrii causa paullulum immutato, Demetrium Poliorceten tum propter angustias exercitum prementes, tum quod patrem Antigonum habuerit luscum, sugillatum fuisse, adparet ex Plut. Demetr. c. 46. *Hell.* — *χώρους,* non *loca* in universum, sed *ἀγροὺς, δήμους, pagos, rus,* oppos. *πόλιν*. *Doed.*

V. 3. Altera explicatio ex duabus a Scholiasta propositis, qua *τίς*, tamquam pro *ἥτις* dictum, ad

πόλιν refertur, ἐνέργειαν loci haud mediocriter imminuit, quippe quae, ut Burgessius quoque vidit, repetito interrogandi pronomine inprimis nititur. Ceterum hoc et sq. v. usum esse Aristippum, naufragum, Galenus refert Protr. c. 5. laudatus Valckenario Diatr. Eur. p. 196. *Hell.*

V. 4. σπανιστοῖς. Hac de voce quod posteriore loco profert Scholiastes, nihili esse, Reisigius vidit. — δέξεται δωρήμασι. Locutionem illustrat Abresch. ad Aesch. I. p. 603.

V. 6. καὶ τόδ' ἐξαρκοῦν ἐμοί. Anacoluthi fere instar habet Erfurdt. ad Ai. 1403. existimans, dictum esse pro καὶ ᾧ τόδε ἐξαρκεῖ. Praeivisse videtur Scholiastes παραφράζων et Brunckius in interpretatione. Verum expedite procedit oratio, quum accusativo rei, μεῖον, per epexegesin addatur sententia gravis, epitheti loco. καὶ est *etiam*, *vel*. *Hell.* φέροντα notandum pro φερόμενον, quoniam Hermannus ad El. 1074. recte quidem in universum statuit „φέρειν est *afferre alii*, non *reportare* sibi.“ Similiter φέροις infra v. 647. (651.) προςφέρων in Phil. 1108. Apud Homerum tamen Iliad. I, 301.

τῶν οὐκ ἄν τι φέροις ἀνελὼν ἀέκοντος ἐμεῖο.

non est *reportare*, ut Schneidero in Lex. s. v. visum, sed *asportare*, *agere*, *ferre*. *Doed.*

V. 7. χῶ μακρὸς χρόνος. Euphoniae ergo vocum ordinem inverti. Legitur vulgo χῷ χρόνος ξυνὼν μακρός. *Brunck.* Aurium iudicium, res et difficilis et lubrica, me non movet, ut invitis libris quidquam moliar. Praeterea Schaeferus vocem χρόνος suo loco expelli non vult. „Hic enim, inquit, sibi

respondent αἱ πάθαι, ὁ χρόνος, τὸ γενναῖον. Alia ratio est in Eur. Alc. v. 681. Musgr. γῆρας ψέγοντες καὶ μακρὸν χρόνον βίου." Hermannus autem ad El. 42. „μακρῷ χρόνῳ pro una notione est, diuturnitate temporis: χρόνῳ μακρῷ autem est idem ac χρόνῳ, ὅς ἐστὶ μακρός, ut in Oed. C. 7." cf. eund. ad Hom. Hymn. Apoll. 14. *Hell.* χρόνος μακρός est *senectus*, quae moderationem animi hominibus afferre solet, vid. ad v. 800. (804.) De diuturnitate temporis, quae consuetudine malorum acerbitatem leniat, vel propterea cogitari non debet, quod haec patientiae causa iam τῶν παθῶν commemoratione anticipata erat. In Eur. Alc. 670. γῆρας *mala senectutis* et μακρὸς χρόνος βίου *diuturnum vitae fructum* indicat. — ξυνὼν et παρὼν quae utraque est Codd. lectio, promiscue et sensu non ita diverso usurpari, intelligitur ex Ai. 558.

ἁνὴρ ἔοικεν ἢ νοσεῖν ἢ τοῖς πάλαι
νοσήμασιν ξ υ ν ο ῦ σ ι ν λυπεῖσθαι παρών. *Doed.*

Ad firmandum ξυνὼν adfert Iacobs. Eur. fragm. inc. 68.

ταύτῃ τῇ νόσῳ ξυνών.

Aesch. Pers. 175. πολλοῖς ὀνείρασι ξύνειμι. Adde v. 1238. (1244.) huius tragoediae. Reisigio est *praeterea, miseriis additum tempus. Hell.*

V. 8. τὸ γενναῖον [conf. 565. (569.) 1038. (1042.)] τρίτον. E tribus, quos commemorat, modestiae fontibus, quod ordine postremum est, non item est dignitate, quum ingenerata animi praestantia ceterarum rerum, quae extrinsecus veniunt, calamitatum quidem temporisque, vim salutarem quasi in se recipiat augeatque. Quod haud scio an in caussa fuerit, cur τρίτον adderetur, etiamsi hoc alias minus habeat gravitatis, ut infra 323. (331.) *Hell.*

V. 9. *sqq.* θάκοισιν, εἴ τινα *etc.* Brunck. *si quem hominem vides, vel profana in exedra sedentem.* At cur sedentem, vel, si πρὸς adcuratius reddideris *prope*, vicinum sedibus finxerit incolam Oedipus? Contra primo statim obtutu suspiceris coniunctionem aliquam inter θάκοισιν et ἐξίδρυσον. Deinde non tam hominem exspectat Oedipus, qui interrogetur, quam sedem, in qua, dum Antigone homines investiget, ipse alieno absque adiumento morari queat. Quod Winshemius iam intellexerat, *si quem locum* vertens. Quamobrem cum Schaefero post θάκοισιν et βλέπεις interpungendum, iungendumque θάκοισι στῆσόν με κἀξίδρυσον; „nam, inquit ille, ut est in argumento altero, Oedipus πρῶτος καταλύει τὴν ὁδοιπορίαν. εἴ τινα sc. θᾶκον.“ Si cui tamen neque haec ratio satisfecerit, quippe quum vox στῆσον inter dativum θάκοισιν propriumque eius verbum ἐξίδρυσον minus commode a tragico inserta sic videri possit, nec Reisigii, θάκοισιν ad πυθοίμεθα referentis (*sedibus occupatis percontemur*) hyperbaton adriserit: confugiat is ad insignem Seidleri coniecturam θάκησιν. „Ut οἶκος, οἴκημα, οἴκησις, sic θᾶκος, θάκημα, θάκησις. Exstat infra θάκημα 1154. (1160.) 1374. (1380.). Ἐνθάκησις reperitur Phil. 18. unde saltem adparet, formam exstitisse. Quod ad significationem attinet, itidem οἴκησις conferri potest, quod et habitationem designat et habitaculum. Sic et ἵδρυσις sellam significat. Pari modo alia quoque usurpantur substantiva in ησις, ευσις, υσις, ωσις.“ In hunc fere modum Vir doctus. *Hell.*

Nos θάκοισι cum στῆσον i. e. ἐπίστησον, coniungimus. Vid. ad v. 404. (411.) βεβήλοις pro neutro et substantivi loco accipiendum. Gramm. in Bekk. Anecd. Gr. I. p. 323. *ΑΒΕΒΗΛΟΣ* — — — βέβηλα

δὲ ἐλέγετο τὰ μὴ ὅσια μηδὲ ἱερά· οὕτω Σοφοκλῆς. πρὸς, ut Tacito *apud*, pro ἐν, ut Trach. 371. πρὸς μέσῃ Τραχινίων ἀγορᾷ coll. v. 422. O. T. 1126. χώροις πρὸς τίσι ξύναυλος ὤν. Aesch. Eum. 451. πρὸς ἄλλοις οἴκοισι. *Doed.*

V. 11. στῆσον minime supervacaneum: denotat initium requietis, ut continuationem κἀξίδρυσον. *Hell.* — πυθοίμεθα verum est, *ut percontari possimus*, ut nihil obstet, quo minus percontemur. Nam, nisi consedisset Oedipus, Antigona ab eo discedere non poterat. *Seidl.* Vid. Herm. ad El. 57.

V. 12. 13. μανθάνειν γὰρ ἥκομεν κ. τ. λ. Offendit Erfurdtium, quod discendi caussa venisse dicit se Oedipus, quum, verum si spectes, ea quidem mente huc commigraverit, ut destinatum sibi vitae exitum inveniret. Enimvero quum aliquid μυστηριῶδες oraculi effatis inesset, quumque inprimis in furiarum luco voti damnatum se iri nosset Oedipus, (id quod vv. 33. 44. declarant) permultum pendebat a sacrorum legibus ceremoniisque rite observandis, recteque instituendo numinis placandi cultu. Quae quum nonnisi ab incolis huius terrae discenda essent, sicut revera didicit Oedipus, [458—485. (465—492.)] non dubitabam olim, quin hanc ipsam ob causam huc se venisse recte diceret. Nam qui obtinere aliquid vult, id quoque, per quod obtinetur, velle debebit. Manet tamen sic aliqua difficultas: nec multum abest, quin ad Reisigii partes transeam, referentis infinitivum ad ξένοι, (ἥκομεν ξένοι, ὥςτε μανθάνειν) praesertim si aliis locis probaverit vir doctissimus, infinitivum, post verbum finitum sic positum, (cuius exempla praeter Matth. Gr. reperies apud Blomf. ad Aesch. Sept. p. 195.) valere *ita*, *ut*:

quem significatum particulae ὥστε tribuit ad v. 45. *Hell.* Tunc, dramatis initio, Oedipus nondum sciebat, illuc locorum se pervenisse, ubi destinatum sibi vitae exitum inventurus esset. Satis enim improvisum ei accidit, quod infra v. 43. Eumenidum istud esse nemus comperit. Verum vidit Vinshemius: *Nam hospites a civibus discere convenit.* Nam ἥκομεν ξένοι dictum est pro προςήκει ἡμῖν, ξένοις οὖσιν. Vid. Matth. Gramm. §. 296. p. 412. Eur. Or. 761. οὐ προςήκομεν κολάζειν τοῖςδε, Φωκέων δὲ γῇ. Similiter Soph. Oed. T. πρέπων ἔφυς. Deinde ἥκειν pro προςήκειν legitur v. 734. (738.) ubi Schaef. confert Eur. Alc. 298. Add. Heracl. 213.

γένους μὲν ἥκεις ὧδε τοῖςδε Δημοφῶν·
ἃ δ' ἐκτὸς ἤδη τοῦ προςήκοντος σε δεῖ. *Doed.*

Ibid. χ' ἃ 'ν ἀκούσωμεν. Si certum esset non nisi ex coniectura sic editum fuisse a Turnebo, non dubitavissemus ἃ'ν δ' ἀκούσωμεν ex coniectura Elmsleii ad Oed. T. 749. in textum recipere; molestus enim infinitivorum est concursus, nec *craseos geminatio*, quae est in χἄν, exemplis, quod sciam, firmatur. *Doed.*

V. 14. οἷ Bothius οὗ. Sed nec pron. relativum in fine senarii collocatum offensionem habet, O. T. 298. El. 875. Trach. 819. neque contra οὗ Bothianum a πρόσω suo violenter diremtum placet. De reliquis vid. ad v. sq. *Hell.*

V. 15. ὡς ἀπ' ὀμμάτων πρόσω. Distinguendum post ὀμμάτων, siquidem vera est lectio. *Moenia, quae urbem tuentur, procul absunt, quantum ex oculis coniicere licet:* ὡς ἀπ' ὀμμάτων εἰκάσαι. Nec sine exemplo foret εἰκάσαι vel tale quid supplen-

dum a lectore relinqui: vide Ai. 395. Antig. 1175. (1161.) quaeque notavit Toupius ad Suidam v. ὥς γ' ἐμοί.

Verum huic sententiae (neque locus aliam pati videtur) repugnat rei veritas. Non enim procul ab urbe aberat Colonus (ὁ Κολωνός) sed eam fere contingebat. Quippe lucus furiarum, ubi appulit primum Oedipus, Areopago contiguus erat, ψῆφον παρ' αὐτὴν, secundum Euripidem Iph. Taur. 976. Paria ex Pausania quoque colligas, qui Academiam, Platonis sepulchrum, Timonis μισανθρώπου turrem, Colonum, ut continuo se insequentia describit. Quamquam nihil opus ad has ambages confugere. Thuc. VIII, 67. ἐς τὸν Κολωνόν· ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω τῆς πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα. Confer et Cic. de Fin. V. c. 1., qui non difficulter cum Thucyd. conciliatur: potuit enim Quintus Colonum e longinquo videre. His positis, nemo, opinor, dubitaverit, quin mendosa sit lectio vulgata, veriorque ea, quam Scholiastes commemorat, ὡς ἀνομμάτῳ, πρόσω. Longe hinc absunt, caeco utique homini, i. e. si tuae caecitatis ratio habeatur. Nec obstat μακρὰ κέλευθος v. 300. (307.) 296. (303.) Ibi enim μικρὰ legendum esse, non μακρὰ, argumenta superius proposita evincunt. *Musgr.* Confudit templum furiarum in urbe prope Areopagum cum templo harum dearum extra urbem in Colono. *Seidl.* Lectionem Scholiastae frustra defendit Musgr. Iure enim Bothius quaerit, quid ad rem caecitas faciat, quum eadem viae longitudo sit, sive caecus proficiscatur, sive oculatus. Seiungendas saltem fuisse syllabas ὡς ἂν ὄμματι, (ut intelligeretur εἰκάσαι vel eiusmodi aliquid) Iacobsius monet. Pergit Vir praestantissimus: „πύργοι significant ἀκρόπο-

λιν in extrema parte urbis positam, satis longo intervallo ab eo loco, in quo Oedipus nunc commoratur. A porta Hippade, quae proxima est ad Colonen, usque ad arcem novem fere sunt stadia." Quid, si omissis omnibus de intervalli, quod pro cuiusque cogitandi ratione vel longum vel breve dici potest, mensura disquisitionibus ista verba sic interpretemur: *conspiciuntur e longinquo, nisi oculi me fallunt, turres urbis.* Respondet enim Antigone ex sua persona ad illud ὅπου πότ' ἐσμὲν v. 12., quod ab aliis resciscendum pater censuerat. In hunc fere modum intellexit locum Winshemius, fortasse etiam Bothius, vertens: *ut te edoceam.* Πρόσω, Buttmannum (Gram. min. §. 102.) si audias, est *vorwärts.* Pressius tamen urgent hoc adverbium Hermannus et Seidlerus, quorum ratio haec est: *Urbem Athenarum video quidem, sed est ea* [ut seni] *remotior: quare hic statim in luco hoc sacro sedem capiamus, quia iam satis es defessus.* Nec Reisigius longinquitatis notionem omittit, quam insuper auxit Brunckius in ed. rec. „ὡς ἀπ' ὀμμάτων πρόσω. Sic excusum mallem, sublata distinctione. Verba melius, quam in editis scholiis exponuntur in vetere glossa: λίαν ἀπ' ὀμμάτων πόῤῥω εἰσίν. *Valde ab oculis, a conspectu, procul sunt.* ὡς saepe occurrit pro λίαν adverbiis iunctum. Sic El. 1437. ὡς ἠπίως, λίαν πρᾴως. Vide Lexicon in 'ΩΣ." In his tamen explicandis verbis Musgravium Toupiumque adiuvat ὡς γέροντι v. 20. et ὡς ἰδόντι v. 76. *Hell.* Plena dictio est: ὡς ἀπ' ὀμμάτων σκοποῦντι δοκεῖ. De praepos. ἀπὸ vid. Iacobs. in Actt. Monac. T. I. p. 288. Similiter Virg. Aen. IX, 235. *Neve haec nostris spectentur ab annis.* Illa verbi δοκεῖ ellipsis (ut omittam ὡς ἐμοὶ Ai. 305. Ant. 116. coll. Matth.

Gr. Gr. p. 522.) ne ab Homerico quidem sermone aliena est: Iliad. XXIV, 68.

ὥς γὰρ ἔμοιγ'· ἐπεὶ οὔτι φίλων ἡμάρτανε δώρων.

Nec aliunde originem duxit coniunctio in ὡς ἐκ τῶνδε, quod cum alibi tum in Ai. 537. legitur. Quanquam erunt fortasse, quibus nostro loco simplicius videbitur πεύθομαι cogitatione addere. Aesch. Ag. 997.

πεύθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων.

Etiam in Eur. Med. 218. Seidlerus verba ἀπ' ὀμμάτων ad praec. οἶδα referri iubet. — στέγουσιν *occulunt* explicat Reisigius. Equidem quoniam iis, qui de loco editiore, ut Antigone de Colono, urbem aliquam spectant, minus probabiliter aedificia *occuli* turribus dicantur, praeferam: *tuentur*, ut propugnacula; cf. Aesch. Theb. 216. 797. στέφουσιν coni. Wakefield. Trag. Del. I. p. 124. *Doed.*

V. 16. βρύων genitivo iunctum, cuius constructionis exempla desiderat Elmsleius, hoc potissimum loco vel Aesch. Choëph. 68. παναρκέτας νόσου βρύειν firmare poterat Schneiderus in *Nachtr.* p. 54. qui laudavit Melanippid. ap. Stob. Ecl. Phys. II. p. 1006. Alex. ap. Athen. p. 367. Quid, quod olim etiam in Hom. H. in Cer. 456. πίονες ὄγμοὶ dicebantur βρυσέμεν ἀσταχύων, donec Ruhnkenius prosodiae, non syntaxeos causa βρισέμεν intulit. Similis apud Latinos est structura verborum *abundare* (Lucil. ap. Non. 9.) et *scatere* (Gell. N. A. I, 17.) *Doed.*

V. 17. δάφνης. Menander apud Stobaeum Serm. LV.

— φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλὰ
κιττόν, δάφνην. *Musgr.*

Locum pluribus diis sacrum fuisse, ex his arborum

generibus patere videtur, quarum suo quamque patrono vindicavit Bothius. *Hell.* — πυκνόπτεροι *crebris alis volantes*, i. e. crebrae, πυκναί. *Seidl.* Sic etiam Schneiderus Lex. s. v. h. *in dichten Schwärmen.* Non sane contra usum tragicorum; vid. Hermann. ad Ai. 221. Praeferam tamen *dicht befiedert*, quae est laus et virtus avium, (ut καρηκομόωντες hominum) expressa illa ex Hom. Iliad. XI, 454.

ἀλλ' οἰωνοὶ
ὠμησταὶ ἐρύουσι περὶ π τ ε ρ ὰ π υ κ ν ὰ βαλόντες.

Sapph. Od. II, 11. Veneris passeres πυκνὰ δινύντες πτερά. Virg. Georg. I, 382. Corvorum increpuit *densis* exercitus alis. *Doed.*

V. 18. εὐστομοῦσι. Glossa καλῶς ᾄδουσιν. [Ex ed. rec.] *Brunck.* Pollux. II, 100. καὶ ἀηδόνες παρὰ Σοφοκλεῖ εὐστομοῦσιν. *Elmsl.*

V. 19. κάμπτειν κῶλα, γόνυ. *Sedere, quiescere.* Vide Aesch. Prom. 32. 396. Apoll. Rhod. I, 1174. *Brunck.* Genua flectere hic valet *considere*, *sedem capere*, non *sedere*, quod illius demum est consequens. *Seidl.* Cf. Hermann. ad Eur. Hec. p. 164. Catull. Ep. 304. *flexerunt sedibus artus. Hell.* — ἀξέστου πέτρου. Commemoratur a Scholiaste alia scriptura, nempe πάγου, *scopuli*, quod nihil deterius vulgata. De re vide v. 101. (100.) et 186. (194.) 187. (195.) *Musgr.* Utrum igitur epitheta ἄξεστος et ἀσκέπαρνος ad ritum aliquem referri debent, tamquam mollia et arte polita dedecerent Furiarum lucum, an, quae fortuito exstitisse videri possunt, velut Virgilii *vivo sedilia saxo* (Aen. I, 167.) memorantur miserationis augendae causa? Posterius placere videtur Reisigio ad v. 101. *Hell.*

V. 21. κἀκφύλασσε Kidd ad Dawesii Miscell.

p. 157. quod ut aptissimum sit v. 278. (285.), in hunc tamen locum, ubi nihil praesentis periculi, cui eximeretur, parum quadrat. *Doed.*

V. 22. Acerbitatis aliquid huic sententiae inesse videtur adversus fortunam, non adversus patrem. *Hell.*

V. 23. ὅπου καθίσταμεν. Sic Vaticanus cod. teste Orvillio ad Charitonem p. 119. quod praeferendum videtur codd. nostrorum et Aldi lectioni ὅποι, licet hoc non prorsus sit damnandum. Latet enim in verbo καθίσταμεν motus significatio. Sic in Eur. Bacch. 180.

ποῖ δεῖ χορεύειν, ποῖ καθιστάναι πόδα; *Brunck.*

Nos ὅποι καθίσταμεν restituimus, haud secus dictum quam ἐς δόμους μένειν in Ai. 80. ubi vid. Hermann. Elmsleius cft. ἀνάγκης εἰς ζυγὸν καθίσταμεν ex Eur. Or. 1330. Add. Phoen. 1288. αἰχμὴν εἰς μίαν καθίσταμεν. Vid. infr. ad v. 376. (383.) *Doed.*

V. 25. πᾶς γάρ τις. Dubitari potest an satius sit eos MSS. sequi, qui Oedipo hunc v. tribuunt, ut στιχομυθία, quam Pollux (Onom. IV, 17, 113.) dicit, h. e. τὸ παρ' ἓν ἰαμβεῖον ἀντιλέγειν continuetur. *Doed.* — Libri omnes τοῦτον ἡμῖν mendose. Esset enim hoc pronomen ad Χῶρον referendum, quod falsam efficeret sententiam. Quum enim locum nesciat, qui sit, dicere non potest, se de eo a quovis viatore certiorem factam fuisse. Proinde legendum cum Heathio τοῦτο γ' scilicet Athenas haud longe abesse. *Brunck.* Certissima emendatio Heathii. Expectaveris κεῖνό γ', sed „τοῦτο non semper ad propius subiectum referendum esse, sed etiam de remotiore dici posse, ubi de eo praecipue agatur, hodie non eget demonstratione.“ Poppo Obss. Thuc.

p. 158. ad I, 140. ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούοντες. Add. Spec. Soph. p. 31. ad Ant. 667. *Doed.*

V. 27. εἴπερ ἐστί γ'. Nihil erat, cur Brunckius vulgarem ordinem mutaret. vid. Porson. ad Eur. Med. 814. cuius exemplis Seidlerus addit Arist. Nub. 251. 341. Fragm. Hor. I. Acharn. 507. Eq. 1310. *Hell.*

Ibid. ἐξοικήσιμος. Nescio quid somniabat auctor notae ad h. versum in nov. ed. Pentalogiae Io. Burton. In Ald. liquido excusum ἐξοικήσιμος. Proinde mirum non est a nullo editorum observatam fuisse lectionem, quae ibi non comparet. Si vero ἐνοικήσιμος in Aldina legeretur, operarum errori tribuendum id esset, nedum recipi deberet, contra metri legem quae pyrrhichium pro iambo non admittit. Lectorum patientia abutuntur, qui talibus ineptiis molem librorum augent. *Brunck.* Cf. ad illud voc. ἀοίδιμος Eur. El. 471. ἁλώσιμον, Aesch. Ag. 10. *Seidl.*

V. 28. 29. δεῖν οὐδέν. *nullam rem opus esse.* δεῖ, ut *opus est,* et cum nom. et impersonaliter construitur. Elmsl. in Mus. crit. 1815. V. p. 20. not. * „praeter nostrum locum (Eur. Med. 559.) verba ἓν δεῖ μόνον Suppl. 594. ex Euripide adtulit Matth. Gramm. §. 585, 9. Sed non animadvertit vir eruditus, δεῖ in hac locutione non esse verbum impersonale, quod si adhibuisset poëta, genit. ἑνὸς μόνου posuisset.“ Adde Heind. ad Gorg. pag. 51. *Doed.* Supplendum esse, *ut abeant*, monent Erfurdt. et Seidl.

V. 30. Προστείχοντα scribi volunt Seidl. et Erfurdt. ut v. 513. (520.) προςστείχουσα, sed ita etiam

προβᾶτε v. 836. (841.) et προχωρῶν Phil. 144. et alia plurima mutanda esse Doed. censet. — ἐξορμώμενον interpretantur illi: *e loco, ubi, sc. erat, sese moventem, devenientem.* Brunckius post Winsh. vertit *festinantem:* sed ex perenni tragicorum usu nihilo plus festinationis inest huic verbo, quam alteri, ἕρπειν, tarditatis: utrumque simpliciter i. q. ἰέναι s. ἔρχεσθαι. *Hell.* ἐξ h. e. ex illo ipso loco, quem Antigone explorare iussa erat. *Doed.*

V. 31. καὶ δὴ *imo iam. Seidl. Commodum* Hermann. interpretatur in Ai. 49. Reisk. κἤδη. *Hell.*

V. 32. ὡς ἁνὴρ ὅδε. Hanc correctionem scripturae ἀνὴρ et hic et alibi induximus Erfurdtium secuti, quanquam equidem magis probo eos, qui ab intrudendo articulo omnino abstinent. Vid. Buttm. ad Phil. 119. Bremius pag. 64. ad calcem libelli a Rauchensteinio scripti de Orationum Olynth. ordine. *Doed.* ἀνὴρ ὅδε *ecce tibi virum.* Sic γυναῖκες αἵδε Eur. Hipp. 296. ubi plura. *Musgr.* cf. 111. et Schaef. Mel. Crit. p. 77. *Hell.*

V. 33. ἀκούων. Sic Aldus et veteres codd. Imperfectus est sermo ab hospite abruptus. Triclinius perperam ἀκούω. *Brunck.* Non adstipulatur Iacobsius. „ἀκούω, inquit, magis probo. Sermo post φράσαι abruptus nec continuatus habet quod offendat. Huiusmodi interruptiones non satis pro veteris tragoediae gravitate. Restituto ἀκούω hospes finita demum Oedipodis ῥήσει loquitur.“ Illam tamen interruptionem summo religionis studio, quo insignis est hospes, aptissimam esse monet Reisigius. *Hell.* — ὑπέρ τ' ἐμοῦ. Particulae τε collocationem notavit Matthiae ad Eur. Hec. 459. *Hell.*

V. 35. σκοπός. Camerarius pro ἐπίσκοπος accipi posse opinatur: Reisigius autem σκοπὸν vocari vult, „quia fortuito observaverat et primus animadverterat.“ Verum, quod is Oedipum et Antigonam observaverat, id quidem huc pertinere non videtur: non enim de se suisque rebus, sed de Athenis et Colono sciscitari volebant advenae. Sensus igitur verborum ἡμῖν αἴσιος postulat, ni fallor, ut σκοπός eum significet, unde aliquid tam adcurate, quam e speculatore resciscí possit. Exempla tamen huius significationis adferre non possum. *Hell.* τῶν neque pro τούτων hic accipi potest, neque pro ὧν nisi post vocalem in hoc metro usurpari solet. Legendum aut τῶνδ' ἃ δηλοῦμεν aut ὧν ἀδηλοῦμεν. Hoc praetuli. Hesychius: *ΑΔΗΛΙΑΝ*· ἄγνοιαν· ἀφάνειαν. *Elmsl.* Nos quoniam animum adducere non potuimus, ut alteram prae altera lectione probaremus, codicum scripturam dare maluimus. Et quamquam credibile est τῶνδ' ἃ potius quam τῶν ἃ scriptum fuisse a poeta, tamen etiam articulus apud prosarios quidem eo sensu, quo Latinorum *is*, praefigitur nonnunquam pronomini relativo. Plat. Lach. p. 185. C. ὅταν τίς τι ἕνεκά του σκοπῇ, περὶ ἐκείνου ἡ βουλὴ τυγχάνει οὖσα οὗ ἕνεκα ἐσκόπει, ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ ὃ ἕνεκα ἄλλου ἐζήτει. In Thuc. II, 40. pro ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν duo MSS. ἐπὶ τὰ ἃ δεῖ legunt. Add. Plut. Pericl. 8. ἀπὸ τῶν οἷς ἐκόσμησε τὴν πόλιν. Nec in sensu, qui hinc exsistit: *Narra nobis ea, quae tibi indicamus*, quidquam desideramus, nisi forte futurum δηλώσομεν potius exspectes. Sed ne in altera quidem scriptura aliud quid displicet quam τῶν metro non cogente pro ὧν positum, quae res, a Reisigio sicco pede transita, nec a nobis altero exemplo potest firmari et Erfurdtium quoque impulerat, ut ὧν scribi vel-

let. Sensus utique hic est: *Narra nobis ea, quae ignoramus.* Verbum etiam illud dubito, utrum rectius ab ἀδηλόω derivetur, ut, pariter atque ἰσόω, κυκλόω, alia in όω exeuntia, intransitive usurpetur, an ab ἀδηλέω, quae forma quanquam ἅπαξ λεγομένη tamen etiam Lobeckio, acerrimo id genus verborum iudici, (vid. ad Phryn. p. 560—599.) haud magis quam ἀδικεῖν, ἀλουτεῖν improbabitur. Denique signum interrupti sermonis ideo sustulimus, quod φράσαι non infinitivi, qui pendeat ex σκοπός, sed imperativi potestate accepimus. *Doed.*

V. 36. τὰ πλείονα *das Weitere, das Mehrere. Seidl.* vid. v. 792. (796.) quem citant Erfurdt. et Schaef. ad Ant. 313. Locum Herod. VIII, 118. laudat Matthiaeus, quem conferas etiam ad Eur. Med. 606. *Hell.*

V. 37. οὐχ ἁγνὸν πατεῖν i. e. χῶρον ὃν πατεῖν οὐχ ἁγνόν ἐστι, *non iustum, religioni non conveniens,* ut dicimus δίκαιος εἰμὶ παθεῖν et sim. Eur. I. T. 1045.

βρέτας θιγεῖν ὅσιόν ἐστ' ἐμοὶ μόνῃ. *Seidl.*

Cf. supra ad v. 10. Activam infinitivi formam in hac constructione usurpari Elmsl. docet ad Heracl. 1311. p. 130. Nec passivam sperni liquidissime patet ex Euripideo loco, ubi utraque simul exstat, Bacch. 971.

φάνηθι ταῦρος ἢ πολύκρανος γ' ἰδεῖν
δράκων ἢ πυριφλέγων
ὁρᾶσθαι λέων. *Hell.*

V. 38. τοῦ θεῶν νομίζεται. Nulla sensus obscuritas: vertunt: *cui deorum sacer:* sed quaeri potest

utrum sit *cuius deorum* (sc. *esse*) *putatur* an *cui deorum rite, ex more constituto, addicitur. Hell.*

V. 39. *οὐδ' οἰκητός, nedum ut habitetur.* Sic ἄστειπτος, οὐδ' οἰκουμένη, Phil. 2. *Musgr.* Loquitur hospes de ea regionis parte, quae templum Eumenidum circumiacebat. Supra Antigona in universum de omni hac regione locuta erat, quam habitatam esse inde coniiciebat, quod virum quendam prope conspexerat. *Seidl.*

Ibid. ἔμφοβοι. gl. ἤγουν αἱ φοβεραί. *Brunck.* ἔμφοβος i. e. ἐν ᾧ ἐστι φόβος, quod dici potest tam de eo, qui timet, quam de eo, qui timetur. Sic Latini *formidolosus* et active et pass. usurpant. *Seidl.*

V. 40. *sq.* Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι. cf. infra v. 107. (106.) Aesch. Eum. 847. [ubi, pariter ac v. 306. 307. (313. 314.) Furiarum mater Nox memoratur.] *Musgr.* σκότου cf. v. 106. ubi nulla lectionis varietas est. Hinc reiicienda videtur lectio σκότους. Cod. Suidae Leidensis totum citatum non habet. *Seidl.* Sed cf. Heind. ad Plat. Phaedr. p. 187. Me inprimis hoc movet, quod personificationi masculinum magis convenit. *Doed.* Qua de personificatione parum sollicitus *Noctis* vertit Winshemius. Sed latino interpreti aut graecum dei nomen, pace Caledonum, romana terminatione donandum erit; id quod Reisigius fecit: aut auxilium ab Hermanno exspectandum, praeclaro in hoc etiam genere artifice. *Hell.* — *εὐξαίμην, venerer, adorem. Musgr.*

V. 42. 43. Vulgo legitur soloece ὁ γ' ἐνθάδ' ὢν εἴποι λεώς νιν. Optat. εἴποι absque particula ἄν hic stare non potest: est autem participium ὢν prorsus otiosum. Manifestus est librarii error. — νιν pro

αὐτάς a Scholiasta damnatur temere et imperite. Accusativus est utriusque numeri et trium generum. Vide Valck. ad Hippol. 1253. *Brunck.* Restitue ὅ γ' ἐνθάδ' ὤν. Particula ἄν e superiori versu facile intelligitur. Quaerit Oedipus, quonam nomine has deas invocaverim, si velim invocare? Respondet hospes: Atheniensis quidem, si velit invocare, cuncta cernentes Eumenidas nominaverit, sed alii alio nomine eas adpellant. *Seidl.* Vauvillersius adfert Eur. Andr. 850.

πῶς οὖν τάδ' ὡς εἴποι τις ἐξημάρτανες.

Aristoph. Avv. 180.

ὥςπερ εἴποι τις, πόπος.

V. 45. Scholiastes: *ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναστήσομαι ἐντεῦθεν.* Videtur igitur non ὥςτ', sed ὡς legisse: idque verum puto. *Schaef.* Praeiverat Vauvillersius, ad sensum etiam Brunckius: *quippe ex hoc loco non excessero unquam.* Reisig. ὥς γ'. Sed licet ὡς a Schol. lectum fuerit, tamen vulgata servanda est: *propitio me recipiant animo, ita, ut illarum tutela tutus nunquam excessurus sim ex hoc loco*, h. e. ita enim fiet, ut, quam ἀνάπαυλαν mihi pollicitus est Apollo (v. 91.), eam ab hoc inde temporis momento Furiarum munere teneam. Igitur, quod negat se hinc excessurum esse, in eo non continetur *causa ac ratio*, ob quam preces exaudiendae sint Furiis, sed *effectus et consequentia* exauditarum precum; nec vero ipsius *precationis pars* est, (requireretur enim, ni fallor, ὥςτε μή cum infinitivo) sed quasi *vaticinium. Doed.*

Ibid. γῆς. Quid hic faciat, non video, legerimque potius γέ. *Musgr.* Idem hic facit, quod Eur. Troad. 796. *Erf.* Pronomen τῆςδε, quoniam dupli-

cari non poterat, quasi *ἀπὸ κοινοῦ* intelligendum: ex hac huius terrae sede. cf. ad v. 85. *Doed.*

V. 46. *ξυμφορᾶς ξύνθημ' ἐμῆς*, haec est fati mei constituta lex (*Bestimmung mit dem Nebenbegriff des Vertrags*) cf. Synes. Epist. 105. *ὑποδύσομαι τὴν ἀνάγκην καὶ ὡς θεῶν ξύνθημα καταδέξομαι. Seidl. Tesseram* sive *omen* Doed. significari vult, coll. v. 58. et 102., laudatque Trach. 158. Ego cum Winsh. et Brunckio simpliciter *signum, indicium* intelligo, ut talis subsit sententia: „Ex hac insolita inauditaque ad terribiles istas deas precum mearum conversione facile de rerum mearum statu coniecturam capere possis. Non enim temere, unde omnes timent refugiuntque, inde miserationem, atque adeo benevolentiam sibi petat, nisi qui spem abiecerit omnem.“ Aliter scholion, quod sequitur Erf. Mirantis esse verba *τί δ' ἐστι τοῦτο*, id quidem clarum est, at multo magis mirandae videri debebant hospiti conversae ad Furias preces, quam, quod non statim dicto audiens erat senex, quanquam alterum ex altero quodammodo sequebatur. *Hell.*

V. 47. *ἀλλ' οὐδὲ μέν τοι*, *at neque eiicere quidem te inconsulta civitate ausim, nun wegtreiben will ich dich freilich ohne die Stadt auch nicht, wenn du nicht selbst gehen willst.* In ed. Turneb. pro varia lectione adfertur *οὐδ' ἐμόν τι*, quod ducit ad *οὐδ' ἐμοί τοι*, quod si in libris legeretur, haud deterius esset. *Seidl.* — *τοὐξανιστάναι.* Et hic abundat *τό*, de quo pleonasmo diximus ad Ai. 556. (555.) El. 1036. (1030.) *Musgr.* vid. ad 435. (442.) et 765. (769.) Neutrali significatione hoc verbum accepit Winshemius, vertens *non ausim diutius abesse ab urbe*; quod mireris. Ceterum ne quis *τοὐξανιστάναι*

in genit. mutare velit, tenendum, ἔστι θάρσος eodem modo construi quo θαρσῶ cf. ad 271. (278.) *Hell.*

V. 48. πρὶν ἄν. Existimes hoc dici: *Non nunc quidem, sed tum demum te expellam, cum indicavero incolis, quid facturus sim.* Atqui neque expellitur Oedipus posthac ab hospite, nec intelligi potest, cur tandem ille cum peregrinus sit, tam invidiosum negotium ultro suscipere velit. Imo πρὶν vel *donec* sensum si spectes nihil fere aliud hoc et similibus locis significat, quam *sed potius.* Haud ita raro enim per negligentiam quandam sic loquuntur veteres, ut *differri* aliquid in aliud tempus dicant, cum *tolli plane* dicere in animo fuerit. Hom. Iliad. XVIII, 283.

οὐδέ ποτ' ἐκπέρσει, πρίν μιν κύνες ἀργοὶ ἔδονται.

ib. XXIV, 55.

οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος υἷος ἑῆος,
οὐδέ μιν ἀνστήσεις, πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθησθα.

Soph. Ai. 110.

θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔτι πω θέλω —
πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης —
μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ.

Simillime Phil. 1329—1334. Strabo IX. p. 427. μὴ πρότερον ἐπανήξειν, πρὶν ἀποθανεῖν. Tac. Ann. II, 82. *Nec obstitit falsis Tiberius, donec tempore ac spatio vanescerent.* Scilicet posteaquam evanuissent rumores, obsistere statuerat? *Doed.* τί δρῶ. In B. T. τί δρᾶν ut etiam Scholiastes legisse videtur: nec deterius est. Bonus ille hospes rem ad populares *deferre* vult ἐνδεικνύναι ut sciat, quid facto opus sit. Praegnans est Phrasis: πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τοῖς δημόταις, ὥςτε βουλεύεσθαι αὐτοὺς τί δραστέον. *Brunck.* πρίν γ' κ. τ. λ. *ehe ich wenigstens angezeigt habe, was ich thun*

soll. Ellipsis est, pro πρὶν ἂν ἐνδείξω (μαθησόμενος vel ἐρωτήσων vel ἀκουσόμενος simile quid) τί δρῶ. cf. Arist. Nub. 1593. οἶμαι τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας βουλομένων. Defendi etiam possit τι δρᾶν. *Seidl.* Erf. et Reisig. τί δρᾶν, recte, quanquam Scholiastam quoque sic legisse, ut Brunckio videtur, minus est veri simile; indicasset enim disertis verbis χρή esse omissum. In Plat. Phaedon. p. 115. D. οἴεταί με ἐκεῖνον εἶναι ὃν ὄψεται ὀλίγον ὕστερον νεκρὸν καὶ ἐρωτᾷ δὴ πῶς με θάπτῃ ex edd. Bass. et Ald. πῶς με θάπτειν (Steph. πῶς δεῖ με θάπτειν) recipiendum. Est eadem illa breviloquentia, quam ne nostra quidem lingua aspernatur: *er fragte mich, was thun?* Si cui placet δεῖ vel χρή suppleat. Similiter Bion id. IV, 4.

εἰ δ' οὐχ ἡδέα ταῦτα τί μοι πολὺ πλήονα μοχθῆν;

Plura collegit Lobeck. ad Phryn. p. 772. ex quibus haec potissimum ad nostrum l. pertinent. Ios. Ant. l. 15,45. ἠξίου βουλεύεσθαι τί ποιεῖν. Procop. Vand. II, 4, 245. A. ἐν ἀπόρῳ εἶχον ἤ τὸ παρὸν θέσθαι. *Doed.*

V. 49. 50. μή μ' ἀτιμάσῃς — ὧν, i. e. τούτων ἅ. ἀτιμάζειν τινά τινος est ἄτιμόν τινα ποιεῖν τινός, aliquem aliqua re non dignari, quod saepe idem est, quod alicui aliquid non concedere, abnuere, recusare. *Noli me ita despicere, ut ea mihi deneges, quae te, ut dicas, rogo. Seidl.* Duplex constructio in unam conflata μή μ' ἀτιμάσῃς ἐκείνων (vid. Ant. 22.) ἃ φράσαι σε προςτρέπω, et: μή μ' ἀτιμάσῃς φράσαι ἐκεῖνα, ἅ, ut Eur. Herc. F. 609. οὐκ ἀτιμάσῃς θεοὺς προςειπεῖν. Ἀτιμάζειν de eo, qui interroganti respondere dedignatur, ut O. T. 189. infr. 1267. (1273.) 1272. (1278.) *Matthiae.*

V. 50. *τοιόνδ'* *tam miserandum?* an *tam a diis honoratum* (sc. exitu vitae) vel *tam laeta vobis adferentem?* Amat enim prolepsin (historicam illam) Sophocles, praecipue hac in fabula. *Hell.* — *ὧν*. Regitur ab *ἀτιμάσῃς*. Sic *ὧν μὲν ἐκόμην ἄτιμον*. O. T. 808. *Musgr.* — *προςτρέπω* Victor. adscr. „hortor, pensito ad aliquid agendum, induco, compello, cuius contrarium est *ἀποτρέπω*.“ Errat. *προςτρέπειν* sensu neutro in hac phrasi capiendum: convertere se ad aliquem. *Doed.*

V. 51. *ἐκ γ' ἐμοῦ* Blomf. ad Prom. 1107. pag. 94. „In Soph. Antig. 207. male Ald. et Brunck. „*κοὔποτ' ἐκ γ' ἐμοῦ*, quod non poterat dici pro *ἐξ ἐμοῦγε*. Recte aliae edd. *ἐξ ἐμοῦ*.“ Vix recte statuit V. D. Vid. Trach. 461. Eur. Iph. T. 1045. et saepius. *Doed.*

V. 52. *τίς ἐσθ'*. Recte Brunck omisisse videtur *δ'* cf. Porson. Phoen. 452. *τί φησὶν* (Ald. *φησὶ δ'*) *ὑμᾶς δῆτ' Ἄδραστος εἴκασεν;* Aristophanes sexcenties dicit *τίς δῆτα*, *τί δῆτα*, nunquam *τί δὲ δῆτα*. *Seidl.* Consensit Reisigius. Atqui Aesch. Theb. 813.

αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύςποτμον γένος.

Lucian. T. III. p. 108. Bip. *ὁρᾷς δὲ δῆτα καὶ τὸν συλλογισμὸν, ὁποῖά φησιν.* Iam vero *δὲ δὴ* et *ἀλλὰ δῆτα* saepe coniungnntur. Itaque antiquam scripturam revocavimus. *Doed.*

V. 53. *ἐσ' οἶδα κἀγώ.* Nos potius expectaremus *ὅσα οἶδα ἐγὼ, καὶ σὺ ἐπιστήσει.* Sed illud Graecis idem valebat. In talibus enim vel bis ponunt *καὶ*, ut Xen. Cyrop. V, 1, 22. *ὅπως καὶ γιγνώσκεται οὕτω καὶ ποιεῖτε*, vel eodem loco, quo nos ponimus, vel denique *καὶ* in eo membro ponunt, ubi nos omittimus,

in eo autem omittunt, ubi nos ponimus. Sic infra 77. αὐτοῦ μὲν οὗπερ κἀφάνης i. e. ubi adparuisti, ibi etiam mane. Xen. Cyr. IV, 2, 22. στρατεύονται, μεθ' ὧνπερ καὶ οἰκοῦσι i. e. μεθ' ὧνπερ οἰκοῦσι, μετὰ τούτων καὶ στρατεύονται si quidem ad nostram loquendi rationem graecam locutionem adcommodare volueris. Xen. Anab. VII, 7, 47. *Seidl.* Similia docuit V. D. ad Iph. T. 577. Sed malim equidem κἀγώ pro καὶ αὐτός accipere, ut Phil. 192. in quem locum Seidleri ratio minus quadrat. Quamquam de simillima transpositione agemus infra ad v. 1610. *Doed.*

V. 55. ἐν δὲ, πρὸς τούτοις δὲ, ἐν αὐτοῖς δὲ Hesych. vid. Trach. 207. Ant. 416. Tyrt. El. II, 33. Eur. Alc. 665. Cf. d'Orville ad Char. p. 275. Vauvill. ad nostrum locum, Elmsl. ad O. T. v. 27. Schaef. ad L. Bos. p. 51. atque Hermann. ad Ai. v. 660. et ad El. 703. *Tenet* vertunt Winsh. et Brunck., tamquam dictum sit pro ἐμβατεύει cf. ad v. 675. (679.) *Hell.* — πυρφόρος θεός Philostr. de Vit. Soph. Lib. II. in Apollon. Athen. Προμηθεῦ δᾳδοῦχε καὶ πυρφόρε. Vid. et Eur. Phoen. 1157. Aram Promethei in Academia sitam fuisse docet Pausanias in Attic. pag. 75. [I, 30. ἐν Ἀκαδημείᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός· καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας.] ut vel hoc argumento perspicuum sit non longe ab urbe abfuisse Colonum. vide ad v. 15. *Musgr.* O. T. v. 27. alius hoc nomine insignitur deus, ubi Spanh. Dianam, Martem Musgr., Pestem per prosop. Erfurdtius intelligi voluit. *Hell.*

V. 56. ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον. Purgold. Observ. p. 213. 214. οὗ δ' ἐπιστιβεὶς τόπος.

V. 57. *χαλκόπους ὀδός*. *Perperam vulgo *ὁδός*. Vid. Scholiastam ad v. 1590. (1580.) et Lex. in *ὀδός*. *Brunck.* Plura ex deperditis auctoribus adduxit Schol. quibus adde, eo forte pertinentem, huius fab. v. 1662. (1580.) *χαλκοῖς βάθροισι* etc. *Musgr.* *χαλκόπους* h. e. *χαλκοῦς ποσὶ πατεῖσθαι.* cf. El. 1104. *ἡμῶν ποθεινὴν κοινόπουν παρουσίαν.* *Doed.* Scholion de aerifodina adspernatur Reisigius, Tartari aeneum limen significari statuens.

V. 58. *ἔρεισμ' Ἀθηνῶν.* Gl. Vict. *ἔδρασμα καὶ τείχισμα* cf. Boisson. ad Philostr. p. 50. De prolepsi, vulgo quae dicitur, cogitat Erfurdt. adlatis vers. 1514-1524. (1524-1554.) sed aliena illa est ab hospitis persona. *Hell.* — *αἱ δὲ πλησίον γύαι.* Nomen *γύη* [*γύης?*] pro masc. plerumque habent poëtae. Vid. ad Eur. Heracl. 842. — *πλησίοι.* Adiectivi huius exempla vid. Antig. 772, 774. (761, 765.) Trach. 905, 913. (889, 896.). Nulla igitur caussa est, cur vulgatae lectionem a scholiasta commemoratam (*αἱ δὲ πλησίον*) anteponamus. *Musgr.* Cui adstipulatur Seidlerus, *πλησίοι* magis poeticum existimans.

V. 59. *τὸν ἱππότην.* Neque Brunckio *τόνδ'* nec Elmsleio *τόν θ'* restituenti assentior. Sacellum haud dubie vel statua digito significatur herois eius, quem pago suo cognominem ex more finxerant incolae huius pagi, ut haberent, quod societatis suae politicae communiter venerarentur, numen, utque proprium sibi iactarent auctorem. Diversa ratio est v. 885. (889.) ubi *Κολωνοῦ* loci non herois nomen est. Neptunus igitur erat *ἐπιστάτης*, Colonus autem *ἀρχηγός* seu *ἀρχηγέτης*, qui titulus est *conditorum.* Vid. Ephor. ap. Strab. VIII. p. 562. (p. 114. ed. Marx.) Heind. ad Plat. Lys. p. 9. *Doed.* Laudat Erf. Schol. ad Eur. Phoen. 1771. in margine autem hanc notam

video adscriptam: „Mihi non notus est nec deus, nec heros Colonus. Quare intelligi videtur collis Colonus ἱππότης dictus pro ἵππιος, insolentiori profecto usu. Et ἀρχηγός quidem positum tunc esset pro ἀρχηγένης, qui inter alios eminet. — Locus autem vocabatur ὁδός quia eo ducebant gradus, et quia putabatur ibi descensus esse ad inferos.“

V. 60. φέρουσι. Verbum significantius pro εἰσίν· Aut ad ὠνομασμένοι subaudiendum ἀπ' αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ θεοῦ. *Iacobs.*

V. 61. πάντες. Cum γύαι connectunt interpretes; nec vetat grammatica: vid. ad v. 59. (58.) *Musgr.* τοὔνομα non minus pertinet ad φέρουσι, quam ad ὠνομασμένοι. (nam sic recte scripsisse puto Brunckium) Plena locutio esset φέρουσι τὸ τοῦδε ὄνομα, ὠνομασμένοι αὐτό. Eur. Ion. 800. ὄνομα δὲ ποῖον αὐτὸν ὀνομάζει πατήρ. coll. Hel. 1209. *Seidl.* Add. Soph. Phil. 605. Aesch. Ag. 162. Thuc. IV, 64. ὄνομα ἓν κεκλημένους Σικελιώτας. Nec scio an altera ratio, ὀνόματί τινα καλεῖν, apud probos scriptores nusquam legatur. Sed κοινόν maluimus (suppl. ὄνομα) commate ab antecc. disiungere, ne ὠνομασμένοι abundet. Sensus est: *nomen eius gerunt haec arva in eo, quod communi* (h. e. δήμου) *nomine* Κολωνιατῶν *nominantur.* Posset aliquis etiam per *celebres* explicare ὠνομασμένοι, de qua vi cf. Toup. Additt. ad Theocr. p. 402. Neutiquam autem admittenda Purgoldi (Obss. p. 214.) coniectura ᾠκονομημένοι. *Doed.*

V. 62. 63. οὐ λόγοις. Subaudi μόνον: *non sermone tantum honestata,* ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον, *sed multo magis, quando praesens consueveris. Musgr.* οὐκ—ἀλλὰ πλέον dictum pro οὐ πλέον — ἤ, non tam

quam; vid. Popp. Prolegg. ad Thucyd. T. I. p. 172. Sensus est: *Talia fere sunt, quae rogasti, non fabulis culta, sed ab incolis magis coluntur*, h. e. „simpliciter haec ego tibi narravi ac praeciso omni fabularum laudisque ornatu; quem cave existimes nullum extare, sed incolae ipsi plura quam ego, qui hospes sim, et sciunt et narrabunt, quibus celebrent huius regionis laudes.“ Qui hic omittuntur λόγοι isti, vel quasi seponuntur, eos abunde fundit Chorus infra a v. 664. (668.); et quam ad calcem responsionis adiicit parcae narrationis aridique deorum inhabitantium recensus excusationem hospes, hanc ipsam praeparaverat verbis ὅσ' οἶδα κἀγώ. Per ξυνουσίαν societas τῶν δημοτῶν intelligenda, quae eadem Polluci Onom. VIII, 9, 111. σύνοδος vocatur. Eodem sensu Phil. 936. ξυνουσίαι θηρῶν ὀρείων et Aristoph. Avv. 525. ἄνδρ' ἐδεξάμην ἐραστὰ τῆςδε τῆς ξυνουσίας. Nam pagos Atticos suis quemque gavisos ut esse sacris ita etiam fabulis, satis constat ex Pausania. Altera ratio huius loci explicandi, quam praeivit Schol., sequuntur Brunckius ceterique, in eo potissimum a nostra differt, quod λόγοι opponi putantur non brevi enumerationi, sed τῇ συνουσίᾳ, quam πεῖραν s. ἔργον esse volunt. *Doed.* Hoc utique verborum structura postulat. Brunckius verterat: *non fama magis, quam ipso usu nota.* Simplicior videtur Hermanni ratio, qui in notis mss. vocem συνουσίᾳ pro vulgari ἔργοις, quod v. 778. (782.) λόγοις opponitur, positam vult, (haud scio an vocis etymologia conspiret) τιμώμενα autem explicat: *sancta habita*, vel *celebrata.* Seidlerus ita: τιμᾶν eo hic significatu positum est, quo interdum etiam ἀξιοῦν occurrit, ut sit *approbare, rectum et verum censere.* Sensus: Haec ita sese habent, neque ea

ex hominum sermonibus, secundum id, quod fando audivi, probo et pro veris habeo, sed maiore ex parte propter consuetudinem [vid. Musgr. ad v. sq.] et commercium, quod mihi cum his locis est.“ In similem fere modum et ipse olim, praeeunte Matthiaeo, συνουσίαν de *commoratione* accepi, ut Eur. Phoen. 1417. ὁμιλία reperitur. Nec multum discrepat Iacobsii ratio, explicantis: „non tantum verbis et nomine culta, sed multo magis hominum hic degentium sensu et consuetudine.“ Vereor, ne harum sententiarum nulla omni difficultate vacet, quum utriusque vocis συνουσία et τιμᾶσθαι significatio, aut aegre divinari possit, aut idoneis destituatur exemplis. *Hell.*

V. 64. ἦ γάρ, *num enim* [*numnam* Br.] *aliqui haec incolunt loca?* Vocula γάρ indicat, Atheniensem illum aliquid dixisse, unde Oedipo de incolis quibusdam Coloni nasceretur coniectura. Id forte erat τῇ ξυνουσίᾳ, *cum praesens consueveris.* Quaerendum enim, an non ξυνεῖναι proprie significet *consuescere*, ut cum hominibus. *Musgr.* Cum festinatione quadam haec ab Oedipo dici puto, quippe cui nihil aliud sit curae, nisi ut quam celerrime praesidem huius regionis conveniat, quicum de rebus suis communicet. *Doed.* τούςδε τοὺς τόπους de toto pago intelligendum: v. 39. de solo Eumenidum luco sermo fu rat. *Seidl.* Quod Antigone iam animadvertisse se v. 28. dixerat, idem ab ipso loci incola de industria sciscitari videtur Oedipus, quo certissimus fieret de eo, quod et sperabat et optabat unice, de loco fatali. ἦ γὰρ Reisigio est: *dic mihi, nescio enim adhuc, num — . Hell.*

V. 65. Commate post κάρτα interpunximus

praeeuntibus Winshemio et Brunckio in versione, in textu non item. καὶ κάρτα [vid. v. 294. (301.)] sc. ναίουσί τινες cf. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 131. et quidem ἐπώνυμοι. cf. Iacobs. ad Athen. p. 66. Minus commode Wakefield. Trag. Del. II. pag. 305. hunc locum iis adnumerat, in quibus κάρτα ad ἐπώνυμοι referendum, Aesch. Eum. 90. et Eur. Rhes. 158. — τοῦ θεοῦ Neptunum ἵππιον intelligit Erf. (vid. supra ad 59.) At quomodo huius ἐπώνυμοι Coloniatae? *Hell.*

V. 66. λόγος, *imperium, summa ius dicendi potestas. Seidl.* Nos: *führt das Volk das Wort?* Caret etiam novissima Schneideriani Lexici ed. hac significatione, derivanda quidem ex eo, quod imperantis praecipuum est. Sententiam expressit Eurip. Cycl. 119. δεδήμευται κράτος. Ceterum „non haec ab Oedipo dici, ut rem prorsus nesciente, sed ut ab eo, qui plane hospitem se et peregrinum haberi voluerit,“ Burtonus iudicat. Enimvero de simulata ignorantia non est, quod cogitemus. Nam „id omnes poetae, et iure quidem, concessum sibi existimarunt, ut, quae ad plenam rei cognitionem necessaria essent, non praeterirent, etiamsi nunc demum ista dici, si res vere ageretur, parum esset credibile. Latet enim hoc spectatorem, ad rem praesentem attentum, nec, dum fabulam spectat, omnia ante acta animo reputantem.“ Hermann. in aureo libello de Aeschyli Persis pag. XI. *Hell.* ἄρχει τίς αὐτῶν; ἢ Elmsleius scribi iubet.

V. 68. λόγῳ, Winsh. *sapientia:* Erf. *consilio et ratione:* Brunck. *iure.* Ego de *oratione* intelligo, cuius beneficio paritur σθένος, *potentia*, tam in regnis, quam in liberis civitatibus. *Hell.* λόγῳ τε καὶ

σθένει h. e. πειθοῖ (seu βουλῇ) τε καὶ ῥώμῃ (seu πολέμῳ) Eur. I. A. 1010. λελογισμένως πράσσοιμι μᾶλλον ἢ σθένει. *Doed.*

V. 69. τοῦ πρὶν sc. βασιλέως. Cum laude memorat chorus, non novum esse in Thesei familia regnum. Quare mutanda erat distinctio. *Doed.*

V. 71. καταρτύσων μολεῖν. Sic membr. et Aldus cum Suida in καταρτύζω. Perperam ceteri μόλοι, quod e fine praec. versus a supino librario repetitum. *Brunck.* Distinguo:

Ὡς πρός τι, λέξων ἢ καταρτύσων, μόλοι.

Num ut huc veniat ob aliquid Theseus, dicturus an moderaturus? Videndum porro, an sententia postulet potius καταρτίσων. *Musgr.* Quem, ut Theseum pro subiecto haberet, (ubi tum rectius cum Schaefero μόλῃ legeris coll. v. (398.) 591.) movit fortasse sequens v. fortasse etiam vox πομπός, quam post Winsh. Brunckius, nihil monens, *nuncius* reddidit. Nam si πομπός significat *ductorem s. comitem,* (cf. Blomf. ad Aesch. Ag. v. 122. et ad Pers. 632.) non poterat sane hospiti in mentem venire dilemma Brunckianum: *Nunciaturusne aliquid, an effecturus, ut huc se conferat:* ad comitem enim posterius tantum pertinebat. Verumtamen hospiti magis in promptu fuit, de eo quaerere, quod propius esset, quodque etiam ad se pertineret, sc. quid πομπός, a se fortasse edocendus, dicere vel facere deberet, quam velut per saltum de altero longe remotiore sciscitari, nimirum, quid Theseo, cuius negotium solis verbis (λέξων) constare vix poterat, ex Oedipi voluntate faciundum esset. Ceterum Brunckius Heathium secutus videtur, interpretantem προςλέξων τι. Sed audiamus Seidlerum, diversa forsitan

optime conciliantem. „Restituendum est τί interrogativum ex antiquis edd. E Brunckii lectione neque congruit Oedipi responsum, neque particulae ὡς, qua uterque versus incipit, invicem sibi respondent, quod ad loci elegantiam necessarium videtur. Sic Noster O. T. 1174. ὡς πρὸς τί χρείας; ὡς ἀναλώσαιμί νιν. Frequens est formula πρὸς τί *qua de causa*, ut Aesch. Choëph. 215. Aristoph. Eq. 206. Pac. 45. E praegressis Oedipi verbis hospes nondum perspicue sciebat, utrum ad nunciandum Theseo aliquid ire aliquem iubeat, an ad eum accersendum. Quaerit igitur: *quanam de causa* (*venisse se*) *dicturus, vel* (*si quidem vis, ut eum arcessat*) *quanam de causa, ut veniat, hortaturus?* Ut plena oratio sit: ὡς πρὸς τί πεμφθῆναι (sive πομπὸς μολεῖν) λέξων ἢ εἰ καταρτύσει αὐτὸν μολεῖν ὡς πρὸς τί καταρτύσων μολεῖν; Iam ita respondet Oed., ut clare adpareat, eum velle, Theseus arcessatur. Nisi tamen voculam ἢ ita explicare malis, ut fere idem sit, quod καί, vel hoc ipsum illius loco reponere. Tum πομπός simpliciter significabit *arcessitorem*. Schaeferi emendationi non concinit Oedipi responsio.“ Elmsleius coniecit: ὡς πρὸς τί, λέξον. ἢ καταρτύσων μολεῖν; de καταρτύω et καταρτίζω vid. Wytt. Anim. ad Plut. T. I. p. 520. *Hell.* πομπός cum non *nuntium*, ut Brunckius vertit, sed ὁδηγόν, significet, qui regi ignoranti, ubi Oedipus versetur, viam monstret sive comitatu sive indicio, nec v. 71. ut Reisigius fecit, nec v. 72. ut Brunckius, μολεῖν pro μόλοι corrigendum est. Satis commode hospes respondet: *Quod ad negotium, ut rex huc veniat; verbisne te, an re adiuturus?* Hospes enim cum ipse πομποῦ partes suscepturus sit, accuratius exquirendum esse censet, quo tandem nomine regi Oedipus persuaderi velit, ut ne dedignetur ille iter. Ad quod Oedipus,

quoniam persuasum hospiti videbatur nihil aliud fore, quam ut precibus aliquid impetrare velit iste erro, primum hinc innuit, afferri potius a se beneficia, quam impetrari. Ad participia supple εἰ ut in Aesch. Pers. 292.

ὑπερβάλλει γὰρ ἥδε συμφορὰ,
τὸ μηδὲ λ έ ξ α ι μήδ' ἐρωτῆσαι πάθη.

De μόλοι repetito vid. Wellauer. Comment. Aeschyl. 13—16. Oed. T. 1280. sqq. Etiam in Phil. 1244. perperam Brunckius δρασείεις σοφά pro σοφὸν edidit. *Doed.*

V. 73. μὴ βλέποντος. *Wenn er nicht sieht. Seidl.*

V. 74. ὁρῶντα. Tropice, *caligine non obvoluta, perspicua*, ὁρώμενα. Sic saepe activam formam pro passiva adhibet Sophocles, ut infr. 1604. παντὸς δρῶντος pro δρωμένου. Trach. 196. τὸ ποθοῦν pro τὸ ποθούμενον. O. T. 968. κεύθει pro κεύθεται. *Brunck.* Adstipulantur praeter Erf. (ad Trach. p. 209.) Bothius, adcumulans hic passim in adnotationibus suis exempla, omnia h. l. respicientia. Atqui Winsh. iam verterat *non erunt caeca, sed videntia.* Brunckii praeceptum raro et caute adhibendum esse, monet Wunderlich. Obss. in Aesch. p. 94. et 104. 105. postquam p. 80. nostrum locum recte explicavit, his usus verbis: *quae dicturus sum, ea omnia commode et sapienter me dicturum puto.* Aesch. Choeph. 834. πῶς ταῦτ' ἀληθῆ καὶ βλέποντα δοξάσω. *Hell.* ὁρῶντα tropice capiendum [cf. Burton. et Wakef. Silv. Crit. II, 67.] *sana* et nullo morbo laborantia, quali oculi mei laborant. Ad mentem meam caecitas mea non pertinet. Si claudus fuisset Oedipus, dicere potuisset in eandem sententiam: *was ich sage, hat*

Hände und Füsse. Seidl. Vid. Aesch. Ag. 1625. οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε. quae sine interrogatione scribenda: desipis *in eo, quod sic sapis.* Sic δέδορκεν Oed. T. 389. ubi Erf. comparat: *videbat in literis*, ex Cic. Tusc. V, 39. βλέπων Phil. 110. Hoc igitur respondet Oedipus homini caecitatem arguenti: *Tu noli curare qualis dicat, sed qualia dicantur.* Quamquam haud scio an in ὁρῶντα non *sapientiae* tantum, sed etiam *vaticinii* significatio lateat; quoniam Oedipus dicta sua aequat oraculis. Sic Oed. T. 987.

καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι.

ubi Schol. ἄψις καὶ τεκμήριον. *Doed.*

V. 75. sqq. Lego: ἴσχ', ὦ ξέν' *siste o hospes. Musgr.* Vulgatam Erf. ita interpretatur: „scisne te non errare? [te nimirum ea posse, quae promittis? *Burgess.*] quod te scire credo, quia, quum generosus esse videaris, mendacia quoque a te abesse existimo.“ Enimvero non tam hoc resciscere intererat hospitis, quam cavere, ne ulterius progrederetur maioremque contraheret culpam Oedipus. Simplicior Brunckii interpretatio, cui his verbis adstipulatur Seidlerus: „Schol. minus: οἶσθα, πῶς οὐ μὴ σφαλήσῃ; Recte. Est autem notabilis structura, quae ex alia Graecorum loquendi forma lucem accipit. Dicunt enim Graeci οἶσθα, ὡς δρᾶσον, ποίησον κ. τ. λ. [cf. Herm. ad Vig. p. 740. Matth. gr. p. 717. Erf. ad O. T. v. 542. ed. min.] quae si negative exprimere volueris, non poteris aliter, quam sic, οἶσθ' ὡς μὴ ποιήσῃς per coniunctivum. Nam μὴ ποίησον Graeci dicere non solent. Sensus: *Scisne, hospes, quid faciendum tibi sit, ut ab errore et peccato vacuus maneas?*“ Sic etiam Elmsleius. *Hell.* Consulto

nos distinctionem adscivimus eam, quae vitio typographico, ut ait editor, irrepserat in textum Reisigianum, ut *οἶσθ' ὦ ξένε* quasi absolute positum sit: *Scin' hospes?* perinde ac nos: *weisst du was?* praefandi causa, ubi familiari sermone consilium aliquod aperire alteri nos accingimus. Et haud scio an hinc lucem accipiat Phil. 753. si ita verba dividas:

ΦΙΛ. οἶσθ' ὦ τέκνον;
ΝΕΟΠΤ. τί ἔστιν;
ΦΙΛ. οἶσθ', ὦ παῖ;
ΝΕΟΠΤ. τί σοι;
οὐκ οἶδα. ΦΙΛ. πῶς οὐκ οἶσθα; παππαπαππαπαῖ.

Quippe Philoctetes a Neoptolemo hoc petiturus, ut quamvis tantam viderit ab aegrotante imminere molestiam, nihilo minus ipsi salutem afferat, verecundatur quodammodo tantum laboris illi iniungere, et quid velit, ab illo potius coniectando intelligi, quam a se ipso proferri mavult. Ut ad n. l. redeamus, *ὡς μὴ σφαλῇς* aptum est ex *αὐτοῦ μένε* (quod verbum adhuc parum eleganter omni coniunctione caruit) h. s. „Quoniam metuis excedere hac sede ut divinitus destinata, ne quidquam ex munere tuo divino, quod iactas, negligatur, maneas sane in praesens.“ *Doed.*

V. 76. *τοῦ δαίμονος.* Per euphemismum pro *τῆς ἄτης. Musgr.* Potest *ὁ δαίμων* eam calamitatem denotare, quod in lucum Furiarum invaserat, quod ipsum, ut nefas, *τὴν γενναιότητα* videbatur minuere: sed praestat *caecitatis* et *mendicitatis* malum intelligere. Eadem igitur evadit sententia, quae in Eur. Iph. A. 1587.

τὸ μὲν σὸν, ὦ νεᾶνι, γενναίως ἔχει·
τὸ τῆς τύχης δὲ καὶ τὸ τῆς θεοῦ νοσεῖ.

πλὴν h. l. non tam excludit aliquid, quam addit potius, quod diversum sit ab altero. Est igitur pro γενναῖος μὲν, κακοδαίμων δέ. Soph. El. 1217.

ἀλλ' οὐκ Ὀρέστου πλὴν λόγῳ γ' ἠσκημένον

Trach. 41.

κεῖνος δ' ὅποι
βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε. πλὴν ἐμοὶ πικρὰς etc.

Eur. Bacch. 992.

ξυγγνωστὰ μέν σοι, πλὴν ἐπ' ἐξειργασμένοις
κακοῖσι χαίρειν, ὦ γυναῖκες, οὐ καλόν.

vid. Brunck. ad Com. Lys. 5. Sicut *nisi quod* apud Tacitum non semper est *praeterquam, quod,* verum simpliciter *sed.* Agric. 6. *Vixeruntque mira concordia, per mutuam caritatem, et invicem se anteponendo: nisi quod in bona uxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpae est. Doed.*

V. 78. μὴ κατ' ἄστυ. Anxie cavisse videtur Sophocles, ne quis chorum ex aliis potius, quam ex Coloni sui incolis contitisse putaret. *Musgr.* Immo ne morae impatiens fiat Oedipus, hospes addit haec verba, sicut antea schemate ἐκ παραλλήλου usus erat, ἐνθάδ' αὐτοῦ. μὴ igitur Seidlero observante non οὐ dicit, hoc sensu: *ne puta illis, qui in urbe sunt. Hell.* Complures enim Κολωνιᾶται in urbe domicicilium habebant. Histrio itaque, ni fallor, quamquam urbem petiturus processerat, tamen eadem παρόδῳ, qua orchestram introierat, quasi in pagum rediit. *Doed.*

V. 79. λέξω. Coniunctivus est; γε refero ad οἶδε, quae particula etiam alibi loco non suo invenitur. *Seidl.* Vid. Herm. ad Vig. p. 825. Erf. citat Eur. Heracl. 739. Cycl. 194. Athen. p. 222.

V. 80. ἢ χρὴ, quod Elmsl. ad Med. 480. p. 159. praetulit alteri scripturae εἰ χρὴ, quia ἢ — ἢ pro πότερον vel εἰ . . ἢ non epicorum tantum sit, tum demum recipere statui, cum MSS. omnes ἢ exhibere comperi; nam ex iis locis, quibus hunc usum confirmat V. D., tantum Aesch. Choëph. 756.

οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις
εἰ λιμὸς ἢ δίψη τις ἢ λειψουρία
ἔχει.

ob MSS. consensum aliquid momenti habet; sed in Prom. 779. non minus bene sic distingues:

δίδωμ'· ἑλοῦ γάρ· ἢ πόνων τὰ λοιπά σοι
φράσω σαφηνῶς, ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ.

ut φράσω futurum sit; cf. Soph. El. 345. Et ut de Aeschylo consentiam, tamen in Sophocle, et in ea Sophoclis tragoedia, quae ab aetate et sermone epicorum caeteris est remotior, nihil certi pronunciare ausim. Idem nuperrime fecit Elmsleius. In Trach. 100. et ratio diversa est et sermo lyricus. *Doed.*

V. 81. ἡμῖν. De dativo pleonastice addito adeas Herm. ad Vig. p. 727.

V. 83. Particip. verbi subst. omissum notat Hermann. ad Ai. p. 55. Recte itaque distinxit Wolfius in Hom. Iliad. XXI, 135.

οὓς ἐπὶ νηυσὶ θοῇσιν ἐπέφνετε, νόσφιν ἐμεῖο. *Doed.*

V. 84. Scr. εὖ τε, cui resp. v. 86. Φοίβῳ τε. εὖτε nunquam est *quandoquidem*, ut Brunck. vertit. *Matthiae.* Adversari tamen videtur Ai. 715. et Phil. 1099.

εὖτέ γε παρὸν φρονῆσαι
τοῦ λῴονος δαίμονος εἷ-
λου τὸ κάκιον ἑλεῖν (aut ἑλθεῖν)

ubi Buttm. „εὖτε sicut ὅτε, *quandoquidem.*" Quanquam hoc quoque loco εὖ τέ γε corrigere licet salvo sensu, quoniam et φρονῆσαι et εὖ φρονῆσαι significat *sapere*. Nec ita recens videtur Matthiaei lectio; nam glossa Vict. exhibet: εὖτε· ἡνίκα, ὅτε· καὶ καλῶς. Et est elegantissima. El. 1102.

ἀλλ' εὖ θ' ἱκάνεις. χὠ φράσας ἀζήμιος.

Aesch. Suppl. 219.

ἀλλ' εὖ τ' ἔπεμψεν, εὖ τε δεξάσθω χθονί. —

Δεινῶπες Euripidi in Andr. 960. vocantur αἱματωποὶ θεαί. *Doed.*

V. 85. πρώτων ad sensum pertinet ad ἕδρας. ἐφ' construe cum ἕδρας. Herm. ad Hec. p. 164. *Quum fors ita tulerit, ut ad vestras sedes primas in hac terra me converterem, iter meum flecterem. Seidl.* ἐπεὶ ἔκαμψα τὰ κῶλα (v. 19.) ἐφ' ὑμῶν πρώτων κατὰ τὰς ἕδρας τῆσδε γῆς. Sic Iacobs. παραφράζει. Mihi γῆς ex πρώτων videtur pendere. Antiquissima huius religionis vestigia deprehendes in Hom. Iliad. XXI, 76.

πὰρ γὰρ σοὶ πρώτῳ πασάμην Δημήτερος ἀκτήν.

Bothius δυστυχὴς pro τῆσδε γῆς edidit. *Doed.*

V. 86. ἀγνώμονες, immites, asperae, iniquae. Cf. Henr. Steph. Thes. *Seidl.* Item Buttm. ad Demosth. Mid. p. 163. Praefert tamen Erf. alteram Scholii explicationem, ἐναντιογνώμονες, propterea, quod Apollini inclementes non bene dicantur Furiae.

V. 87. ἐξέχρη. gl. ἐμαντεύετο. *Brunck.* De forma vid. Herm. ad El. p. 11. 12.

V. 88. ταύτην in τούτων mutat Anon. Angl. male. *Musgr.* Vulgaris constructio esset: ταύτην

ἔλεξε παῦλαν, ὡς ἐλθόντα ἐμὲ χώρ. τ. — ἐνταῦθα κάμψειν βίον, „hanc fore dixit cessationem, ut, si venissem ad Eumenidum sedes, ibi vitam deponerem.“ Sed quoniam dativus ἐμοί praecessit, participium ad hunc retulit, dixitque ἐλθόντι. *Seidl.* Eur. Hel. 541. laudat Erf.

V. 89. τερμίαν. Hesych. τέρμιοι, ὕστατοι. Vid. et Ant. 1555. (1551.) *Musgr. Si pervenissem ad eam regionem, quae velut terminus vitae meae curriculo est constituta.* Alludit ad τέρμα stadii. *Seidl.* ἐλθόντα coniecit Elmsleius.

V. 90. Σεμναὶ Θεαὶ, κατ' εὐφημισμὸν, αἱ Ἐριννύες, ὥςπερ αἱ αὐταὶ καὶ Εὐμενίδες ἐκαλοῦντο. ἦσαν δὲ τρεῖς. Σεμναὶ θεαί. οὕτως καλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὰς Ἐριννύας. Phot. Lex. MS. *Brunck.* — ξενόστασις redit in Fr. Inach. IV, apud Poll. On. IX, 50.

V. 91. Κάμπτειν revocavimus, i. e. *ut vitam finirem.* Nam in ἐξέχρη (pariter atque in χρή El. 35. et in χρήσαντος Thuc. I, 124.) non tam *vaticinium* Apollinis, (ut ex Brunckiana scriptura κάμψειν i. e. vitam me finiturum esse) quam monitum potius et *iussum* continetur. Nam divini aliquid in hoc ipso inest, quod lubens Oedipus vitam suam ipse quasi deponere dicitur. Eadem ratio est in Aesch. Theb. 749. Ἀπόλλωνος εἰπόντος θνάσκοντα γέννας ἄτερ σώζειν πόλιν, ubi Blomf. male σώζειν coniicit. Iunxit utrumque tempus sensu non minus diverso Herodot. VII, 19. de Xerxis ὄψει, τὴν οἱ μάγοι ἔκριναν ἀκούσαντες φέρειν τε ἐπὶ πᾶσαν γῆν [scil. τὸ δουλεύειν] δουλεύσειν τέ οἱ πάντας ἀνθρώπους. Reisigius κάμψαι praefert. *Doed.* Ad locutionem *Musgr.* adfert τέλος κάμψαιμι βίου Eur. Hipp. 87.

V. 92. κέρδη μὲν οἰκήσαντα. Sic Aldus et codd. omnes. Turn. edidit οἰκήσοντα. *Brunck.* Hoc recepit Schaeferus. Ad constructionem quod attinet, omnino tenendum est, verba tum activa, tum intransitiva, tragicis maxime ita usurpari, ut praeter propriam, quae participii vel gerundii formam induit, significationem, insuper faciendi, constituendi, obtinendi vel parandi aliquid sibi aliisve notio insit. Ut enim h. l. οἰκεῖν κέρδη denotat, *habitando lucrum parare,* sic Ai. 55. κείρειν φόνον est *laniando caedem facere:* καλλιστεῖα ἀριστεύειν ib. 430. *praemia rebus praeclare gerendis s. gestis obtinere:* ἀρκεῖν ἔργα, 434. (ubi adeas Herm.) *facinora auxiliando facere.* Sic praeter notissimum illud τέμνειν ὁδὸν, *secare viam* Eur. Phoen. v. 1. (cf. Iacobs. Anth. VIII, p. 224. et Heyn. ad Virg. Aen. 657.) legitur in hac nostra tragoedia τέλος ἀφορμᾶν v. 1395. (1401.) et λύειν τέλος βίου, 1712, 13. (1720, 21.) (alio sensu, quam λύειν τέλη O. T. 316. 17.) καγχαζόντων βαρυάλγητα, Ai. 199. 200. ἐφορμᾶν πεῖραν, 290. ἀποβλαφθεῖσαν, 941. (ad adiectivum hanc vim transtulit Euripides Heracl. 153. ἀβούλους ξυμφορὰς) τέρψιν ὁμιλεῖν, 1201. et ἰαύειν, (opp. *vigilata proelia* Iuv. VII, 27.) 1204. ῥήματα χανεῖν, 1226, 1227. γᾶν οὔρισας, O. T. 694-96. (μείζονα πηδήσας 1300, 1301.) τάκεις οἰμωγὰν, El. 123. χοὰς ἐπέστρεφεν, 440, 441. et αὐτοὺς κλήροις ἔπηλαν, 710, 11. ἐξεμπολήσει κέρδος, Phil. 303. τέγχει ἄχναν, Trach. 848. ἕλκος τυφλωθὲν, Ant. 973, 74. (*vulnera figere* Martialis dixit I, 61, 4.) quae duo extrema ad Euripidis αἱμάσσουσ' ἄτην, Iph. T. 225. adtulit Musgravius, aliter super hac re disserens, ac minus commode addens Pindaricum πλᾶξε ψολόεντα κεραυνὸν, N. ep. 4. conferendum potius Sophocleo διεπεραιώθη ξίφη, Ai. 730. Euripideo κέντρα διαπείρας, Phoen. 26. Virgiliano *fixam sagittam,* Aen. V, 578. et Horatiano

defossa terra S. I, 1, 42. Ceterum diversam ab hac nostra huius phrasis explicatione, a qua nec vernaculi sermonis ingenium abhorret, viam ingreditur Seidlerus, κέρδη per adpositionem a supplendo pronomine ἐμὲ pendere iubens, ut πένθεα γαίας, Eur. Phoen. 819. a παρθένιον πτερόν: et Matthiaeus §. 432. n. 2. qui tamen nunc mecum consentit. Hermannus autem, quamquam ista ratione explicari posse concedit, tamen legi mavult: οἰκίσαντα: hoc enim voc. unice huic loco convenire. Ei coniecturae non valde repugnat Reisigius, vulgatum vero interpretatur: *commoda instituere, tamquam rem familiarem*, ut οἰκεῖν οἶκον, οἰκίαν. *Hell.* In Eur. Heracl. 512. ἣν δώματ' οἰκήσητε καὶ τιμὰς πατρός Zeugma statuere simplicissimum est. Mihi οἰκεῖν h. l. sensu inchoativo accipiendum videtur, *postquam sedem fixurus fuerim*, sicuti κεῖσθαι *labendi*, quod *iacendi* est initium, significationem induit. Vid. Actt. Monac. T. I. p. 64. Herodt. V, 58. *Doed.*

V. 94. παρηγγύα. De augmento vid. Lob. ad Phryn. p. 155.

V. 96. τήνδε τὴν ὁδὸν Elmsl. ad Heracl. v. 38. explicare videtur *hanc profectionem, hanc migrandi vicem*, sicut Musgravius Euripideum locum intelligi voluit.

V. 97. Schol. MS. κατὰ διάνοιαν φησὶν, ἐξ ὑμῶν ἐνταῦθα ἀφῖγμαι. πτερὸν γὰρ, τὴν πτέρωσιν τῆς διανοίας, ἢ οἰωνόν. Aliud: Πτερὸν ἢ οἰωνὸς ἢ πτέρωσις τῆς ἐμῆς διανοίας. *Brunck.* Pro *avi* nonnunquam dictum ostendimus ad Eur. H. F. 510. Verum avis (ὄρνις) cum figurato sensu *omen* significet, non alienum erat a Sophoclis magniloquentia eundem quoque sensum πτερῷ tribuere. Ὄρνις hoc sensu adhibetur

Pind. Pyth. IV, ep. 1. *Musgr.* πτερὸν i. e. οἰωνὸς eo significatu, quo denotat auspicium. Accipiendum autem metaphorice pro *impulsu*, *ductu*, quemadmodum etiam Latini *auspicii* verbo utuntur. πιστὸν passive significat *haud fallax*, cui confidere quis possit, quod non decipiat. ἐξ ὑμῶν, quod vos auctores habet. *Seidl.* Blomf. ad Aesch. Prom. 495. ἐνοδίους συμβόλους πιστὸν πτερὸν dicitur huiusmodi omen apud Soph. Callim. Lav. Pall. 123, 124.

γνωσεῖται δ' ὄρνιθας ὃς αἴσιος οἵτε πέτονται
ἤλιθα καὶ ποιῶν οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.

Lachm. ad Propert. p. 334. confert IV, 9. 11.

Tuque o cara mihi felicibus edita *pennis*.

ἐξήγαγε h. e. *ad finem perduxit*, cf. ad v. 1418. (1424.) Sic ἐκθεάσασθαι in Oed. T. 1253. *Doed.*

V. 101. ἀσκέπαρνον. gl. ἄξεστον, ἀκαλλώπιστον. ὡς καὶ ἄνω (v. 19.) ἔφη, ἐπ' ἀξέστου πέτρου. *Brunck.* Idem esse, quod αὐτούργητον, rudi arte confectum, statuere videtur Iacobs. Anth. T. XI, p. 219. *Hell.*

V. 102. ὀμφάς. gl. μαντείας *Brunck.*

V. 103. πέρασιν. gl. τελείωσιν. *Brunck.* — καταστροφὴν Thuc. II, 46. ubi Schol. θάνατος.

V. 104. εἰ μὴ δοκῶ. Nisi forte quiete ab aerumnis minus videar dignus, propterea, quod gravissima quaeque mala perpessus sum. Idem ac si dixisset: nec certe quisquam illa, quam precor, quiete dignior, quo nemo plura nec graviora mala perpessus est. *Iacobs.* εἰ μήτε, *nisi forte*, cum ironia dictum Bremi iis adiungere poterat, quae de εἰ μὴ ἄρα et εἰ μή γε disputavit in Philol. Beytr. T. I. p. 182. Sic εἴ τι Trach. 483. et μήτι Aesch. Prom. 958. *Doed.* μειόνως. De huiusmodi adverbiis disputat Elmsl. ad Heracl. v. 544. totumque genus, quoniam rarius est, apud

Atticos suspectum habet. Sed vel solis iis, quae adfert, exemplis suam ipse disputationem subvertit. *Seid*

V. 105. λατρεύων. Aesch. Prom. 967. τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ. *Musgr.* cf. v. 276. (283.) — βροτῶν pro βροτείων μόχθων. Vid. ad 330. (337.) *Hell.*

V. 106. γλυκεῖαι, *dulces mihi* sc. quod adferetis miseriae finem. *Erf.*

V. 107. Παλλάδος καλούμεναι. *Brunck. quae a Pallade nomen habent.* Sed vereor ut καλεῖσθαί τινος pro ἀπό τινος reperiatur. Malim: *quas Palladis esse fama celebrant.* Trach. 1105. ὁ τῆς ἀρίστης μητρὸς ὠνομασμένος El. 368. καλεῖ τῆς μητρός. *Doed.*

V. 109. 110. ἀνδρὸς. Pleonastice additum putasse videtur Erfurdt. ad El. v. 45. At Herm. in ed. min. p. 13. „ἀνδρὸς O. τ. α. ε. sic est intelligendum, quasi dictum sit Οἰδίπου τόδε εἴδωλον ἀνδρός, hanc speciem viri, quae sola reliqua est Oedipo.“ Conf. eundem ad Ai. 804. Similem locum Eur. Phoen. 1669. Burtonus laudat. *Hell.*

V. 110. τό γ' ἀρχαῖον ex Ald. et Brub. restituimus in Actt. Mon. T. I. p. 30. Sic γε post οὐ γὰρ δὴ infra v. 265. (258.) Phil. 246. El. 1020. Quod in MSS. legitur, τόδ' ἀρχαῖον, id esset: *denn das ist kein alter Leib,* non *denn es ist nicht der alte Leib.* Praedicatum enim, ubi non latius patet quam ipsum subiectum eademque res praedicato significatur ac subiecto, vix ac ne vix quidem carere potest articulo. Ob ipsam hanc caussam in El. 4. Brunckiana lectio, τόδε γὰρ παλαιὸν Ἄργος ferri nullo modo potest. Ex nostra scriptura subiectum suppletur. *Doed.*

V. 111. οὐδε restituit Schaef. Mell. Cr. p. 77. probat Erf. cf. v. 32. *Hell.*

V. 112. χρόνῳ παλαιοί. cf. γέροντες. *Brunck.* Conf. τὸν ἔξηβον χρόνῳ Aesch. Theb. 11. ubi Scholiastam perperam reprehendit Blomfieldius.

V. 113. κρύψον με πόδα pro πόδα μου. Vid. ad O. T. 717. *Brunck.* με et πόδα appositionem faciunt. cf. infr. 307. (314.) Matth. gr. §. 432. *Seidl.* πόδα κρύψον praegnanter dictum pro πόδα ἄγουσα vel ἁρμόζουσα: absurdum enim esset, si pedes suos solus occultari cuperet Oedipus. Vid. ad v. 376. (383). Occupavit quodammodo Abresch. apud Reiskium (*Lebensbeschr.* p. 188.) explicans: *seduc me e via in sylvam. Doed.*

V. 116. ἐν δὲ τῷ μαθεῖν scribi iubet Elmsleius, metri causa.

V. 116. ηὐλάβεια *cautionem* sensu latiori h. e. *prudentiam universam* significat. Sic in O. T. 47. εὐλαβήθητι est consilium *salutare aliquod cape.* Atque haec vis videtur primaria fuisse, ut in εὐχέρεια. *Doed.*

V. 118. τίς ἄρ' ἦν; cf. Schaef. ad 1697. Heind. ad Plat. Phaed. p. 54. Herm. ad Vig. p. 746. Intpp. ad Hor. I. Od. 37. v. 4. *Hell.* — ναίει i. q. ἀναστρέφεται, *versatur*, ut mox v. 135. *Musgr.* Similiter οἰκεῖν Musgr. ad Soph. El. 210. Seidl. ad Eur. El. p. 45. *Hell.*

V. 119. ἐκτόπιος συθείς. Pro ἐκ τόπου συθείς. *Musgr.* Conspirat Matthiae in Add. ad Eur. Hec. v. 917. pag. 542. Quemadmodum Scholiastes, sic Winshemius, vertens *extorris, eiectus*, ad exsilium retulisse videtur. Enimvero paullo post, v. 124. (123,

124.), poterat sane, donec reperiretur, qui evanuerat, coniecturam per otium facere chorus, unde oriundus ille esset, utrum indigena, an peregrinus: primo adventus momento vix commode. Praestat igitur, de eo loco, ubi ab indice conspectus erat Oedipus, quemque tum reliquerat, cogitare. cf. O. T. 166. 1340. Commotus stupore, metu, indignatione animus impatienter cumulat verba eodem spectantia: *Wo weilt er? Wo ist er? Er ist ja verschwunden.* Reisigio comparanti v. 151. (155.) est, *qui fines sacrorum perrumpit.* Sic quodammodo praepararetur ἀκορέστατος. Ceterum de grammatica prolepsi vid. ad v. 1194. (1200.) *Hell.* Philemonis grammatici verba: ἐκτόπιος (s. h. v.) ὁ ἄμορφος παρὰ Σοφοκλεῖ hunc l. spectare opinatur Osann. ad Philem. p. 9. Sed glossa illa longe aptius referretur ad ἐκτοπίαν φλόγα in Oed. T. 166. (ubi vid. Erf.) nisi corrigenda potius videretur in ὁ ἄφορμος, quod petitum utique ex v. 225. (234.) *Doed.*

V. 120. ὁ πάντων ἀκορέστατος. Scholiastes de regionibus accipit, non ita, opinor, ut grammatice ad πάντων suppleri velit τόπων, verum, ut in universum explicet, quare insatiabilis dicatur iste erro, quippe qui, cum permulta essent loca, in quibus salvo iure divino pedem sistere posset, spretis tamen iis sacratum lucum praesentia sua contaminare maluerit. Vim superlativi auget repetitum πάντων, quam repetitionem, tragicis admodum frequentatam, detrusit Bothius emendando ἅπαντα, *responde.* Haud firmior Anon. Angli coniectura ἀφοβίστατος. Purgold. p. 214. suadet ἀκόρευτος coll. Hesych. s. h. v. *ΑΚΟΡΕΥΤΟΣ* ἄπληστος. ἀκόρεστος. ἀ σ ά ρ ω τ ο ς et Com. Nub. 44. ἀκόρητον βίον. Sed etiamsi de squalore compertum iam haberet chorus, impietate tamen multo vehementius moveri debebat. *Hell.* πάν-

των pro masculino accipias; ἀκορής seu ἀκόρεστος in universum pro ὑβριστής, ut in Eur. Heracl. 922. μήποτ' ἐμοὶ φρόνημα ψυχά τ' ἀκόρεστος εἴη. Nam κόρος et ὕβρις, quamvis proprie illud *causam*, hoc *effectum* indicet, tamen ita inter sese permisceri coepta sunt, ut et Theogn. 153. τίκτει τοι κόρος ὕβριν caneret, et Pind. Olymp. XIII, 10. Boeckh. Ὕβριν Κόρου ματέρα θρασύμυθον diceret. Vid. Schol. ad Pind. Ol. I, 56. κόρῳ· τῇ ὕβρει καὶ ἀλαζονείᾳ. Solon. Fr. XV, 9. οὐ γὰρ ἐπίστανται κατέχειν κόρον et v. 37. παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ. Haud alia de causa apud Latinos vocabula *fatisco*, *affatim*, *fastus*, *fastidium* ab una eademque radice descendere videntur. Idem illud adiectivum causativam vim induit in Aesch. Agam. 1002. μάλα γάρ τοι τᾶς πολλᾶς ὑγιείας ἀκόρεστον τέρμα, h. e. εἰς κόρον ἄγον, qui locus Schützium vexavit. cf. 1325. (1331.) *Doed.*

V. 121. λεύσσεις νιν. Reisig. λεῦσσ' αὐτόν. Erf. προςδέρκου προςπυθοῦ [voluit προςπύθου]. Lachm. Chor. p. 137. λεύσσατον, προςδέρκου. Qui quidem hos versus inter choreutas singulos dividit. *Doed.*

V. 123. 124. πλανάτας vid. supra ad 119. οὐδ' ἔγχωρος. vid. ad 390. (397.) *Hell.*

V. 126. ἀμαιμακετᾶν. De etymologia adeas interpp. ad Hom. Iliad. ζ, 179. Vertunt *inexpugnabiles* seu *indomitae*, et recte quidem: nam altera significatio *furentes* minus convenire videtur huic loco, quoniam summa utitur modestia et verecundia chorus in commemorandis Furiis. *Intractabilis* interpretatur Erf. a μάω s. μάσσω, *palpo*, derivans. *Hell.*

V. 127. 128. ἃς τρέμομεν λέγειν. Apud Eur. I. T. 944. ἀνώνυμοι θεαὶ dicuntur. — ἀδέρκτως. *oculis*

connivente. Anon. Angl. post Camerarium. Nonne potius *averso vultu? Hell.*

V. 129. — 131. ἀφώνως. Vexavit VV. DD. triplex silentii commemoratio, quae nihil sibi vult, nisi ut acrius intendatur silentii notio. cf. similes eiusdem notionis repetitiones v. 203. sq. et 226. sq. ἀλόγως Winshem. vertit *non cogitantes de iis,* quae quidem significatio, etiamsi exemplis firmari possit, hoc tamen loco obtinere propterea nequit, quod nemo impetrare a se potest, ut certo tempore cogitatione aliqua abstineat. Quam collega meus Spec. p. 93. proposuit sententiam, idem illud voc. esse, quod 482. (489.) μηδὲ μηκύνων, eam suo loco examinabimus. Difficile nimirum videbatur, ἀλόγως cum locutione εὐφήμου στόμα φροντίδος ἱέντες conciliare, de qua Musgr. „στόμα nonnunquam est *vox* vel *sermo,* ut infra 1032. (1036.) 977. (981.) Ai. 1129. (1110.)) Eur. Or. 592.“ cf. Brunck. ad O. T. 426. Sic Winsh. *voce tantum boni ominis emissa* et Heath. *ora adeo caute solventes, ut nihil, nisi faustum proferant,* quod prorsus repugnat verbis ἀφώνως et ἀλόγως, ut Vauvill. quoque vidit, qui tamen et ipse *labiorum* certe *motum* significari putabat. Recte autem Brunckius vertit *tacite nobiscum bene ominata* c o g i t a n t e s. Εὔφημον στόμα nihil esse aliud, quam silentium, monet Hermannus ad El. 620.: similes locutiones adfert Seidl. ad Eur. Troad. v. 566. quae quidem omnes ad videndi sensum pertinent. cf. etiam Spanh. ad Call. Hymn. Apoll. v. 17. Vim oxymori probe sensit Anon. Anglus, explicans *ne fausta quidem et bene ominata sermone proferentes.* Reisigius: *silente voce, sine verbo, taciturnam cogitationem ore referentes. Hell.* Vix mihi persuadeo, εὐφημίαν vel h. l. vel in El. 630. de *silentio* accipiendum esse.

In El. vertam: *Num tu, quandoquidem libere loqui semel tibi concesserim, ita trahis et extendis altercationem,* (παλινστομεῖς Aesch. Theb. 258.) *ut ne precari quidem vel sacrificare possim.* In Aesch. Choeph. 581. certe

ὑμῖν δ' ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν,
σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια.

per εὐφημίαν non *silentium* tantum intelligi manifestum est. Nostrum locum sic ego interpretari malim: *quas proprio suo nomine* (ἐριννύων) *appellare non audemus, et quarum sacra ubi praeterimus, omni vociferatione vel confabulatione profana abstinentes nil nisi pia mente oramus.* In Eust. pag. 723, 30. ad ἀκέων· ταὐτὸν τῷ ἀφώνως καὶ κατὰ Σοφοκλῆν εἰπεῖν ἀλόγως, scribendum videtur: ἀφώνως καὶ ἀλόγως, κατὰ Σοφοκλῆν εἰπεῖν. *Doed.*

V. 131. τὰ δὲ νῦν pro νῦν δὲ positum esse statuit Elmsl. ad. O. T. v. 1229. Sed parum ita haec cum antecc. cohaerent, quia τὰ h. e. *hanc totam religionem,* est obiectum participii, οὐδὲν adverbii loco. *Doed.*

V. 132. ἅζονθ'. Antiquorum verborum amator Sophocles ἅζονθ' pro ἁζόμενον ut μηχανᾶν Ai. 1056. (1037.) φθέγγει Phil. 883. (862.) [nisi φθέγγου ibi scribendum] *Musgr.* Citat Eust. p. 694, 30.

V. 135. ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ. Non multum abfuit quin lectionem ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν, quam omisso ἐγὼ praebent aliquot MSS., in textum reciperem. Aristoph. Eqq. 1338.

ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν, τεττιγοφόρος τῷ 'ρχαίῳ σχήματι λαμπρός. *Doed.*

— ὁρῶ *video,* id est, *percipio.* Verbis videndi,

quum sit is sensus omnium nobilissimus, reliquorum sensuum perceptiones declarantur. Sic Aesch. S. Th. 103. κτύπον δέδορκα. Alexis Comicus apud Athenaeum p. 134. A.

> Τοῦτο γὰρ νῦν ἐστί σοι
> ἐν ταῖς Ἀθήναις ταῖς καλαῖς ἐπιχώριον·
> ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς, ἢν οἴνου μόνον
> ὀσμὴν ἴδωσιν. *Brunck.*

Addere potuit ex ipso Soph. Ai. 785. Sed ὀξυμώρως potius dictum est: φωνήματα μὲν ὁρῶ, ἀλλ' οὐχὶ θεάματα. Proverbium fuisse videtur coecorum, ita intelligendum, ut per φωνὴν de alterius voce, non de coeci ipsius cogitarent. Idem fere redit v. 316. (323.) αὐδῇ δ' αὐτίκ' ἔξεστιν μαθεῖν. Similia ubivis obvia, ut ἀσπίδι γιγνώσκειν Hom. Iliad. V, 182. *Doed.* Brunckius sibi non constare videtur: quod enim vertit *voce video*, est illud quidem: *ich sehe durch die Stimme:* nota autem, ni fallor, eo spectat, ut sit: *ich erkenne an der Stimme*, quod posterius prorsus quadrat in v. 316. (323.) Nostro loco simplicissimum fuisset hominem caecum, caecitatem suam nunc primum apud ignotos commemorantem, dicere *auribus video*, ut organum pro organo substitueretur, pariter atque Hor. Epist. I, 15, 13. *sed quis frenato est auris in ore.* Quod Scholiasten etiam sensisse verisimile est ex eius interpretatione voce. τὸ φατιζόμενον. Verumtamen nihil mutandum. Etiam Homerus Iliad. I, 77. et 150. cum χερσὶ iungit ἔπεσι, ubi στόματι requirat nimium concinnitatis studium. *Hell.*

V. 137. et 139. transponit Erf. speciose. *Doed.*

V. 138. ἄνομον. Reiskius ἄνομμον, offensus fortasse ellipsi part. ὡς, de qua egit Vauvill. ad Ai.

v. 198. Thuc. II, 72. *δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους. Hell.* προςιδεῖν h. l. idem fere videtur esse, quod *existimare; einen für etwas ansehn;* ut *intueri* ap. Liv. IV, 8. *Tribuni* (censuram) *magis necessariam quam speciosi ministerii procurationem* intuentes.. *haud sane tetendere.* Thuc. V, 113. *τὰ ἀφανῆ ὡς γιγνόμενα ἤδη θεᾶσθε. Doed.*

V. 139. *Ζεῦ ἀλεξήτωρ.* Hanc pleniorem vocativi formam tragici etiam nulla metri necessitate impulsi praeferunt, praesertim in melicis, idque tacite secuti sunt editores, etiam cum fluctuabant MSS., ut El. 150. *παντλάμων Νιόβα.* Ai. 381. *προπάτωρ.* ib. 903. Ant. 39. 229. — *πρέσβυς.* Bothius *πρεςβεύς,* quam formam disertis verbis damnat Schol. Aristoph. ad Ach. 91. Brevis syllaba in fine anapaesti admissa a personarum commutatione excusationem habet. Vid. Seidl. Dochm. p. 80. Herm. Elem. p. 573. *Doed.*

V. 140. 141. *οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι πρώτης, ἤγουν οὐ τῆς πρώτης μοίρας τῶν εὐδαιμονιζομένων, ἀλλὰ δηλαδὴ τῆς ἐσχάτης.* Eust. p. 479. ubi huius schematis plurima exempla profert, quibus utitur Gatakerus Opp. T. I. p. 215. *Brunck.* *μοίρας εὐδαιμονίσαι πρώτης, cuius felicitatem prae ceteris omnibus praedices. Musgr.* *πρώτη μοῖρα* de *felici sorte* usitatum. Pind. Pyth. I, 99. Boeckh.

τὸ δὲ παθεῖν εὖ πρῶτον ἄθλων· εὖ δ' ἀκούειν δευτέρα μοῖρα.

Eur. Iph. Aul. 57.

οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι.

Ac nescio an his respondeat Oedipus ad ea, quae chorum v. 121. de *κόρῳ* suo suspicantem audiverat. Ne vero cuiquam in mentem veniat coniungere *πρώ-*

τῆς χώρας *praestantissimae regionis custodes*, satis dehortatur ordo verborum. *Doed.* Illam λιτότητα, Camerario intellectam, nec Vauvill. percepit, quum πρωτῆς, i. e. πεπρωμένης, (quod verbale damnat Wyttenb. Bibl. Crit. Vol. II. P. 1. p. 51.) corrigeret, nec Winsh. reddens *ob veterem fortunam.* Memorabilis est Reisigii ratio, quem adeas. πάνυ rarum apud Tragicos. vid. Pors. ad Eur. Hec. 825. *Hell.*

V. 142. δηλῶ. Altera lectio δῆλον commendationem habet ab Ai. 906. *Doed.*

V. 144. ὥρμουν. Metaphora a navibus, quae ὁρμεῖν dicuntur, cum rudentibus vel anchoris in statione firmantur. Hinc Demosthenes p. 319. οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς, ubi ego quidem suppleverim ἀγκύρας: *non eandem* rerum suarum *anchoram habet, quam populus.* Eur. Med. 775. Ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων. Usitata igitur metaphora ὁρμεῖν ἐπὶ τινὶ perhibetur, qui totus ex aliquo pendet, quemadmodum Oedipus ex Antigona, grandis natu ex puella, ἐπὶ σμικροῖς μέγας. *Musgr.* Add. Eur. Phoen. 846. φίλοισι σοῖς ἐξώρμισαι σὸν πόδα. Duplicem enim miseriam Oedipus illis verbis aperit, coecitatem et infirmitatem, ut v. 489. (496.) σμικροῖς masculinum est plurale, pro feminino singulari ex praecepto grammatico positum. Herm. ad Vig. p. 915. Reisigii correctio κἀπὶ σμικρᾶς coll. v. 746. dignissima est, quae memoretur, non quae praeferatur; quoniam glossam paene redolet correctoris, usitatiora substituentis. Sed ἐφορμεῖν τινι, quanquam plerumque *opperiendi hostiliter et insidiandi* vim habet, tamen non est, quod his tam arctis finibus circumscriptum fuisse eius usum existimes, quum et ἐπιστῆναί τινι non rarius significet *prope stare alicui* quam *aggredi aliquem. Doed.* Ad Antigonen etiam Winshemius, alteram scholii

partem secutus, verba κἀπὶ σμικροῖς retulerat. Nec aliter sensisse videtur Brunckius, reddens, *ne grandis niterer parvo fulcro*, unde, opinor, exstitit, qui de baculo cogitaret. Antigones tamen mentio iam facta verbis ἀλλοτρίοις ὄμμασιν; post quae magis etiam langueret sententia, si μέγας esset *grandis* vel *grandis natu*, cui tum satis frigide opponeretur parva puella. Priorem igitur scholii partem amplexi sunt Anon. Angl. et Burgessius, quamvis in singulis expediendis minus felices: hic enim, quum et ipse μέγας *aetate gravis* itaque *itineri adeo impar* interpretaretur, antithesin in h. v. et σμικροῖς, quod *levem causam* esse vult, plane subvertit: ille longius etiam aberravit, σμικρά explicans, *ut eum pro legum contemtore non haberent.* Rem, ni fallor, acu tetigit Erf. „*Nec propter parvas res* (v. 4. sqq.) *huc advenissem, qui olim magnus fui.* Huic interpretationi altera fortasse lectio ὥρμων magis conveniat, quamquam et in vulgata acquiesci potest, quam bene vertit Burgessius *substitissem, advertissem. Hell.*

V. 147. *sq.* ἆρα καὶ ἦσθα. Malim interrogative accipere [vid. Herm. apud Erf. ad Ant. v. 628. ed. min.] nihil enim in praecedentibus video, unde Chorus coniicere posset, eum a natalibus visu privatum fuisse. — ἀλαῶν ὀμμάτων — φυτάλμιος. De constructione confer citata ad El. 234. *Musgr.* ἀλαῶν ὀμμάτων. Quam nos in textum ascivimus rationem, Brunckium secuti, eius sententia haec est: *Caecus ergo es, infelix, et grandaevus insuper, ut videtur?* In his ἦσθα φυτάλμιος patet poetice dictum esse pro ἔφυς, nec φύσεως notio magis urgenda est quam in φύσει πέφυκας (in qua locutione abundare φύσει dicit Mienek. ad Menandr. p. 394.) Cum genitivo

ὀμμάτων hoc verbum non audacius coniungitur, quam in εἶναι ἐτῶν τριάκοντα. Vid. Matth. Gr. §. 372. p. 498. neque opus est coniectura Blomfieldii ad Aesch. Agam. Gloss. 318. ἀλαός τ' ὀμμάτων. ἆρα autem συλλογιστικῶς, non interrogative accipiendum, quanquam non pro certo negaverim unquam postponi ἆρα interrogativum; Aesch. Pers. 639.

νέρθεν ἆρα κλύει μοι;

At καὶ additum quid sibi vult? Putes intendi hoc additamento vim adiectivi φυτάλμιος, ut non abundet φύσεως notio et sensus sit: ἀλαὸς εἶς οὐ νῦν μόνον ἢ νέον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ φύτλης. Nec obstat huic explicationi, quod falsa sit haec coniectatio; nam errare chorum de senis ignoti fatis, artificii potius, quam absurditatis fuerit, ut ne minime quidem augurari videatur, quicum sermonem habeat. At concidit haec ratio, quia nihil omnino praecesserat, unde *a natura coecum* esse Oedipum divinare posset Chorus. His caussis possit aliquis adduci, ut hanc fere distinctionem approbet:

ἀλαῶν ὀμμάτων!
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος δυςαίων;
μακραίων τ' ἔτ', ἐπεικάσαι.

i. e. *Vae coecos oculos! num etiam natura tam infelix eras? Et grandaevus insuper es, ut videtur.* At cui tandem placebit tam importuna ista Chori curiositas, e vestigio de diuturnitate mali sciscitantis, quae nihil ad rem faciebat? Ut brevi absolvam, ita distinguendum videtur:

ἀλαῶν ὀμμάτων
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος· δυςαίων,
μακραίων τ' ἔτ', ἐπεικάσαι!

in quibus, ni admodum fallor, *καὶ* significat *vere, certo, οὐ δοκεῖς μόνον πρόσωθεν εἰςορῶντι, ὥςπερ πρόσθεν, ἀλλὰ καὶ εἶς, ὡς νῦν αὐτὸς ὁμολογεῖς.* Similiter Ai. 44.

ἦ καὶ τὸ βούλευμ' ὡς ἐπ' Ἀργείοις τόδ' ἦν;

scil. *καὶ οὐ μόνον ἐλέγετο;* Add. Trach. 228. *εἴ τι καὶ φέρεις. Doed.*

V. 148. *ἔτ' ἐπεικάσαι.* Bothius *ὅσ' ἐπεικάσαι.* Reisigius *ἔθ' ὡς* retinuit, *μακραίων* pro anapaesto accipiens.

V. 149. *ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοί.* Sic Aldus et codd. veteres. Verum pro *ἐμοὶ* legendum *ἡμῖν,* ut metra congruant. Versus antithetici sunt:

λεύσσεις νιν; προςδέρκου.
ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἡμῖν. *Brunck.*

Duplex datur huius loci interpretatio. Alteram praeivit Schol. *Neutiquam tamen in me* (*quod non monuerim* ex antiquissima illa opinione) *transferes hasce diras, quas modo contrahis, hunc lucum diutius violando.* Tum *προςτιθέναι,* sicut latinum *addere,* compositum pro simplice positum erit, dandi, creandi, conciliandi iniungendive significatu. Aesch. Choeph. *μέγαν προςθεῖσαν Αἰγίσθῳ μόρον.* Ant. 243. *τὰ δεινὰ γάρ τοι προςτίθησ' ὄκνον πολύν.* et praecipue Oed. T. 280. *τάςδ' ἀρὰς ὁ προςτιθείς.* [Idemque verbum restituendum est ex uno MS. et Dionysio in Thuc. III, 82. *τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους . . . προςτιθέντες* pro vulg. *προτιθέντες* (quod *minitantes* potius est) coll. IV, 20. *Doed.*] Praepos. *ἐν* autem redundabit: quod Elmsleius quoque statuere videtur ad Med. 614. Alteram rationem, ab Heathio tactam, sequitur Brunckius: *Sed haud sane, quantum per me licebit, his* [clarius Burgess. *istis infortu-*

niis: significantur enim senectus, caecitas et paupertas] *noxam addes, ob quam diris devovearis.* ἐν γ' ἐμοὶ igitur esset ὅσον γε ἐμοὶ ἔνεστι, *per me,* conf. Valck. ad Hipp. p. 199. Iacobs Addit. Athen. pag. 183. Non ita probabilis Burgessii explicatio ἐν γ' ἐμοὶ κριτῇ, *si mei sit iudicium, si me audies.* In suspenso relinquit Winshemius, vertens *non utique mihi imputabis has diras.* τάςδε ἀρὰς ad sequentia spectant. vid. ad 640. (644.) δεικτικῶς dictum vult Iacobs manu directa in senem in loco sacro sedentem, quod nefas scilicet. Possis ἀρὰς etiam *calamitatem* interpretari, cuius significationis Homerica exempla attulit Vauvillersius. Musgravii nota haec est: „τάςδ' ἀρὰς. quo referri possit articulus, non video, nisi forte synonyma fuerint ἀρὰς et Ἐριννύας, quod multa suadent. Cf. Aesch. Sept. c. Theb. 70. iterumque 961. cum Agamem. 1128. Eumen. 352. Ibid. 420. Eumenides diserte de se narrant, Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὕπαι κεκλήμεθα. Adde Virgil. Aeneid. XII, 845. *Προςθήσεις, adiunges* vel *infliges.* Vide notata ad Eurip. Hecub. 362." Reisigius adsentitur Brunckio. *Hell.*

V. 151. περᾷς. *modum excedis.* Sic πέραν περᾶσαι infra 959. μὴ περαιτέρω πεπραγμέν' ᾖ μοι. Trach. 676. *Musgr.* Sic El. 1506. ὅςτις πέραν πράσσειν γε τῶν νόμων θέλει. Sic etiam *migrare.* Burgess. post Schol. *incedis, ubi non fas est.* Vauvill. incedis, *per medium exitium,* quae utraque inaudita foret ellipsis. *Transis* vertit Winsh. fortasse eodem sensu *progrederis* Erf. ad O. T. 670. *Hell.* Praesens pro futuro „transibis enim, abibis, sacrum hunc locum relinques, nec adeo Furiarum iram manendo in te concitabis." Chorus adspectu malorum, quibus Oedipus laborat, commotus, humanis verbis uti-

tur. Musgravii explicationem locum habere dubito. *Iacobs.*

V. 151. ἵνα . . μὴ simplicem prohibitionem indicare putat Brunckius, supplens forsitan ὅρα. Neque aliter sensit Elmsl. ad Heracl. 618. „Fortasse legendum μὴ προπεσεῖ, ἵνα pro ὅπως accepto." Sed id vellem probatum: nam ἵνα, cuius usus apud seriores quidem aliquanto latius, et apud nostrae aetatis Graecos (νὰ) latissime patet, ab antiquis vix aliter quam de *consilio* dictum reperies, *auf dass, damit.* Itaque recte, opinor, Heindorf. p. 27. ad Plat. Gorg. pag. 454. B. „quod ante ἵνα intelligere Findeisenius iubet ὅρα s. φυλάττου, particula ὅπως centies adhibetur. ἵνα, quod sciam, non item." Quapropter aut in ἀλλὰ exhortativo latere putandum est ἄνα vel σπεῦσον vel ἀπόβαθι (quae haud scio an sententia sit Hermanni de praecc. Attic. p. VII.) aut verum viderunt Schol. et Reisig. ἵνα ex seq. μετάσταθι pendere. *Doed.*

V. 153. 154. κάθυδρος. Lectio κάθυγρος ideo non placet, quia diserta *aquae* commemoratio in hoc ritu quam maxime necessaria est; vid. infra v. 474. (481.) Aesch. Pers. 612. παμφαὲς μέλι λιβάσιν ὑδρηλαῖς παρθένου πηγῆς μέτα. Quapropter etiam μειλίχιος proprie, de *melle admisto*, intelligendum, quod perspexit Musgr. „μειλιχίων ποτῶν, *mellitae potionis;* vid. notata ad Eur. Hec. 362." minus perspexerunt gl. Vict. γλυκίων, ἡδέων et Eustath. p. 775, 17. παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ ἐπὶ ὑδάτων ὡς τὸ μειλιχίων ποτῶν ῥεῦμα διασαφητικὴ μετάληψις ἐστι τὸ μελιχρόν. *Doed.* κάθυδρος ut κατάδενδρος, κατάβατος, κατήρης dictum monet Burgess. laudatque Toup. ad Suidam p. 297. et Gesn. ad Orpheum p. 126. qui de multi-

plicandi potestate egit, quam haec praepositio in compp. habet. — De sacrificandi ritu vid. infra 474. (481.) *Hell.*

V. 156. τῷ *quocirca* Brunckius. Sed conclusioni nullus ex antecc. datur locus. Quod in Actt. Monacc. T. I. p. 35. post Heathium conieci τό, ξένε, ut pro parenthesi sit hic versus, id etiamnunc verum puto. *Doed.* Lectio editt. vett. revocanda. τόν, τοῦτον τὸν κρατῆρα i. e. τὸ νάπος, οὗ ὁ κρατήρ. *Iacobs.*

V. 158. ἐρητύει. Malim ἐρητύοι, *multa te via ab isto saltu* (νάπει) *seiungat. Musgr.* Idem Erfurdtius probat, sed nulla necessitas, modo πάντα τινά, non σε suppleas. *Doed. Difficile est colloqui tecum isto loco, longum enim impedit spatium;* ut hoc quoque argumentum eum permoveat ad obsequium praestandum. *Reisig.* Haud scio an sit: *multum s. magnum* (i. e. *nimium*) *intervallum te a nobis* (*ab eo loco, ubi consistere fas est*) *segregat.* Sic denuo inculcatur illud περᾷς. Non fatigatur chorus saepius repetendo, quod tam ei curae cordique est. Concordat Brunckii versio: *procul iam a limite intro te penetrasti. Hell.*

V. 159. πολύμοχθ'. Num active interpretandum, ut Eur. Phoen. 800. *qui nobis tantum negotii molestiaeqüe facessit?* Color saltem orationis non obstat: vox enim κλύεις forsitan haud sine aliqua indignatione pronuncianda, iam impatientiam quodammodo et morae taedium indicare videtur. *Hell.*

V. 160. λέσχαν. Et *sermonem* significat et *locum* ubi aliqui sermocinantur. Si prior notio placuerit, quod praecedit (λόγον εἴ τιν' ἔχεις) valebit *si*

animum advertis ad sermonem meum, si eius aliquam rationem habes. Suidas: λόγον ἔχειν, φροντίζειν· Θεόπομπος. Sed et passim ita loquuntur antiqui, ut Herodotus. Sin λέσχαν altero sensu interpreteris, tum λόγον εἴ τιν' ἔχεις significabit, (quae versio est Heathii) *si sermonem aliquem habes, quem mecum communicare cupis.* Sed mihi prior ratio potior videtur. *Musgr.* οἴσεις pro ἔχεις vel quod quidam metri causa commenti sunt ἴσχεις, cum Elmsleio edidimus, qui apte confert Trach. 123. αἰδεῖα μὲν, ἀντία δ' οἴσω. Ego vertam: *Si quid me vis, relicto luco, postquam in eo loco, quo ego loquor, pedem fixeris, tum demum fari incipe.* Λέσχη et hic locum confabulationis non minus indicat, quam in Aesch. Eum. 367. *Doed.*

V. 164. ἀστοῖς ἴσα aut est ἴσα σὺν ἀστοῖς, aut ἴσα νόμοις vel ἔργοις ἀστῶν, de quo vide v. 330. (337.) *Hell.*

V. 165. κοὐκ ἄκοντας. κἀκούοντας, *parentes, obedientes.* Ex coniectura sic dedi, cum ed. Ald. haberet κοὐκ ἀκούοντας, Henr. Steph. vero κοὐκ ἄκοντας. Ἀκούειν *parere* habetur Eur. Cycl. 120. *Musgr.* Prorsus sic tollitur antithesis, cuius nimium curiosus Burgess. invito metro ἑκόντας reponi voluit. Bothius: εἰπόντας — κἀκούοντας. *Hell.*

V. 167. μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ. Constructio a nullo adhuc Grammaticorum notata et explicata. Nota ἴωμεν, μαχώμεθα, neque vero pluralis tantum, sed etiam singularis numeri prima persona ita usurpatur, ut φέρ' ἴδω Eurip. Hippol. 859. sq. ἐπίσχε, αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω ib. 568. μὴ τρέσῃς μιάσματος τοὐμοῦ μετασχεῖν, ἀλλ' ἐλευθέρως θάνω. Eur. Heracl. 558. Sic μὴ θάνω, quod Elmsl. ad Eur. Heracl. l. c. re-

cte explicat: *ne sinas me mori.* Primam personam sing. pass. nonnisi hoc loco et Eur. Troad. 173. observavi: *μὴ νύν μοι τὴν βακχεύουσαν Κασσάνδραν πέμψασθ' — ἐπ' ἄλγεσι δ' ἀλγυνθῶ, neve sinite me dolore alio praeter eum, qui iam urit, adfici,* qui locus nostro defenditur. *Matthiae.* Eandem explicationem iterum protulit Elmsl. ad Soph. O. T. v. 49. praeter nostrum locum adferens Trach. 804. Eur. Herc. 1339. „Apertum est, coniunctivum particulae *μὴ* iunctum proprie non vetantis esse, sed metuentis. Quare non tantum de secunda, sed etiam de prima persona usurpatur, ut in Soph. Oed. C. 174." Herm. praecc. Attic. p. VI. Timere autem poterat Oedipus, aut, ut semel egressus eo loco, unde salus sua pendebat, rursus intromitteretur; aut, ne ob violatam iam loci sanctitatem, ad poenas dandas callide eliceretur, aut denique, ne vi extruderetur. Postremum sequentia confirmant. *Hell.*

V. 168. *σοι*, quod restitui in Actt. Monacc. T. I. p. 56. etiamnunc probo; illud non item, quod tunc a plurali ad singularem *negligentius* transire poetam existimavi, de quo transitu egit Brunck. ad Aristoph. Avv. 104.; etenim, ut iam videre mihi videor, Oedipus postquam ab uno *mesochoro* exire e luco iussus est, *caeterorum choreutarum* fidem sibi obstringi vult, non fraude mala illud fieri. *Doed.*

V. 169. *ἐκ τῶνδ' ἑδράνων.* Chorus digito monstrat sedem, quam Oed. salva religione occupare possit. Est autem ea *ἐν τῇ θυμέλῃ. Iacobs.* Brunckius: *ex isto, quo consistimus, loco.* Utraque ratio commendatur aoristis *πιστεύσας καὶ μεταναστάς.* Attamen haud scio, an chorus ipsum, quo adhuc

constitit Oedipus, locum intelligi velit, ad solum ἀδικήθω respiciens, ut in ἄκοντα sit vis et momentum orationis. Patet enim ex tota antiquitate, nefas fuisse, manus alicui inferre in loco sacro. *Hell.* Astute declinat chorus, ne nimium disertis verbis tutelam polliceatur, quo minor sit fidei postea frangendae invidia. Lucem dat capitque vicissim v. 225. (223.) ubi sensus est: *iam nunc quando sacrum locum deseruisti, etiam omni regione mea excede. Doed.*

V. 170. ἄξει. Elmsl. ut futurum post οὐ μὴ tollat, ἄρῃ scribi iubet. Vid. v. 845. (849.)

V. 171. πόρσω malunt Elmsl. et Reisig.

V. 173. ἀΐεις, *sentis*, de quacunque sensuum perceptione dicitur. *Erf.* Versus 172. 173. (180. 181.) Oedipo tribuit Burgess. provocans ad verba Scholii, ἀΐεις οἷον αἰσθάνῃ, ποῦ ἐσμεν.

V. 174. ἀμαυρῷ κώλῳ. Winsh. et Brunck. *infirmo pede:* neque id plane falso: vid. ad 1014. ὧδε tum poterant interpretari *sic*. Multo tamen elegantius Erf. *pede qui oculorum lumine est orbatus, qui non habet adiutores oculos.* Sic ποὺς τυφλὸς Phoen. 841. ibique Valck. Pors. ad 722. ὧδε *huc* ut v. 1537. *Hell.*

V. 176. τόλμα ἀποστυγεῖν periphrastice pro ἀποστύγει, more tragicorum. Commode Reisigius laudat Horatianum: *sapere aude. Hell.*

V. 178. τέτροφεν, *habet*, vid. ad Ai. 1143. (1124.) *Musgr.* cf. et Brunck. ad Trach. 108. Explanatur autem sententia versus 164. (171.) *Hell.*

V. 180. παῖ, lego παῖς, ut sit nominativus pro

voc. ut Eur. Hel. 1419. cf. Nostri El. 794. *Musgr.* Sic etiam Porsonus Adv. p. 145. et Bothius. Sed hiatum in παῖ per adlocutionem excusat Seidl. Dochm. p. 81. et Herm. El. metr. p. 375. „ut non opus sit, voces νῦν et παῖ sedem suam permutare.“ Quin de hoc quaeri potest, an permutatio nominativi cum vocativo tam late pateat, ut etiam παῖς, βασιλεύς, Ζεύς, pro παῖ, βασιλεῦ, Ζεῦ, dicere licuerit. Nam quod ait Eustath. p. 1469. ὁ παῖς καὶ ὁ Ξανθίας παρὰ τῷ κωμικῷ ἀντὶ τοῦ ὦ παῖ καὶ ὦ Ξανθία, in eo egregie fallitur, quia quodlibet nomen articulo ὁ addito, non iam est *vocativus*, sed *nominativus*, per appositionem additus; equidem neque ὁ παῖ unquam legi, neque ὦ παῖς. Reisigius comparat Aristoph. Nubb. 1165. ὦ τέκνον, ὦ παῖ. ἔξελθ' οἴκων. *Doed.*

V. 180. 181. εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες. Id est interterprete Eustathio pag. 713. l. 31. εὐσεβοῦντες. Sic Euripidi Hippol. 215. μανίας ἔποχος λόγος, est μανικὸς λόγος. *Brunck.* ἐπιβαίνοντες vid. ad O. T. 790. (771.) *Musgr.* Praeivit Homerus Od. XXII, 424. ἀναιδείης ἐπέβησαν. Hymn. Merc. 465. Actt. Monacc. T. I. p. 38. *Hell.*

Ibid. εἴπωμεν. ἵν' ἄν, ὡς ἄν, ὅπως ἄν cum subiunctivo passim obvia sunt *ut* significantia. Pessime Turn. εἴποιμεν, ἀκούσαιμεν edidit, servato πολεμῶμεν. Ridicula est Britanni editoris coniectura ἵν' ἄνευ 'σεβίας. *Brunck.* εἴπωμεν — ἀκούσωμεν. Vid. Eur. Iph. T. 971. Heracl. 183. *Musgr.* Recte Turn. εἴποιμεν, ἀκούσαιμεν. Optativi pendent ab ἵνα ἄν. Verba καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν ad sensum cohaerent cum ἄγε νῦν σύ με. Repetitio eiusdem syllabae ωμεν in fine trium colorum Comicum deceret, non Tragicum. *Iacobs.* Item et olim in Actt. Monacc. T. I. pag. 37.

iudicavi, cum Schol. ἵνα ἂν per ὅπου ἂν interpretans. cf. v. 161. (168.) Nec enim usquam ἂν cum ἵνα *ut* coniunctum legi, et haud scio an recte V. D. in Class. Iourn. 1815. Apr. p. 47. „ἵνα joint à ἂν signifie *ubi*, qui est sa premiere signification comme adverbe. Eur. Iph. A. 1556. ἵνα πλήξειεν ἂν *ubi*.“ Item in Oed. Col. 398. (405.) Theocr. Id. XXV, 60. ἵνα κεν τέτμοιμεν ἄνακτα. Elmsleius comparat Eur. Bacch. 1379. ἄγετ' ὦ πομποί με κασιγνήτας, ἵνα συμφυγάδας ληψόμεθ' οἰκτράς. Caeterum Herm. ad Vig. p. 943. coniunctivos praefert. *Doed.*

V. 183. χρείᾳ πολεμῶμεν, *cum necessitate luctemur. Musgr.* Ad structuram apte comparant Trach. 802. μηδ' αὐτοῦ θάνω.

V. 184. αὐτοῦ. illo ipso in loco subsiste, quem extra nefas est procedere. *Burton.* αὐτοῦ sc. καθίστασο. *Erf.* — ἀντιπέτρου. gl. τοῦ ἰσοπέτρου χαλκοῦ. ἀντὶ πέτρας γὰρ χαλκοῦς ἦν. *Brunck.* Non satisfacit Scholiastae enarratio. Legendum fortasse αὐτοπέτρου, ex lapide nativo, [*vivo sedilia saxo* Virg. A. I, 167. *Hell.*] i. e. rudi, nondum expolito: ἄξεστον et ἀσκέπαρνον supra vocaverat v. 19. et 102. Forma vocis est ut αὐτόξυλον Philoct. 35. αὐτόπυρος ἄρτος apud Athenaeum p. 114. C. ἀντίπετρος fortasse ipsum est pro πετραῖος; intelligitur suggestum in orchestra, in quo θυμέλη. *Iacobs.* Eundem locum esse Erf. putat qui v. 57. memoratur, propter aeris fodinas ita dictus. Exemplari idem adscripsit: *saxea via.* Winsh. *extra saxi, quae ex adverso est, viam.*

V. 185. κλίνης. Idem verbum in κινεῖν corruptum in Archiloch. ap. Harpocr. πρὸς τοῖχον ἐκι-

νήθησαν ἐν παλινσκίῳ ubi Toup. *ἐκλίνθησαν* corrigit, probante Herm. El. Metr. p. 105. *Doed.*

V. 186. *ὡς ἀκούεις, ut iam intelligis. Musgr.* Cf. ad v. 172. (181.) Erf. praes. pro praeterito positum existimat.

V. 187. *ἦ ἑσθῶ;* nihil interest hoc modo scribaturne, an cum elisione *ἦ 'σθῶ*, quod Aldus e vett. codd. expressit. In unam syllabam coalescunt *η ε*. Turnebus edidit *ἦσθῶ*, quod etiamsi ne graecum quidem sit, posteriores tamen editiones omnes invasit. Alteram lectionem scholiastae memoratam *ἦ στῶ;* an stabo? mihique huius iudicium haud satis considerate amplexo, potiorem visam, non ita multo post comperi falsam esse et reiiciendam. *ὀκλάζειν* sedendi significationem obtinet, ut supra 19. *κάμπτειν κῶλα.* Tum in actione huius fabulae non aliter quam sedens exhiberi potuit Oedipus. Ab hoc versu usque ad dramatis finem, quando ad locum pergit ubi fatale est eum mori et sepeliri, semper in scena sedet. [Ex ed. rec.] *Brunck.* *ἦ στῶ* praetulimus; nam cum h. l. non *sessui*, sed *progressui* opponatur, sensu *subsistendi*, apte coniungitur cum *ὀκλάσας*. De ipsa forma *ἑσθῶ* addubitat Matth. ad Eur. Hec. 160. confidentius damnat Reisigius. Erfurdtius tamen in marg. *ἦ 'σθῶ; Doed.*

V. 188. *βραχὺς ὀκλάσας.* Similia quoad formam orationis sunt *πολὺς ῥέων, μέγας πνέων, ταχὺν βουλεύειν.* O. T. 627. (619.) Non temere igitur vulgatam mutaverim: sed si ab ea discedendum, proximum foret *βραχύ τ' ὀκλάσας. Musgr.* *βραχύ σ' ὀκλάσας* Camerarius: sed *ὀκλάζειν* neutraliter usurpatur. Bekker. An. Gr. I. p. 56. forsitan ex hoc loco *ΟΚΛΑΣΑΣ πόδα κινεῖν. Doed.* Erf. interpretatur: *minor*

factus statura, ita, ut incurvatus non ea longitudine sit. *Hell.*

V. 189. ἐν ἀσυχαίᾳ, *placide, nec cum impetu. Erf.* Ut Hom. Iliad. XXI, 598.

V. 191. βάσει βάσιν ἅρμόσαι, *tuos gradus meis accommoda.* Verum vidisse Elmsleium puto, qui ἅρμοσαι scribendum esse censuerit; Soph. El. 31. εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνω, μεθάρμοσον. Contra Aesch. Prom. 309. γίγνωσκε σαυτὸν καὶ μεθάρμοσαι τρόπους νέους, ubi unus MS. Vit. perperam μεθάρμοσον exhibet. *Doed.*

V. 192. 193. χέρα φιλίαν. De χειραγωγίᾳ inter θρέπτρα referenda egit V. D. in Miscell. Hafn. Tom. I. Fasc. I. p. 45. *Hell.*

V. 193. πρόκλινον. Si προκλίνας legas, sensus erit suspensus, interpellante Oedipo; unde nihil video huic loco commodi aut venusti accedere. *Brunck.*

V. 194. δύςφρονος active, *quod tristitia adficit*, accipere videntur inttpp. Reisigio est: *quod imprudens*, ἄφρων, *commisit. Hell.*

V. 195. χαλᾷς *concedere incipis.* Vid. Eur. Hec. 403. *Musgr.* Sic Scholion. Euripideum locum laudaverat Abresch. ad Aesch. III. p. 27. et ipse *indulgendi* significatum tribuens huic verbo. cf. v. 836. (840.) Etiam Brunckius *obtemperas*, Erfurdtius *ferociam remittis*, coll. Aeschyl. Prom. 179. δυσμῶν οὐδὲν ἐπιχαλᾷς. Quam in partem Iacobsius quoque concesserat Animadv. in Eur. p. 5. metaphoram ab auriga, equis habenas remittente, sumtam existimans. Is tamen nunc ut Doed. Actt. Monacc. T.

I. pag. 59. interpretatur: *quando nunc requiescis.* Aesch. Prom. 256. οὐδαμῇ χαλᾷ κακῶν. add. 1057. Ita cum proxime antecedentibus arctissime cohaeret, et chori in gratiam instituitur colloquium, qui Oedipi fata cognoscendi cupidissimus est: ex altera interpretatione, quae vss. 56. 57. in memoriam revocat, Oedipo potius beneficii loco permitti videtur, ut, quae habeat, cum choro communicet. *Hell.* Gl. in Laur. A. ἀντὶ τοῦ θαυμάζῃ, quod non magis intelligo, quam Elmsleius. *Doed.*

V. 197. τίς ὁ πολύπονος ex Schol. Articulus est aptissimus. *Quisnam tu, quem infelicem esse sat cognovimus* [cf. v. 147. (151.)] *duceris?* Cf. Phil. 601. *Doed.* — ἄγῃ, *vivis, vitam agis.* Hesych. ἠγόμην, διῆγον. Σοφοκλῆς Θυέστῃ δευτέρῳ. Suidas quoque ἠγόμην, ἐτρεφόμην, ἐτύγχανον, citans. O. T. 794. (775). Plato, ἀρετῇ τε αὐτοῖς ἀγόμενος ὀρθῶς, καὶ τοὐναντίον ἀποβαίνει κακῶς ἀχθεῖσι. pag. 875, d. Aristides tom. II. p. 93. χωρὶς παιδοτριβῶν πολλὰ γένη τῶν ἀνθρώπων ἄγεται καὶ σώζεται. Athenaeus p. 153. A. ἀγόμενος βασιλικῶς. *Musgr.* Propria significatio ne hic quidem deserenda: est *circumduceris, vagaris* vel etiam (*a filia tua*) *duceris. Hell.* — τίν' ἂν σου πατρίδ' ἐκπυθοίμαν. Nemo non videt particulam ἂν tam saepe a librariis omissam necessario hic requiri, ut v. 41. 42. Soloecum est, quod vulgo legitur. *Brunck.* Vulgatam servare satius duximus.

V. 200. ἀπόπτολις. Ellipsin verbi substantivi primae personae, praeterquam in adiectivis πρόςθυμος atque ἕτοιμος, rariorem esse, monet Seidler. ad Eur. El. p. 12. Ceterum oratio fortasse non propter solum timorem abrumpitur, sed etiam propter vim doloris, ex acerba memoria renascentis. *Hell.*

V. 201. *τί τόδ' ἀπεννέπεις, γέρον.* Sensus non est, quem Winsh. putat, *quare hoc abnuis,* sed potius, Burgessio auctore: *quid est hoc, quod prohibes,* coll. Oed. T. 2. Add. Trach. 184. *Hell.*

V. 202. *μή, μή, μή.* Crebrae negationes perturbati animi sunt indices. *Camerarius.* Quo etiam retulerim synonyma *ἀνέρῃ, ἐξετάσῃς, ματεύων.* *Hell.*

V. 205. *δεινὰ φύσις, dira origo, diri natales.* Sic *οὐ μαθὼν ὃς εἶ φύσιν* Ai. 1281. de Teucro, servae filio. *Musgr.* Vel potius *proles, genus,* ut El. 335. *ἐκ πατρὸς ταὐτοῦ φύσιν.* Ant. 526. *πόντου τ' ἐναλίαν φύσιν.* Aristoph. Avv. 1488. *ὦ σοφωτάτη φύσις.* *Doed.*

V. 207. Post *σπέρματος* haud scio an plene distinguendum sit, ut existat interrogatio directa. Dum enim roganti respondere cunctatur Oedipus, imperiosius instat Chorus; *πατρόθεν φωνεῖν* ut *ὀνομάζειν* solemnis formula; vid. Buttm. Mus. d. Alterth. T. II. p. 380. Herodot. III, 1. VI, 14. VIII, 90. In Brunckii interpunctione per abundantiam quodammodo *πατρόθεν* additum post *σπέρματος;* commendatam illam quidem exemplo Hom. Iliad. X, 68. *πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον.* Reisigius: *τίνος εἶ; σπέρμα τὸ σὸν ξένε φώνει πατρόθεν.* Erfurdt. in marg. *τίνος εἶ σὺ σπέρματος.* *Doed.*

V. 209. Versus est anapaesticus. Contra metri rationem, quin etiam frigide, legitur vulgo *τέκνον ἐμόν.* *Brunck.*

V. 210. *ἐπ' ἔσχατα.* In Thuc. V, 111. legendum censeo: *οὐ γὰρ δὴ ἐπί γε τὴν ἐν τοῖς ἐσχάτοις* (vulg. *αἰσχροῖς*) *καὶ προὔπτοις κινδύνοις πλεῖστα διαφθείρουσαν ἀνθρώποις αἰσχύνην τρέψεσθε.* *Doed.*

V. 211. καταφυγή h. l. denotat praetextum, quo quis utitur, ut occulat aliquid. *Erf.*

V. 212. μέλλετον, ἀλλὰ ταχῦναι. Fuit, qui inter se colloquentes h. l. fingeret patrem filiamque, propter mutatum, credo, imperativi numerum. Verum Antigone nunc simul compellatur, quia, si forte diutius taciturus esset Oedipus, satis facere illa senibus poterat respondendo. μακρὰν μέλλετε Heath. μέλλομεν [coll. v. 1605. (1616.)] et τάχυνε (coll. Aesch. Pers. 694. Eur. Andr. 551. Rhes. 637.) Elmsleius. *Hell.*

V. 213. Λαΐου. Perquam sapienter instituit poeta, quod chorum vix audito Laii nomine, cuncta confestim, nec sine horrore, augurantem facit. ἔκγονον Erf. in marg. Deleta voce ἀπόγονον colloquium fervidius fieri arbitratur Reisigius. *Hell.*

V. 215. Οἰδιπόδαν. De hac forma adeas Valck. ad Phoen. p. 306. *Brunck.*

V. 216. De constructione vide ad v. 1003. Metuere autem poterant Coloniatae deorum iram, quia exceperant consceleratum hominem, ut recte Erf. Ἀπροςδιόνυσον est, quod Schol. adfert. Neutiquam enim de fide, narranti habenda, dubitat chorus. *Hell.*

V. 219. Versus est anapaesticus. Recte in T. scriptum πόρσω. Ceteri cum Aldo contra metri rationem πρόσω. gl. πόῤῥω. *Brunck.*

V. 220. ποῖ καταθήσεις; *quomodo* vel *ubi exsolves?* Dicitur ut καταθεῖναι ἀργύριον, *pecuniam solvere.* Vid. Aristoph. Nub. 245. Pac. 1215. Liban. vol. II. p. 625. C. ὀφείλειν καὶ καταθήσειν. *Musgr.*

Sic infra v. 469. (476.) *τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή;* conf. v. 376. (383.) Nihil Lexicographi nostri de hoc usu particulae *ποῖ*, vi et significatione plane congruentis cum altera *πῇ*, solo genere discrepantis; nam est neutrius generis dativus (*ποι*, i. e. *ΠΩΙ*), altera illa feminini. *Schaef.* Ducta locutio a *καταθέσθαι παρακαταθήκην.* Herod. VI, 73. *παραθήκην κατατίθενται ἐς τοὺς ἐχθίστους.* Unde ducta etiam illa *εὐεργεσίαν καταθέσθαι παρά τινι*, vel *πρός τινα* Demosth. p. 193. 22. Reiske, *beneficium apud aliquem collocare*, tanquam depositum, quod postea reddatur vel rependatur; *χάριν καταθέσθαι τινί* vel *πρός τινα* Demosth. p. 1351. ult. Hinc *ποῖ* non est *quomodo*, ut Musgr. et Schaef. explicant, sed *ποῖ καταθ.* est pro *πρὸς εἰς τίνας ἀνθρ. καταθήσεις ὃ ὑπέσχεο.* Sed quia in his semper media vox adhibetur, scribendum puto *καταθήσει. Matthiae.* Elmsleius comparat Aristoph. Lys. 193. *ποῖ λευκὸν ἵππον;*

V. 221. sqq. *μοιρίδια.* Tacite quidem sed haud sane inconsulto *μοιραδία* probat Ephr. Schmidt de Notione Fati in Soph. Tragg. 1821. p. 24. quoniam et *μοιράς* et *μοιρίς* in usu fuisse constat. *Doed.* *ἔρχεται.* Impeditissima constructio, nisi legeris *ἐρχατοῖ* i. e. *εἴργει*, *arcet, prohibet, vetat.* Exstat vox Hom. Od. ξ, 15. *Ultio divina nemini prohibet, quae passus est, rependere. Musgr.* *ἔργεται* Bothius; debebat saltem *εἴργεται*, quae sola forma, si recte observavi, tragicis in usu est. Nam quod in Ai. 593. legitur: *οὐ ξυνέρξεθ' ὡς τάχος;* id vereor ne a *ξυνέρδειν* derivandum sit, ut in Trach. 83. Sed explicatione locus noster eget, non correctione: *τὸ τίνειν* est universae sententiae subiectum, *τίσις* praedicatum; *τίνειν* sensu medii accipiendum, quamvis acriter Kuster de verbb. medd. p. 79. invehatur in H.

Stephanum, quod in Thes. L. Gr. Tom. III. p. 1565. cautius pronunciaverat de discrimine activi illius et medii. Ut enim omittam, quae similem usum referunt, ut ἐκπράσσειν αἵματος δίκην Eur. Herc. F. 43. et τιμωρεῖν in Oed. Tyr. 107., vide an plurimum huc faciat Aesch. Coëph. 657.

τίνει μύσος
χρόνῳ κλυτὴ βυσσόφρων Ἐριννύς.

ubi Schol. ἀπαιτεῖ, breviloquentius, quam falsius, et Stanleius recte: *punit scelus;* Schützii autem ratio, τελνεῖ ex Aldo revocantis, coll. Eur. Suppl. 672., ob adiectum χρόνῳ, *tandem aliquando*, vix potest probari. Deinde τίσις est *causa ultionis*, ut στόλος v. 557. (358.) et genitivus ὧν plane ita positus ut in Thuc. I, 96. πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον. Sensus igitur et nexus totius loci hic est: *Nemini ex eo quod quae prior perpessus est, ea ulciscitur, ultio divina imminet; itaque ne te quidem mirari decet vel succensere, cum fraus fraudi, mea nunc tuae prius admissae, obiecta, ingrati aliquid nec iucundi secum fert.*" In eo autem deceptum se esse ait chorus, quod Oedipus securitatis promissionem ante extorserat, quam nomen suum, plenum illud horroris ac periculorum professus esset. Victorius adscripsit haud scio unde deprompta: πρὸς δὲ τὸν στρέψαντα ποτὶ τὸν πονηρὸν οὐκ ἄχρηστον ὅπλον ἁ πονηρία. *Doed.* τὸ τίνειν, εἴ τις τίνει. Constructio ἀνακόλουθος. *Iacobs.* Erf. in marg. „τὸ non sollicitandum. Vid. Ant. 723. Oed. T. 1417." Nam Herm. ad Aristot. Poet. p. 155. τὰ τίνειν scribi iusserat. Bothius ᾧ προπετὴς pro ὧν προπάθῃ. *Hell.*

V. 223. παραβαλλόμενα. Eodem sensu συμβαλεῖν in Ai. 1322. *Doed.*

V. 224. *ἀντιδίδωσιν*, *retribuit:* nempe illi, qui prior fallacias struxerit. *Musgr.*

V. 225. Basis anapaestica. Perperam Aldus *σὺ δ' ἐκ τῶνδ'* — addita inutili praepositione, ut supra 160. (167.) *Brunck.*

V. 225. *αὖτις*. Herm. in El. metr. p. 772. *αὖθις*. Nos ut in lyricis non ausi sumus extrudere formam epicam, quam etiam v. 1450. (1456.) Aldus et in Fr. Tript. Schol. ad v. 504. quamvis in senariis exhibet. Vid. Wernike ad Tryphiod. p. 83. *Doed.*

V. 227. *πέρα* additum, quia iam eo civibus molestiam creaverat, quod lucum intravit inaccessum. *Erf.* *χρέος* Winshemio est *necessitas*, Brunckio mihique *negotium*: Reisigio *Schuld. Hell.*

V. 228. *προςάψῃς*. cf. El. 432. O. T. 668.

V. 230. *αἰδόφρονες* *honestatem colentes.* Sic non nisi laudis causa adpellantur chorici senes. *Erf.* Equidem potius reprehensionem lenemque sub laudis specie castigationem huic adpellationi inesse crediderim. *Hospites, alias tam reverentes erga advenas, praesertim supplices, tam promti ad succurrendum miseris.* cf. Musgr. ad 1268. Huius palmariae virtutis decus imprimis sibi vindicabat populus Atheniensis. cf. v. 253. (260.) sqq. Thuc. II, 37. fin. V. *ὅτι αἰδοῦς βωμὸς Ἀθήνῃσιν ἐν τῇ ἀκροπόλει.* Adde Ael. V. H. IV, 6. Eius igitur commemoratione a contraria, qua nunc cum patre acturi erant, duritie senes revocare studet Antigone. Haud dissimilis locus Horatianus I, 8, 4. ubi Sybaris, effeminatus Lydiae artibus et disciplina, vocatur *patiens pulveris atque solis*, quippe qui alias esset vel olim

fuisset: quod honorificum epitheton pudorem illi incutere debebat, si forte legeret. Saepe autem veteres epitheta, non solum quae perpetua vocantur, sed alia quoque ita addunt, ut in id temporis momentum, quo adhibentur, quadrare non videantur; sed omnino denotare, quod quis aut antea fuerit, aut alioquin esse soleat. Sic Aesch. Agam. 881. *ἐπίσσυτοι πηγαὶ κατεςβήκασιν.* Eurip. Hec. 443. *αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.* Sic Neptunus *graviter commotus* extulit *placidum caput* Virg. Aen. I, 127. (in quibus conciliandis frustra sudarunt intpp.) et apud Horatium III, 29, 17. 18. Cepheus *clarus ostendit ignem occultum.* Locis, ubi id non sine multa gravitate factum est, adnumerare possis Virg. Georg. III, 364. *caeduntque securibus humida vina:* item Horat. III, 5, 22. *retorta tergo brachia libero;* et praecipue II. epist. I, 109. 110. *patresque severi fronde comas vincti coenant:* quo in loco haesisse videtur Markland. ad Stat. p. 247. Iuv. X, 46. *defossa in loculis quos sportula fecit amicos.* Ter continuo ita loquitur Diomedes apud Virg. Aen. XI, 252—255.

O *fortunatae* gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonii, quae vos fortuna *quietos*
Sollicitat, suadetque *ignota* lacessere bella?

Quo minus enim *αἰδόφρονες* omnino ad religiosum deorum cultum, ut Solgerus, vertens: *heilige Männer*, accepisse videtur, referendum censeam, obstant versus 239. 240. (246. et 247.) *τὸν ἄθλιον αἰδοῦς κύρσαι.* Iidem partim causam sustinent, cur Hermanni mei sententiam amplecti verear, qui *αἰδόφρονες* idem esse vult, quod *αἰδοῖοι, venerandi:* terminationem *φρων* significatione sua crebro excidere, ut *ωψ, ηρης*, aliaque. In hanc rem excitat *γεραιόφρων*

Aesch. Suppl. 366. ubi Schwenkius quoque, compositum pro simplici dictum existimans, σιδαρόφρων, aliaque comparat, quod etiam Monkius fecerat ad Eur. Alc. 675. Verumtamen hic ipse Euripidis locus integram vocabulo vim suam adserit, pariter ac Sophocleus, Ai. 903. ὦ ταλαίφρων γύναι. *Hell.*

Ibid. ἀλλ' perperam delendum censet Vauvill. cf. 1270. (1276.) et 1399. (1405.) Idem, pariter atque Bothius, totum locum violentius tractavit: Benedictus autem propter quandam Scholiastae suspicionem poëta prorsus indignum illum iudicat. *Hell.*

V. 232. 233. ἔργων ἀκόντων, *facinorum, quae invitus commisit.* Vid. O. T. 1243. et huius fab. 271. (260.) [ἄκον πρᾶγμα v. 973. (977.)] *Musgr.* οὐκ ἀνέτλατ'. Hoc verbum iungendum videtur cum αἴοντες. ἔργων ἀκόντων est genitivus causae, *ob facinora, quae invitus commisit.* αὐδὰν denique per epexegesin additum, pro πατρὸς αὐδὰν οὐκ ἀνέτλ. αἴοντες. Similiter Ai. 308. κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι συλλαβὼν χερί. Philoct. 146. πρόχειρον εἴ τι σοι πάρα ξίφος χεροῖν. *Iacobs.* Haud scio an praeeunte Anonym. Anglo explicari possit, *quoniam patrem meum tolerare non vultis, audito facinorum, quae invitus admisit, rumore.* ἔργα ἄκοντα alias etiam, *quae aliis displiceant,* significare, Erfurdtius monet. *Hell.*

V. 235. Versus est anapaesticus. Insigni librariorum errore vulgo legitur οἰκτείραθ'. In O. T. 1508. ἀλλ' οἴκτισον σφᾶς. Vide infra 552. (556.). Trach. 512. 855. 897. Passim hoc verbum occurrit. *Brunck.*

V. 236. μόνου, cui voc. nullam inesse vim opinatur Benedictus, aut significat, „non aliud hospitii munus mihi expeto, quam patris salutem;“ aut,

quod malim, perinde ac si esset μονωθέντος, „pro patre deprecor omni aliorum auxilio orbato, qui solus et inops ex adverso vobis stat.“ Hoc ad commiserationem tantum valet, quantum antea γεραόν. *Hell.*

Ibid. Pro οὐκ ἀλαοῖς, veteri lectione, eaque optima, Turnebus e Triclinio pessime dedit οὐ κάλοῖς. In codice syllabae κα superducta linea, qua ineptus ille Sophoclis interpolator significabat α produci, cuius prosodiae apud Atticos poëtas non unicum exstat exemplum. *Brunck.* οὐ καλοῖς — ὄμμασιν, *non decoris oculis.* Feminae utique inhonestum putabatur virum intueri. Diserte Euripides: *Νόμος — Γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον,* Hecub. 975. Vid. et Iph. Aul. 999. Heraclid. 477. Materfamilias apud Lysiam contr. Diog. p. 898.: εἰ καὶ μὴ εἴθισται λέγειν ἐν ἀνδράσι. *Musgr.* Eundem fere sensum ex ipsa vulgata elicit Iacobsius: „οὐκ ἀλαοῖς vultu non velato, oculis non in terram demissis, ut verecundae puellae solent inter hospites et alienos, sed confidenter vos intuens, [*oculis quam maxime intentis* Anon. Angl.] haud secus ac si inter cognatos versarer. ἀλαοῖς dicit, ad patris coecitatem respiciens.“ In Scholiastae sententiam recte Erf. „Erga Oedipum, qui non videbat, quam maxime inverecundus esse poterat chorus, non item erga Antigonam, quae oculis suis uti poterat.“ Adscripta est Hermanni explicatio: „quum patrem nolueris exaudire, qui sceleris sui prae se fert signa, excoecatos oculos, at mihi hanc gratiam concede, quae quodammodo tecum cognata sum, quod oculorum lumine utor. — Fiduciae enim unde hauserit materiam?“ Quae nemini non satisfactura esse firmiter persuasum habeo. οὐκ ἄλλοις. Dupuis interpreta-

tur: *eodem vultu, quo consanguinea vos intuens*, Burgess. autem, *non aliis oculis, quam pater ipse. Hell.* ὥς τις ἀφ᾽ αἵματος. „Ergo consanguineos intueri et cum iis colloqui, decori ratio foeminis, etiam apud Graecos concedebat. *Musgr.*

V. 240. 241. Vulgo ἐν ὑμῖν γὰρ, ὡς θεῷ. A mala manu insertum fuit γὰρ, quod metro officit. Nec γὰρ in γε mutandum; ἀσύνδετα amat effectus. — ἐν ὑμῖν κείμεθα, ut O. T. 314. ἐν σοὶ ἐσμεν. *Brunck.* *ex vobis toti pendemus.* Theocr. Id. III, 51.

τὶν ὅλος ἔγκειμαι, τὺ δ᾽ ἐμεῦ λόγον οὐδένα ποιῇ.

ubi editores Brunckii coniecturam ἄγκειμαι non debebant probare. *Doed.* Plura exempla congessit Valck. ad Phoen. p. 424. Singularem θεῷ post pluralem ὑμῖν infestanti Benedicto poterat vel v. 465. (472.) stomachum placare. *Hell.*

V. 242. ἀδόκητον. Lego τἀδόνητον, *firmam, stabilem.* Hesych. ἀδόνητος· ἀσάλευτος. Anthol. p. 457. ἀστεμφής, ἀδόνητος. *Musgr.* — ἄδοκον Ahlwardt. εὐδόκητον Both. Sed ἀδόκητον, observante Iacobsio, ad augendam beneficii gratiam facit.

V. 243. πρός σ᾽. Vid. Brunck. ad Trach. 436. Valck. ad Hippol. 604. — ἐκ σεθεν. Scholii explicatio non plane satis facit. Winsh. silentio transmisit. Bene Brunck. *ex animo.* Cic. ad Div. VII, 5. *Vide quam mihi persuaserim, te me esse alterum. Hell.* Quum ἐκ σέθεν non nisi ad verba ἢ τέκνον spectare videatur, coniectura non prorsus absurda esset οἴκοθεν, pro οἴκοι. Noster Phil. 469. πρός τ᾽ εἴ τί σοι κατ᾽ οἶκόν ἐστι προςφιλές. *Elmsl.*

V. 244. ἢ τέκνον, ἢ λέχος. Vulgo ἢ λόγος sine

ullo sensu. Ingeniosa coniectura Tragici manum certissime restituit Reiskius. *λέχος*, *uxor*. [Quae significatio apud Tragicos frequens. Deianira in Trach. 27. *λέχος Ἡρακλεῖ κριτὸν συστῆναι* se ait. Tecmessa Aiacis *λέχος δορυάλωτον* vocatur. In genere coniugem notat. Pro marito occurrit ap. Eurip. Danae:

γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων,
οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους.

Ex ed. rec.] *Brunck.* cf. Trach. 560. Idem Reiskius *ἢ λόχος* proposuerat. *λόγος* defendit V. D. in Class. Iourn. 1817. XI. p. 475. coll. v. 647. (651.)

οὔκουν πέρα γ' ἂν οὐδὲν ἢ λόγῳ φέροις.

ut item sit *λόγος*, si quid video, quod *πίστις*, *wenn du ein Mann von Wort bist. Doed.* *θεός* quum ad quemlibet deum, cuius in clientelam se quisque receperit, tum ad familiares (quod Reisigius vidit) deos pertinet. *Hell.*

V. 245. *ἴδοις ἂν ἀθρῶν.* Locutionem exemplis illustrat Lobeck. ad Ai. p. 370. Pleonasmum inesse negat Doed. Spec. p. 104. — Post *εἰ θεὸς* Erf. in marg. inserit *αὐτός* „idem illud male omissum in Oed. T. 1499. ab cod. August. C." *ἄγοι* cf. v. 994. (998.) *Hell.*

V. 252. *ῥεούσης*, quod per se iam denotat *periturae*, additur ad augendum sensum vocis *μάτην*, gravius scilicet verbum, quam *οὔσης*. Vauvill. accuratius, quam ceteri: *si vana effluat.* Vid. Trach. 468. *ῥείτω κατ' οὖρον.* 698. *ῥεῖ πᾶν ἄδηλον.* Lucret. IV, 571. *perit frustra. Hell.* *κληδὼν μάτην ῥέουσα* est *gloria falso divulgata* h. e. ficta re, factisque non comprobata. *Doed.*

V. 253. *εἰ τάς γ' Ἀθήνας.* Sic legendum, i. e.

εἴ γε τὰς Ἀθήνας. Perperam in membr. ut Aldus edidit, *τάς τ'* — *Brunck.* *εἰ τάς τε*, ut optimorum MSS. scripturam restituimus. Nec ratio ac sermo obstat: *κἄμοιγε* adnectitur per interrogationem, non alio sensu quam si continuet: *καὶ [εἰ] ἔμοιγε ταῦτ' οὐκ ἔστιν.* Nam „*ποῦ* non sine indignatione negat." Elmsl. ad Eur. Heracl. 371. coll. 511. Add. Oed. T. 590. Ai. 1100. Phil. 451. Aliter quidem Iacobs. ad v. 256. (263.) Erf. in marg. laudat Wakef. S. C. V. p. 109. *Doed.*

V. 254. *μόνας* non urgendum est: nihil enim indicat h. l. nisi, *prae aliis civitatibus. Erf.* Quare etiam *μόνος μεταίτιος* dicere licuit in Trach. 260. Eadem hyperbole est in *εἷς.* vid. ad vs. 559. (563.) *Doed.* — *τὸν κακούμενον.* Turnebus *κακούμενος* habet eodem errore atque in Phil. 228. Heathius *τόν γ' ἀλώμενον* coniecit; Abresch. Vit. Reisk. p. 188. *τόνδ' ἀλώμενον*: haud male: cf. Hom. Od. XVIII, 400. *Hell.*

V. 255. *οἵας τε.* Winsh. *soleat.* Anon. Anglus: *proclives.* Nondum scilicet noverant discrimen inter *οἷος* et *οἷός τε*, quod posterius semper est *δυνατός.* Nec solum consuetudo, sed etiam facultas in laude ponenda. — *ἀρκεῖν.* Bothius *ἀρχὴν.* Non video, quid vulgato insit tautologiae, nec magis, quid invenusti: quae enim nobis videtur cacophonia, non item veteribus visa est: nec desunt exempla vicinitatis infinitivorum, ut *δοκεῖν πεσεῖν*, Ai. 1078. *δοκεῖν φρονεῖν*, Aesch. Prom. 386. *Hell.*

V. 256. *κἄμοιγε.* *et*, ne longe abeam, meo ipsius exemplo experior, vanam esse illam humanitatis gloriam. *Iacobs.* *κἄμοιγε* edidimus pro *κἀμοί γε* quae scriptura recte utique foret tuenda, si eadem huius loci ratio esset, quae in Trach. 444. in *κἀμοῦ γε*,

vel in Ant. 577. Sed sensus est: *aliis licet obtigerit Atheniensium clementia, mihi quidem nunc non obtingere videtur. Doed.* Ad verba ποῦ ταῦτ' ἐστὶν Vict. „παρ' ὑμῶν δῆλον, ὅτι τοὺς Ἀθηναίους," ratione nimirum habita sequentis pronominis οἵ τινες, quod tamen pro εἴ τινες positum dixerim. Cf. Wyttenbach. Eclog. hist. pag. 405. Heind. ad Plat. IV, 12. 588. Iacobsius hic addit Aesch. Prom. 262.

Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς
Πράσσοντας.

Eurip. Androm. 184.

— — *Κακόν γε θνητοῖς τὸ νέον, ἔν τε τῷ νέῳ*
Τὸ μὴ δίκαιον ὅστις ἀνθρώπων ἔχει.

Tyrtae. III. 15. Solon. Fr. V. 27. Anthol. Vatic. p. 531. nr. 169. Xenoph. Oecon. IV, 19. Forsitan huc pertinet Livii locus XXXIV, 4. a. f. *Miserum illum virum, et q u i exoratus, et q u i non exoratus erit. Hell.*

V. 258. τό γε. γε refertur ad antec. ὄνομα μόνον, non quidem hoc corpus. *Erf.* cf. Phil. 947. De collocatione vocum vid. Erf. ad Ant. p. 285. ed. mai.

V. 260. δεδρακότα pro δεδραμένα. Sic Apoll. Rhod. IV, 156. τετμηότι θαλλῷ pro τετμημένῳ. *Musgr.* πεπονθότα, *ab invito peracta.* Talia intelligitur vix peracta (δεδρακότα) dici. *Erf.* Transferri ad res ipsas quod de personis proprie dicitur, ut sit pro ἔργα πεπονθότος μᾶλλον ἢ δεδρακότος, vidit Burtonus. *Hell.*

V. 261. χρείη. Aldus χρεῖ' ἦ. Vide notas ad priorem Oed. 555. 791. *Brunck.* εἴ — χρείη λέγειν. Non nisi invitum atque coactum de calamitatibus suis loqui potuisse Oedipum praeter ipsam rei na-

turam testantur vv. 202. (209.) seqq. et 958. (962.) seqq. Ceterum hunc et antecedentem versum transposuit Bothius. Poterat etiam verba εἴ σοι — λέγειν parenthesi includere. Aliam rationem collega meus post Winshemium amplexus est Spec. Soph. pag. 32. ut ὧν ad μητρὸς καὶ πατρὸς potius, quam ad ἔργα referretur: quam rationem Reisigius probat, ita, ut chorus non facinora Oedipi, sed nomen et genus perhorrescere dicatur. Erfurdtius ὧν ad *ΤΑ* μητρὸς καὶ πατρὸς referri, et caedem patris matrimoniumque cum matre initum intelligi vult. *Hell.*

V. 262. τοῦτ' ἐγὼ καλῶς ἔξοιδα. Scholion ad πεπονθότ' ἐστι refert, ego ad ὧν οὕνεκα, aut si malis ad ὄνομα μόνον δείσαντες. *Hell.*

V. 266. ἱκόμην ἵν' ἱκόμην. „Sic solent Graeci, quando de rebus iniucundis brevi praecidunt. Infra v. 529. (336.) εἴσ' οὕπέρ εἰσι." *Schaef.* Nubem exemplorum ad Aesch. Ag. v. 67. congessit Abresch. Animadv. T. I. p. 254. auxit Blomf. p. 159. Vestigium Romanae imitationis habes apud Cic. pro Rosc. Am. c. 47. *ut ii vincerent, qui vicerunt.* Utuntur autem veteres hic formulis tam in rebus omnino notis, quorum ingratam renovare nolunt memoriam, quam in ignotis, quae tamen copiosius enarrare non necesse habent. *Hell.*

267. ὑφ' ὧν. τὰ κακὰ, ἃ ἔπασχον, ἔπασχον ὑπ' εἰδότων; i. e. οἱ δὲ με κακὰ ποιοῦντες, εἰδότες ἐποίουν. *Iacobs.* εἰδότων. Noli filios cum Creonte intelligere, nam parum opportune iam nunc excusationi suae suorum accusationem nihil huc facientem immisceret; sed *Laium.* Is enim sciens et olim exponi Oedipum iusserat, quae huic omnis calamitatis causa extitit, et tunc, cum in trivio manus conserebant,

prior iniuriam intulerat, unde ἑκούσιον ipsius facinus; Oedipi contra ἀκούσιον, quod depulsurus iniuriam illum interfecerat. Nam ἄκων φονεύς apud iudices Athenienses non is solum iudicabatur, qui forte fortuna vel lapsu teli (sicuti Adrastus occiderat Atyn) caedis autor fuerat, sed quicunque aut excusate, fatis aperte ducentibus, aut iuste suae salutis causa et ab adversario provocatus alterum necaverat. Itaque ideo tantum deliquerat Oedipus, quod paternus iste erat sanguis; quod quia ignoraverat, bifariam excusatus Oedipus. *Doed.* ὑφ' ὧν de patre et matre intelligendum esse, qui puerum occidi iusserunt, additum εἰδότων ostendit. *Hermann.*

V. 269. ὥςπερ με κἀνεστήσαθ', *iis conditionibus, quibus me e luco reduxistis:* vid. supra v. 170. (169.) (176.) [etiam v. 159. (165.) sqq.] *Musgr.* Sic accepere Solgerus et Erfurdtius, et favet huic explicationi conquerentis animus per totam orationem: tum καὶ ad sensum cum σώσατε iungenda. vid. Seidl. ad v. 55. cf. etiam Xen. Cyrop. V, 1, 22. bis. *Hell. Excitastis* vertit Brunckius, qui videtur cogitare de iussu chori, ut Oedipus e luco excederet. Sed dicitur ἀνιστάναι etiam is, qui benigne supplicem iubet surgere, tanquam opem ei laturus. Thuc. I. 136. (quanquam initium capitis 137. esse debebat) ὁ δὲ (Admetus) ἀνίστησί τε αὐτὸν (Themistoclem) μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ υἱέος (ὥσπερ καὶ ἔχων .... ἱκέτευμα τοῦτο) καὶ ὕστερον οὐκ ἐκδίδωσι. Add. 126. III, 28. Videbatur autem sibi in fidem receptus Oedipus post illa Chori verba v. 169. (176.) οὔτοι μήποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων Ὦ γέρον ἄκοντά τις ἄξει. Nec vs. 1280. (1286.) ὧδ' ἀνέστησεν μολεῖν est: „*Huc venire me excitavit,*" sed *bono animo esse et huc meare me iussit. Doed.* Mihi placet Bothius, explicans: *erexistis,*

i. e. *solati estis, spem mihi fecistis*, ratione vv. 169. 170. (176. 177.) habita. Antithesin directam inesse putantibus favet O. T. v. 50. *Hell.*

V. 270. εἶτα τῶν θεῶν ὥραν ποιεῖσθε μηδαμῶς. Sic certissime emendo, facem praeferente Valckenario ad Herodotum p. 276. Quod librariis debemus, est depravatissimum. Aldus et membr. habent εἶτα τοὺς θεοὺς μοίραις ποιεῖσθε μηδαμῶς. B. T. cum Turnebo μοῖραν. Neutra phrasis ex indole Graecae linguae est. ὥρα curam significat. Infra 379. (386.) ὥραν ἔχειν *curam habere*: τῶν θεῶν ὥραν μηδαμῶς ποιεῖσθαι, *deos nihili facere, spernere*. [ὀλιγωρεῖν. Alciphron Epist. 27. σὺ δὲ οὐδεμίαν ὥραν ἔχεις ἐμοῦ. ubi perperam ὥραν excusum. Ex ed. rec.] εἶτα inter participium et verbum vel abundat, vel, ut hic, per *tamen* redditur. Vide Koenium ad libellum de Dialectis p. 62. *Brunck.* μοῖραν ποιεῖσθε μηδαμῶς. Locus haud dubie mendosus, quem sic forte integritati restituas:

— εἶτα τοὺς θεοὺς
Μοίρᾳ ποιεῖσθ' ἐν μηδαμῶν.

Neque, deos venerantes, ipsos postea deos nihili habeatis. Geminum est, quoad phrasin, ἐν οὐδενὸς μερίδι ἐποιήσαντο. Pausan. p. 867. nec multo diversum τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρος ποιούμενοι. Philoct. 507. [Add. Herodot. II, 172. Sch.] *Μηδαμῶν*, quae vox Herodotea est, ob propinquitatem scripturae malui prae usitatiori μηδένων. Tragicis autem poetis μηδένες et οὐδένες sunt οἱ μηδενὸς ἄξιοι: vid. Ai. 1155. (1114.) Eurip. Iph. Aul. 371. Androm. 701. *Musgr.* Vulgatam male accepit Heathius ex sententia, ut ait, Grotii: *et ne deos honorantes deinde pro diis sortem, vel fortunam, omnino habeatis, absit hoc:* quem secuti Burtonus et Vauvillersius post ποιεῖσθε

etiam commate interpungi voluerunt. Atqui verum phraseos *μοῖραν ποιεῖσθαι* sensum Camerarius iam Winshemiusque perspexere, vertens hic quidem: *et ne, dum Deos colere vos dicitis, Deos negligatis.* Musgravianis exemplis addidit Schaeferus Herodot. II, 172. *ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον.* Ipsum Musgr., ut videtur, offenderat accusativus *τοὺς θεοὺς*, de quo cf. ad v. 1005. (1007.) Schwenck ad Eum. 891. Ad sententiam comparandi v. 1364. (1370.) et 1526. (1536.) Eur. Phoen. 158. *ὦ καὶ δέδοικα, μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί*, ibique Matthiae. Virg. Aen. I, 543. *at sperate deos, memores fandi atque nefandi.* Pietatem chori, loco sacro Oedipum abigere conantis, impietatem is vocat, quum propter Apollinis oraculum, quod nihili facerent, (id quod Scholion vidit) tum propter Iovem, quem violaturi essent, tam *ξένιον*, quam *ἱκέσιον*: cuius quidem antiphraseos seu oxymori non poterant non sentire vim summam; ita, ut huc imprimis spectare crediderim illud *λόγοισιν οὐ βραχέσι* v. 287. 285. (294. 295.) *Hell.* Praestare visum est cum Reisigio genitivum *μοίρας* ex duobus MSS. adsciscere, nec tamen ita ut *μηδαμῶς* pro *μηδεμιᾶς* dictum esse putemus, cuius usus exempla iure suo desiderat Elmsleius. Simillime Herodot. IV, 138. *ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ διαφέροντές τε τὴν ψῆφον καὶ ἐόντες λόγου πρὸς βασιλῆος Ἑλληςποντίων μὲν τύραννοι κ. τ. λ.* h. e. *λόγου ἄξιοι* vel *ἐν λόγῳ. Doed.*

V. 273. *φυγὴν δέ του.* Both. *τοι* „quia *του* frigidum sit.“ Sed cum vi aliqua, ut videtur, eiusmodi encliticae praeponuntur aliquando negationi; ut *οὔτις* sit *nemo*, *τὶς οὐ haud quisquam.* Eur. Alc. 198. *οὔ ποτ' οὐ λελήσεται.* Aristoph. Avv. 800. ut Lutherus olim: *An Gott je nicht verzag!* Hom.

Iliad. I, 289. πᾶσι δὲ σημαίνειν, ἅ τιν' οὐ πείσεσθαι ὀΐω. Od. XXII, 67. Sed huc non refendi sunt loci Trach. 161. ὡς ἔτ' οὐκ ὤν, quae male vertit Brunck.: *tanquam vita defunctus*; cum sit: *tanquam amplius non victurus*; vel Phil. 1217. ἔτ' οὐδέν εἰμι, h. e. in posterum nullus sum. Vid. Seidl. ad Eur. El. 636. Quanquam haud ego negem, interdum transpositione illa non nisi metrum adiuvari; ut infra v. 1127. (1133.) et Solon. Fr. XVII, 3. in Br. Anall. T. I. p. 71. *Doed.*

V. 274. βροτῶν. Hanc vocem saepius ita addi, ad Ai. 1358. monuere Lobeck p. 414. et Erf. p. 652., qui de similibus pleonasmis egit ad Ant. p. 49. ed. min., sicut Herm. Mus. Ant. St. I. p. 206. *Hell.* Aliter Passow Mel. Crit. in Aesch. Pers. p. 47. „*Saepissime* duplex genitivus uni substantivo iungitur, sed ita, ut diversa sit ratio utriusque genitivi: Pers. 516. νυκτὸς ὄψις ἐνυπνίων nocturnus somniorum adspectus. Soph. Oed. Col. 273. 274. (280. 81.) Brunckius quidem et qui eum sequutus est, Erfurdt. ad Soph. Ai. 1345. iungunt: φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν: sed φως βροτῶν ne Graecum quidem esse contenderim. Rectam viam monstrant Scholia: μηδένα διαφυγεῖν ποτε φῶτα ἀνόσιον ἀνθρώποις. Antea de Diis Deorumque poenis loquutus erat Tragicus: nunc addit nec mortalium unquam vindictas fuga evitasse hominem impium: est enim φυγὴ φωτός fuga, quam homo capit, φυγὴ βροτῶν, qua quis se subducit hominibus, sicut in Xenoph. Cyneg. 12, 4." Schol., nisi ἀνθρώπους ibi emendaveris, nihil probat. Atqui Victor. ἐν ἀνθρώποις habet. Mihi quidem universa Passovii mei ratio nescio quomodo displicet, vel ob βροτῶν ad finem periodi reiectum, etsi oppositionem contineat, vel quia humanae vindictae mentio et commi-

natio languet quodammodo *post* divinam ultionem memorata. Ego quidem, quanquam φὼς βροτῶν nihili esse lubens concedo, tamen, cum βροτῶν adeo saepe inserviat augendo et quasi confirmando superlativo, ut propria genitivi potestas aliquantum obscuretur, neminem Graecorum offendisse puto in coniunctione οὔτις φὼς βροτῶν, h. e. *kein Mensch auf der Welt*. Hom. Od. XVII, 581.

οὐ γάρ πού τινες ὧδε καταθνητῶν ἀνθρώπων
ἀνέρες ὑβρίζοντες ἀτάσθαλα μηχανόωνται. *Doed.*

V. 275. ξὺν οἷς, nempe ἀνοσίοις. *inter quos impios ne felices confundas Athenas. Heath.* ξὺν οἷς *deorum caussa, deorum voluntatem praetexens. Erf.* Et ego ad deos referendum puto, sed ita, ut intelligatur particip. ὤν, *cum diis faciens, ab eorum partibus stans, seu voluntati eorum obsequens.* Pyrrhus ille Ennianus apud Cic. Off. I, 12. *volentibus cum magnis dis*, quippe clementer et liberaliter facturus. Sic μὴ suo loco positum adparebit, quum contra, si *praetextum* fingas, illud ante ξὺν οἷς cogitari debeat. Minus adcurate Scholiasta. Bothius interpretatur *quapropter*, eandem huic praepositioni significationem tribuens Oed. T. 657. Add. Pind. Ol. XIV, 7. Etiam Reisigius, *proinde. Hell.* — κάλυπτε *ignominia affice.* Pind. O. VII, 91. ult. fin. μὴ κρύπτε κοινὸν σπέρμα. P. IV. stroph. 7. αἰδῶ καλύψαι. Aristides: οὗτοι φύσει καὶ δυνάμει διενέγκοντες τοὺς πρὸ αὐτῶν ἀπέκρυψαν, tom. II. p. 5. *Musgr.* Vid. eundem ad El. 879. Add. Aesch. Coeph. 50. Apoll. Rhod. I, 1292. Toup. Cur. nov. in Suid. p. 270. Sed imprimis Bremi ad Aeschin. Or. Tom. I. p. 195. „ἐγκαλύπτεσθαι, *faciem obtegere* . . . Idem faciebant quos alicuius facti pudebat. Hinc tropica significatio, *pudore affici*, quae obtinet cap. 30. τὰ

γε δὴ καταγέλαστα παντελῶς ἐφ' οἷς οἱ συμπρέσβεις ἐνεκαλύψαντο. ubi Schol. explicat: τὰ πρόσωπα ἐκάλυψαν ὑπ' αἰσχύνης. *Doed.*

V. 276. ὑπηρετῶν vid. supra 105. *Hell.*

V. 277. ἐχέγγυον. Coniungo cum ἔλαβες· ὥσπερ ἔλαβες ἐχέγγυον, *quemadmodum invenisti me tutum,* praesidio sc. Eumenidum. Nescio interea, annon melius conveniret ἐπέγγυον, *quemadmodum me fide tua data accepisti. Musgr.* ἐχέγγυον. ἀληθῆ, οὐδὲν ψευδόμενον. nisi potius sic: ἐχέγγυος est *tutus*, ut ap. Stob. Ecl. Tom. I. p. 126. οὐδεὶς παρανομῶν εἰς θεοὺς ἐχέγγυος. Additum est igitur ἐχέγγυον ad ὥσπερ ad explendum sensum: sicut me recepisti, tutam hic sedem mihi fore pollicitus. *Iacobs.* Prius quidem vult Elmsleius ad Med. 387. laudans Hesychium. Posteriorem significatum non admittit Reisigius, coniiciens ἐχέγγυος, in eandem sententiam dictum, qua supra v. 276. exstat. *Hell.*

V. 279. τὸ δυςπρόςωπον, scribere potuit τὸ δυςπρόςοπτον, ut El. 460.

πέμψαι τάδ' αὐτῇ δυςπρόςοπτ' ὀνείρατα. *Brunck.*

Nunc et Codd. aliquot addicunt. Adde quod εὐπρόςωπος active potius dicit noster in Ai. 998. *Doed.*

V. 280. ἱερός. Victor. „*magnus.* Plut. 757: καίτοι μέγαν τινὲς οἴονται τὸ ἱερὸν, καθάπερ ὀστοῦν ἱερὸν τὸ μέγα· καὶ τὴν ἐπιληψίαν μεγάλην νόσον οὖσαν ἱερὰν καλοῦσιν.“ Sed nec haec, nec Schol. interpretatio καθαρός proba; nam ὅσιος est *sanctus,* ἱερὸς *sacer,* diis traditus, opp. βέβηλος. *Doed.*

V. 281. ὅταν δ' ὁ κύριος. In hac nostra scriptura sociantur, qui primo obtutu dissociabiles vi-

dentur, articulus definitus et indefinitus. Sed exempla vid. ap. Abresch. Anim. ad Aesch. (Pers. 262.) qui cft. Oed. T. 879. Eur. El. 103. et alia quaedam, quae aliena sunt. Maxime huc pertinet Oed. T. 107. *ἐπιστέλλει σαφῶς τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν τινας*, ubi cum *τινα* ex Suida recepissent Schaef. et Erf. nuper adnotavit Hermannus: „Indicat eo nomine Creon, incertum esse, qui sint illi, qui occiderint Laium.“ Eadem ratio est in Ant. 252. *ἄσημος ὁ ὐ ρ γ ά τ η ς τ ι ς ἦν.* Recte enim tum demum *ὁ* et *τὶς* eidem nomini iunguntur, cum extare quidem aliquid scimus, sed ubi id sit, quid sit, quo nomine sit adpellandum, quale denique sit, nescimus. Itaque idem fere est, ac si dicatur *ὁ κύριος, ὅστις ποτ' ἐστίν.* Eodem fere modo *πᾶς τις* intelligendum, nec plane absona sunt, quae Herm. ad Vig. p. 701. tetigit. Quin Latini, quanquam articuli utriusvis usu destituti, simile quid habent. Plaut. Epid. II, 3, 7.

Sed me una turbat res ratioque; Apoecidi
Quam ostendam fidicinem *aliquam* conducticiam.

quem locum Balbach. in Obss. critt. (Erlang. 1822.) p. 20. recte explicat: „quam unam fidicinem ex iis multis, quae conduci possunt.“ *Doed.*

V. 282. Interpungo post *ἐστὶν*, ut *κύριος* cum *ἡγεμὼν* connectatur. *Musgr.*

V. 283. 84. *τὰ δὲ μεταξὺ τούτου.* Quamquam adverbiis etiam *τὰ* interdum pro *τὸ* additur, ut Herodot. IX, 26. med. *τὰ ἔμπαλιν*, tamen hic esse puto: *κατὰ τὰ μεταξὺ ὄντα. Hell.* „Proprie *μεταξὺ* duos genitivos adiunctos habet, qui diversas res designant, intervallo aliquo diremtos. Sed ex his nonnunquam una tantum diserte memoratur, altera facilis intel-

lectu supprimitur. Sic Soph. Oed. Col. 284. (291.) . . . . τούτου ad hoc alterum solum refertur.“ *Matthiae* ad Eur. Hec. 435.

V. 284. κακὸς *infestus mihi. Erf.*

V. 285. ταρβεῖν *revereri* ut Hom. Od. XVIII, 391. *Doed.*

V. 286. πολλή 'στ' ἀνάγκη. Sic Suidas in ταρβεῖν, quod alibi φοβεῖσθαι significat; hic vero τιμᾶν. Membr. et Aldus, πολλή τ' ἀνάγκη, quod accipiendum esset pro πολλή τοι. In B. T. πολλή γ' ἀνάγκη. *Brunck.* Secuti sumus Hermannum ad Trach. 294. Caeterum conf. Elmsl. ad Eur. Med. p. 231. Valck. ad Eur. Phoen. p. 560.

V. 287. ὠνόμασται *enunciatur.* vid. ad Eur. Iph. Aul. 1068. *Musgr.* — Βραχέσι gl. εὐτελέσι. Huius significationis duo exempla suppeditat Reiskii index in Demosthenem [Ἕνεκα κέρδους βραχέος et ἐκ βραχείας οὐσίας]. *Brunck.* ὀνομάζειν est *polliceri.* Seidl. ad Eur. El. 33. Nisi hic potius sensus inest: τἀνθυμήματα οὐ βραχέσι τοῖς ὀνόμασι λέλεκται, non levibus verbis usus es in oratione tua, quoniam ἱερόν te ipsum appellavisti (v. 280.) *Doed.* cf. ad 270. Winshemius: *verbis non paucis*, quocum videtur consentire Elmsleius comparans μακρὰν γὰρ ἐξέτεινας ap. Aesch. Ag. 925. „licet Clytaemnestrae oratio longior sit quam Oedipi.“

V. 288. ἄνακτας. De solo Theseo intelligendum, quoniam nonnisi huius mentionem et 281. (288.) et statim 291. (296.) facit Oedipus — ταῦτα. Frustra Iohns. ταὐτὰ coniecit. — δεδιδέναι negligentius reddidere Winsh. et Brunck. per *declarari*, quod structura verborum non patitur. *Hell.*

V. 289. De participio κραίνων cum genitivo egit Wakefield ad Trach. v. 127. *Hell.*

V. 290. πατρῷον ἄστυ γῆς. *caput huius terrae, quod iam patres eius tenuerant.* Vid. ad 69. *Doed.* Aut per hypallagen potius longe frequentissimam dictum pro πατρῴας ἄστυ γῆς. *Hell.*

V. 291. στελῶν. vid. Brunck. ad O. T. 434. et Musgr. ad Phil. 244.

V. 293. κἀπόνως ἐλθεῖν πέλας. Malim κἀόκνως, i. e. καὶ ἀόκνως, nisi forte ἀπόνως idem valeat. *Musgr.* Nos κἀπόνως τε ex utraque scriptura conflavimus; creberrime enim, ubi καὶ cum τε vel δὲ iungitur, librarii alterum utrum omiserunt, abundare rati. Sensus est: *Putasne regem non venturum solum, sed etiam haud gravate venturum esse?* Quippe veretur Oedipus, ne, si minus libenter advenerit Theseus, etiam aures minus praebiturus sit propitias. Vocis ἀπόνως potestas qua vindicta opus habeat, non intelligo, nisi forte hoc offendit viros doctissimos, quod *subiective* potius quam *obiective* accipienda sit. Id si sit incredibile, corrigam MS. Vat. vestigia legens κἀμπόνως τ' ἐλθεῖν, *venturumque esse, quanquam molestum est.* Denique καὶ — τε damnatum illud a Popp. in Obss. ad Thuc. p. 135. et Reisig. in Coniectan. T. I. p. 212. satis vindicavit Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 144. Omisit Poppo l. l. Thuc. V, 115. qui locus sic est interpungendus: εἷλον δὲ καὶ οἱ Μήλιοι τῶν Ἀθηναίων τοῦ περιτειχίσματος τὸ κατὰ τὴν ἀγορὰν προςβαλόντες νυκτός, καὶ ἄνδρας τε ἀπέκτειναν· καὶ ἐςενεγκάμενοι . . . ἡσύχαζον, h. e. *et viros etiam necaverunt.* Similiter Latini *et — etiam* coniunxerunt; vid. Bremi ad Suet. Caes. 76. [Ruhnk. ad Vell. I, 17. Cic. Legg. III, 2, 4. Quinctil. X, 1, 125. *Frotscher.*] αὐτὸν ὥςτ' ἐλθεῖν Elmsleius, ἄοντ' ἐλθεῖν Reisigius coniecerunt. *Doed.*

V. 294. cf. ad v. 65. *Hell.*

V. 295. ἔπος *rem* interpretatur Bothius ad O. T. p. 75. Non necesse videtur. *Hell.*

V. 296. μακρὰ κέλευθος. Dicendum erat μακρὰ, quia decem stadiis locus aberat ab Athenis. Sensus autem hic inest: Chorus his verbis excusat, quod nondum redierit nuncius a rege, simul autem iis caussa sequentium πολλὰ etc. continetur. Atque ea ipsa, quae sequuntur, ideo dici poterant, quia chorus ipse partem se viatorum considerat. Alii itaque peregrinantes pariter, atque ipse, nosse poterant, hospitem, qui adsit, esse Oedipum. *Erf.* Verumtamen excusatione vix opus fuit, quum Oedipus non questus fuisset de tarditate, sed dubius tantum atque suspensus esset, utrum quisquam Theseo nunciasset, se esse infelicem illum advenam: perrexerat enim ad regem speculator, nondum audito Thebanorum principis nomine. Chori igitur consilio confirmandi sollicitum senis animum longe magis favet Musgraviana emendatio μικρὰ, (vid ad v. 15.) a Bothio propterea quoque in textum recepta, quod Brunckius ad 616. (620.) docuerat, utramque vocem a librariis saepius esse confusam. Tum autem in hanc fere sententiam consolaretur Oedipum chorus: *Bono sis animo! Haud longum est iter, multique viatores perpetuo ultro citroque discurrunt, ita ut fieri nequeat, quin speculatorem mox alius super alium insequatur nuncius, regi omnia adcuratius explicaturus.* Adde, quod remotiori loco frequentior etiam videri potest, qui prope ab urbe absit. Ceterum Bothius de illo itinere, quo inter se distarent Athenarum Thebarumque urbes, cogitat, ac τῶν ἐκεῖνος ἄλων ad quotidianos viatorum sermones

refert. Quid autem hi ad regem delaturi erant? Oedipi fata in universum? Enimvero ea Theseus olim iam comperta se habuisse testatur v. 551. nam id verba ἔν τε τῷ πάρος χρόνῳ significant, praesertim si v. 597. contuleris, ubi Oedipus casus suos per totam Graeciam divulgatos esse dicit, quod vix intra breve temporis spatium fieri poterat. Igitur ita statuendum erit, ut viatores illi adnunciasse regi putentur, Athenas Oedipum iter instituisse, et iam in via esse: quo nuncio Theseum ita praeparatum fuisse, ut, simulac de supplicis cuiusdam adventu audivisset, statim de illustri Cadmeorum exsule cogitaverit. Quae ut per se subtiliora videntur, ita, si totius loci nexum cum antecedentibus adcuratius perpenderis, non poteris non eam, quae ab Colono ad urbem durat, viam intelligere. Ad alteram illam designandam significantius aliquid addi necesse erat. Verumtamen negat Reisigius (Enarr. p. XXVIII.) μικρά dici posse pro βραχεῖα: nihil igitur mutare ausim. *Hell.*

V. 298. πάρεστι Wakef. Silv. Crit. II. p. 148. Mox idem παντός.

V. 299. 300. καὶ βραδὺς ἕρπει. Scripti et impressi libri, καὶ βραδὺς εὕδει, quod longe ineptissimum est. Quis enim vel βραδὺς vel ταχὺς dormit? Hoc docere debebat nugator ille, qui vulgatam lectionem defendit; non vero exemplis probare, quod cuivis notissimum est, *dormientem quempiam e somno excitari posse.* Nec mihi soli istud εὕδει alienum visum est. Idem de eo sensisse video generosum apud Batavos virum, ingenii et doctrinae laude florentissimum, Ericum Hubertum van Eldik, qui alia coniectura, eaque non minus probabili, librarii

errorem corrigit, καὶ βραδὺς σπεύδει. Glossa εἰ ἀναπαυόμενος βραδύνει. *Brunck.* εὕδει omnes libri tuentur. Brunckius ex coniectura dedit ἕρπει, εὕδει proprie intelligens. Sed metaphorice intelligendum de homine otioso, qui animum habet ab omnibus curis laxatum. Oed. R. v. 65. ὥςτ' οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ' ἐξεγείρετε. ubi optime Scholiastes: οὐκ ἀμέριμνόν με ὄντα παρακαλεῖτε φροντίζειν. Tympan. Fragm. I. πυκνῆς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί. Grotius *curis solutus.* Ceterum recte comparabis βραδὺς εὕδει et ὕπνῳ εὕδονται: quo minus ὕπνῳ in ὕπνου mutari debebat, cui mutationi recte opponas etiam ex Oedip. C. v. 1614. (1625.) φόβῳ δείσαντας, et e Phil. v. 225. ὄκνῳ δείσαντας. *Schaefer.* Quod V. S. vulgatae lectioni vocato in comparationem prioris Oedipi versu 65. patrocinatur, non prorsus eadem utriusque loci ratio atque natura mihi videtur. Ibi enim εὕδειν in universum denotat ingenium moresque hominis inertis, oscitantis, de officio suo parum solliciti; simulque summum patriae discrimen calamitatisque publicae magnitudo gravius ibi patitur vocabulum. At nostro quidem loco, qui audito de peregrini alicuius adventu paullo tardior est, vix veterni crimen potest subire. Quod insuper crimen ibi magis regem a se propulsare, quam hic senes in regem conferre decebat. Accedit, quod adiunctum βραδὺς displicere debet, quum, ut Brunckius vidit, alacriter dormire nemo possit: pro quo Wakefieldius l. c. scribi iussit βαθὺς; sed manet ista metaphorae duritia, quam etsi agnoscit Hermannus, nihil tamen invitis libris mutandum censet. Equidem a Sophocle profectum esse εὕδει vix mihi persuadere possum. Brunckianum ἕρπει praetulerim Eldikiano βραδὺς σπεύδει, cuius proverbialis locutionis acumen ab ingenio huius loci alienius duco. Melius utroque

Seidlerus καὶ βραδὺς ἔρδει, etiamsi tardius initio egerit. ἔρδειν infra 1068. (1074.) et El. 85. Num forte reperiri possit, quod indicet: *etiamsi vel maxime sit occupatus?* Tale enim quiddam desiderari Erf. arbitratur. *Hell.* Gl. Vict. εὑδήσει, ἡσυχάσει. Si quid mutandum, legam equidem: ὥστε καὶ βραδύς, ἢ εὕδει per synizesin, ut in ἢ οἰχόμεσθα, in μὴ εὕρω, et ni fallor in Fr. Acris. ap. Stob. Serm. VIII. in ἢ ὑλακτῶ μάτην; Fortasse idem ἢ in Ai. 1088. excidit ante verba: οὐκ αὐτὸς ἐξέπλευσεν; — Pro ταχὺς Bothius, homoeoteleuto offensus, dedit τάχος. *Doed.*

V. 302. Ad sententiam cf. Eur. Med. 85. 86. Ter. Andr. II, 5, 16. *Hell.*

V. 303. ποῖ φρενῶν ἔλθω; quid putem? *Musgr.* cf. supra v. 160. (170.) et Trach. 705. ποῖ γνώμης πέσω. *Hell.*

V. 305. Αἰτναίας. Interpretandum *grandis*, ut bene grammatici veteres. Unde enim Antigonae tanta equorum scientia, ut equum illum Siculum fuisse statim intelligeret? Neque prorsus inepte magnitudo equi commemoratur, quae puellae nihil tale speranti terroris aliquid cum admiratione coniunctum incutere omnino debuit. *Musgr.* Idem Hesychius vult s. v. κάνθαρος Αἰτναῖος. cf. Iacobs Exercit. I. p. 159. Etiam Scholion Vict. αἰτναῖος, ὁ μέγας, διὸ καὶ τὸ ὄρος μέγα. A monte Parnasso eandem loquendi rationem accepisse Graecos memorat Burtonus, laudans Phavorinum s. v. Παρνάσσιοι, et Com. Ach. 347. Erfurdtii nota haec est: „Αἰτναίας i. e. Siculi, atque hinc omnino proceri, quia Siculi equi in procerissimis habebantur.“ Optime Reisigius *equa vectam* v e l o c i s s i m a.

V. 306. ἡλιοστερὴς κυνῆ πρόςωπα Θεσσαλίς μιν ἀμ-

πέχει. ὅ ἐστι, σκέπει τὴν αὐτῆς κεφαλὴν κυνῆ σκιάζουσα τὸν ἥλιον, ὡς μὴ κατακαίειν τὸ πρόςωπον. Eustathius p. 803. ubi perperam μιν legit, quod Tragicis inusitatum. *Brunck.* In margine libri Erfurdtiani ἡλιοστεγής. Offenderat fortasse auctorem huius coniecturae, quod στέρεσθαι h. l. dicitur, qui molesta aliqua re, quales sunt solis calores, liberatur. Verum et Romani *privare exsilio, dolore, iniuria,* sicut vicissim Horatius *vitiis instructior.* Ad κυνῆν ἡλιοστερῆ vid. Bentlei. ad Call. Fr. CXXIV. et Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 344. Camerarius pro *petaso* accipit, Reisigius pro *galero,* „cuius umbra nimirum Antigonae obstabat lumini, quin sororem statim posset agnoscere." gl. Vict. περικεφαλαία, ἀγροικῶν φόρημα. In Fr. Inach. VIII. Ἀρκὰς κυνῆ memoratur. *Hell.*

V. 307. πρόςωπα pro singulari, ut Eur. Troad. 835. ex quo usu, ni fallor, heterocliton προςώπατα fontem duxit. *Doed.* νιν. De duplici accusativo uberius egit Matthiae ad Eur. Hec. 795.

V. 308. τί φῶ; Elmsleius τί φημί; corrigit, coll. Oed. T. 1471. Trach. 876. ut paulo post τάλαινα locum habere possit; speciose. Herm. ad Oed. T. 1458. τί φημί; edidit: „ecquid dico?" *Doed.*

V. 309. ἢ γνώμῃ. Ita ed. Ald. probante Heathio. Ed. Steph. γνώμῃ, cum iota subscripto. Mihi neutrum satisfacit. Si πλανᾶν *vagari, errare,* idem sc. quod πλανᾶσθαι significaret, ut amat certe Sophocles, aliis inusitata, verba activa: vid. ad v. 132. (134.): hoc, inquam, si certo exemplo constaret, ecquis non protinus legeret: ἡ γνώμη πλανᾷ, *mens* mihi *vacillat,* vel *titubat?* Nec tamen spernendum putem ἢ γνώμην πλανᾷ, profecto mihi mentem

huc illuc aestuare facit. *Musgr.* Bothius: ἆ γνώμης πλάνῃ; καὶ φημὶ κἀπόφημι; Supple potius τινὰ (h. e. ἐμέ, ut v. 170.) vel ipsum hoc ἐμέ. *Hell.*

V. 511. τάλαιν'. Sic Hermannus ad Eur. Hec. p. 73. ut respondeat antec. τί φῶ. Idem Vauvillersio visum erat. Ceterum recte Brunck. *perii.* Quo minus enim ad Ismenen hanc exclamationem conversam putem, ut sit aut *temeraria*, aut *misera*, aut, quod Reisigius vult, *die gute*, obstant loci Seidlero laudati ad Eur. El. v. 1215. *Hell.*

V. 512. ἀπ' ὀμμάτων. gl. v. πόῤῥωθεν. Passovius ad Mus. p. 179. praepositionem pleonastice addi contendens, utrum cum φαιδρὰ, an cum σαίνει iunctum velit genitivum ὀμμάτων, non liquet. *Hell.* ἀπ' ὀμμάτων i. q. ὄμμασιν, *oculorum nutu.* nam ἀπὸ instrumentum significat, quo aliquid fiat. cf. Matth. Gr. p. 543. Nec vero de superciliorum solorum nutu, sed de capitis simul nutatione cogitandum. *Doed.*

V. 513. προστείχουσα. Wakefieldius Silv. Crit. I. p. 48. coniecit προςμειδοῦσα. Voluit scilicet προςμειδῶσα.

V. 514. δῆλον. An adverbialiter accipiendum? σημαίνει δῆλον, *clare, manifesto indicat.* Alioquin sententiam turbare videtur. *Musgr.* Similiter Brunckius: *manifestum facit.* Quidni: *indicat manifesto, revera esse Ismenes caput?* Winshemius vertit: *clarum Ismenes caput?* quod aliorsum trahi possit. Reisigius: *Ismenens lebendiges Haupt.* Malim *leibhaftiges.* Bothius δειλὸν dedit ex arbitrio. Si quid mutandum esset, ἐστ' ἀδελφὸν reponeret Iacobsius. *Hell.* μόνης Ἰσμήνης h. e. οὐκ ἄλλης ἢ Ἰσμήνης. ut in Trach. 775.

ὁ δ' οὐδὲν εἰδὼς δύςμορος τὸ σὸν μόνης
δώρημ' ἔλεξεν ὥςπερ ἦν ἐσταλμένον. *Doed.*

V. 315. ἐμὴν δ'. Particulam δὲ, omisso in priore membro μὲν etiam ita poni, si eadem persona duplici respectu commemoretur, multis exemplis probat Elmsl. ad Med. v. 940. Paulo aliter Latini, e. gr. Tac. Ann. I, 57. de Thusnelda: *uxor Arminii eademque filia Segestis. Doed.*

V. 318. προςφώνημαθ'. cf. v. 887. (891.) recte Solgerus explicat de eo, quem quis adloquitur. Exemplis ab eo et Reisigio, *nomina* vertente, citatis addi potest φθέγμα tam infra v. 859. (863.) quam El. 1225. *Hell.*

V. 319. λύπῃ, ob tristitiam; lacrimis sc. obortis. *Iacobs.* μόλις. Eur. Phoen. 521. μόλις φανείς. *Hell.*

V. 320. ἥκεις. *da bist du!* Elmsl. ad Heracl. 941. ὦ μῖσος, ἥκεις. „Ita sine interrogatione haec legi possunt et fortasse rectius." Idem fecit Wolfius in Hom. Od. XVI, 461. Calculum adiicit Latinorum alloquium: *Teneo te* (vid. Brem. ad Suet. Caes. 59. coll. Ruhnk. ad Ter. Heaut. II, 4, 27.) quoniam non facile *Teneone te?* invenies. Incuria interrogationis signum in textu reliquimus, quanquam non omnino illud damnandum. *Doed.*

V. 321. ὦ σπέρμ' ὅμαιμον. Speciose Buttm. ap. Both. haec verba tribuit Antigonae; credo, ne Antigone muta videatur sorori adventanti. Sed vereor ne id ex nostrae magis quam ex antiquae tragoediae ratione ita iudicatum fuerit. Nam Sophocles etiamsi ternarum personarum instituisse dicatur sermonem, (Aristot. Poet. IV, 16.) tamen veteris dialogorum

simplicitatis est retinentissimus. Nec languet iteratum Oedipi nomen: etenim ὦ τέκνον, ἥκεις, postquam cum laetitia effatus erat, mox subit recordatio malorum suorum, qua et filiam eandem et sororem appellandam esse meminit. *Doed.* Oedipo illa verba vindicat concinnitas; ei enim per totam versuum seriem prior senarii pars tribuitur. Accedit, quod is nullam fere praetermittit occasionem, quin abominandum cognationis vinculum in medium proferat. *Hell.*

V. 324. ὦ τῆςδε κἀμοῦ — Patris querelam intercipit Ismene, ipsiusque et sororis miseriae comitem se adiungens, sententiam absolvit, δυςμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης. Absurdissime vulgo Oedipus interrogat ἢ τῆςδε κἀμοῦ; respondente Ismene δυςμόρου δ' ἐμοῦ τρίτης. Egregiam Marklandi emendationem recepi, quem vide in Explicationibus Supplicibus subiectis p. 147. extrema. Aldus et membr. δυςμόρου δ' ἐμῆς τρίτης. *Brunck.* ἐμοῦ τρίτης. Regitur a θιγγάνω, si scholiastae fides. Sed merito Marklandus (in Appendice ad Eur. Suppl.) sententiam, quae inde efficitur, perabsurdam iudicat. Ipse emendandum censet: ὦ τῆςδε κἀμοῦ, o hancce et me. Mihi hoc subfrigidum videtur, ut suspicer, potius turbatum esse versuum ordinem, quem sic restituo:

ΙΣ. ὦ πάτερ δύςμοιρ' ὁρᾷν
ΟΙ. Τέκνον, πέφηνας; *ΙΣ.* Οὐκ ἄνευ μόχθου γέ μοι.
ΟΙ. Πρόςψαυσον, ὦ παῖ. *ΙΣ.* Θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ.
ΟΙ. Ὦ σπέρμ' ὅμαιμον. *ΙΣ.* Ὦ δυςάθλιαι τροφαί.
ΟΙ. Ἦ τῆςδε κἀμοῦ; *ΙΣ.* Δυςμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης.

Postquam Ismene, utrumque amplectens, θιγγάνω δυοῖν dixisset, commodissime sequi videtur σπέρμ' ὅμαιμον ab Oedipo pariter de reliquis duobus dictum. — δυςάθλιαι τροφαί infelix vivendi ratio. cf. ad Ai. 499. *Musgr.* Ingeniosam sane transpositionem il-

lam probant Bothius et Erf. in marg. Nos exclamationem statuimus (nisi forte cogitatione addens δυςμόροιν aposiopesin explere malis), ut in illo φεῦ τῆς ἀνοίας! Et δυςμόρου δ' ἐμοῦ ob id restiduendum fuit. Nam quum se ipsum Oedipus Antigonenque miserorum nomine complectatur, Ismene paene indignabunda tamquam expers iudicata sit sortis paternae et infortunii communione, se quoque addi iubet. cf. ad v. 588. (592.) Ceterum ἦ lenius in αἶ vel αἶ quam in ὦ vel in φεῦ (quae est Iacobsii coniectura Spec. Emend. p. 28.) mutares, si αἶ semel positum usquam legeretur. Vid. Herm. ad Ai. 363. *Doed.*

V. 325. προμηθίᾳ. Hanc formam prae altera προμηθείᾳ, minus usitatam esse Atticis, observat Schaeferus Mel. Crit. p. 42. *Hell.*

V. 326. πόθοισι, propter videndi mei desiderium. *Musgr.* Responsum Ismenes nondum satisfecerat Oedipo: poterat esse cura patris in universum, quae ex amore ac desiderio proficisceretur: hoc ille resciscit, suspicans iam tunc, ut videtur, novam aliquam accidisse calamitatem, quam illa nunciatura venisset. *Hell.*

V. 326. λόγων. Postulare hoc videbatur constructio, a Turnebianae margine suppeditatum. Vulgo λόγοις. *Musgr.*

V. 327. οἰκετῶν. Famulus Ismenae comes eo maxime consilio inducitur, ut habeat virgo cuius iuvetur tibia. Vid. Genelli Theater von Athen. *Doed.*

V. 328. ποῦ. Male vulgo ποῖ. Subauditur verbum εἰσί, sunt. [cf. Pors. ad Eur. Orest. 73.] οἱ δὲ αὐθόμαιμοι νεανίαι ποῦ εἰσὶ τοῦ πονεῖν. [cf. Schol. et

gl. LA. *ποῦ τοῦ πονεῖν*] Id est, *ἐν ποίῳ εἰσίν, τί πονοῦσιν; Brunck.* Haecce paraphrasis ita intelligi possit, quasi Oedipus curam aliquam filiorum gerat, quod secus est: adcuratius igitur ex Brunckii mente locum ita interpretatur Iacobsius: *quid fratres tui agunt, iuvenes et robusti, quibusque eiusmodi negotium multo magis conveniat? quonam labore prohibentur?* Idem tamen merito dubitat, an sic, praesertim in casu obliquo, reperiatur post verba omisso articulo infinitivus. Hoc in causa videtur fuisse, ut Canterus *πονεῖν* mutatum vellet in *τὸ νῦν*, Iohnsonus autem *πόνων* (Ed. Glasg. perperam *πονῶν*) coniiceret, cui adstipulantur Reiskius, Wakefieldius S. Crit. 4, 8. et Spaldingius apud Bothium, quibus Erf. in marg. opponit Oed. T. 1169. Eur. Or. 1479. Heathius iunxerat *νεανίαι πονεῖν*, iuvenes laboribus apti. Musgr. eandem structuram aliter interpretatur. „Distinguo, ait,

οἱ δ' αὐθόμαιμοι, ποῖ, νεανίαι πονεῖν;

ubi autem fratres tui, strenui illi et gnavi ad laborandum? Ironice hoc dictum esse quis non statim intellexerit? De filiabus contra vere et ex animo Oedipus v. 1453. (1362.) (1368.)

αἵδ' ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, εἰς τὸ ξυμπονεῖν."

Quum abruptiorem ita reddi orationem, tum ironiam, paullo infra fortasse tolerandam, ab hoc quidem loco alienam esse, facile patet. Sensus sine dubio hic est: *ubi sunt, ut laborare pro me possint, quod nunc vos, o puellae, facitis.* vid. v. 335. (342.) 337. (344.) et 1362. (1368.) Nec aliter Eur. Or. 1479:

ποῦ δῆτ' ἀμύνειν οἱ κατὰ στέγας Φρύγες;

Consentit mecum Matthiae. Winshemii versionem:

fratres adolescentes odiosi ubinam sunt? non adsequor. Reisigius infinitivum ex notionis intellectu ἔβησαν pendere vult. *Hell.* Quisquis est sensus, ποῦ Brunckianum non praestat vulgato ποῖ; non audacius enim omittitur ἥκουσιν quam εἰσίν, ut nos: *wo sind sie hingegangen?* ut in Aesch. Coeph. 882. ποῖ Κλυταιμνήστρα; τί δρᾷ; ποῖ πονεῖν pro ποῖ τοῦ πονεῖν cum per se durum est, tum praesertim, quia salvo metro ποῖ πόνων scribi poterat, ut Eur. Iph. T. 1016. Πυλάδης δ' ὅδ' ἡμῖν ποῦ τετάξεται πόνου; Proxime a vero absunt Heathius et Musgravius, πονεῖν cum νεανίαι coniungentes, ut Plat. Phaedr. p. 229. B. — καθίζεσθαι; nisi quod ego νεανίας non *aetatis* (nam et ipsa Ismene *iuvenis* erat), sed *sexus* indicandi causa vocari puto, ut in Herodot. I, 61. coll. VII, 99. παιδὸς ὑπάρχοντος νεηνίεω. IX, 111. ἐκ τῆς μοι παῖδες, νεηνίαι τέ εἰσι τρεῖς, καὶ θυγατέρες. Hoc igitur dicit: Cur tu potissimum ades virgo? quonam enim fratres evaserunt? quibus, utpote masculae proli, prae te conveniebat patris curam suscipere. *Doed.* Cf. Reisigium.

V. 329. εἴσ' οὗπέρ εἰσι. cf. ad v. 266. (273.) *Hell.* τἂν κείνοις. τἀκείνοις si Brunckius per schema Colophonium dictum putavit, suppl. πράγματα, audacior iste dativorum usus, ut in melicis rarus (vid. Matth. Gr. p. 527.) ita in senariis prorsus, quod sciam, insolitus est; neque enim ii dativi huc debent referri, qui aut cum verbo ipso aut cum substantivo verbali construuntur. Sin ita explicari voluit, ut part. ὄντα suppleretur, ne sic quidem proficitur; quis enim unquam dixit τὰ ἐμοὶ ὄντα pro τὰ ἐμὰ πράγματα potius quam pro τὰ ἐμὰ χρήματα? Aldina scriptura a Reisigio restituta satis quidem proba per se est, sed corrupta Codd. lectio. τἀκείνοις, quoniam

ex *δ' ἐν κείνοις* nasci vix potuit, eo ducit, ut *τἀν κείνοις* coll. 564. cum Schaefero pro vera scriptura habeamus. Wakefieldius S. C. IV. p. 81. Aldinae lectioni favet; Bothius: *δεινὰ δ' ἐγκονοῦσι νῦν. Doed.*

V. 330. *τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις.* Vide praeter Scholiasten et Nymphodorum, ab eo citatum, Herodot. II, 35. *Musgr.* Idem in Ind. p. 429. b. „De Aegyptiorum institutis, quae tangit h. l. poeta, vide dissert. Dorice scriptam de Turpi et Honesto in Galei Opusc. Mythol." Fratres autem moribus Aegyptiorum similes dicuntur, homines quidem rebus. Latina exempla pridem congessit Heusingerus ad Cic. Off. I, 22. Addere possis Liv. XXVII, 25. Hor. Od. III, 5. v. 47. Od. 24. v. 1. 2. Prop. III, 9, 51. E Graecis praeter v. 164. (171.) et 1135. (1141.) in promtu sunt: Eur. Hec. 337, 38. *ὥςτ' ἀηδόνος στόμα φθογγὰς ἱεῖσα* (Polyxena). Thuc. I, 110. *Αἴγυπτος — ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένετο, πλὴν Ἀμυρταίου.* IV, 92. *ὧν χρὴ μνησθέντας ἡμᾶς, τούς τε πρεςβυτέρους ὁμοιωθῆναι τοῖς πρὶν ἔργοις, τούς τε.* cf. v. 105. *Hell.*

V. 333. *σύννομοι.* Schol. V. *ὡς μετέσχισται τοῦ αὐτοῦ βίου καὶ τῆς αὐτῆς νομῆς. Τοῦτο δὲ ὡς ἐπὶ ὀρνέως. Λέγει δὲ τοῦτο ὁ ἔποψ πρὸς ἀηδόνα.* Respexit hic Schol. ad Aristoph. Av. 209. *ἄγε σύννομέ μοι.* Pro *μετέσχισται* e Schol. Aristoph. et Suida corrige *μετέχουσαι. Seidl.*

V. 334. *τἄξω.* Aesch. Sept. 184. 185. *μὴ γυνὴ βουλευέτω τἄξωθεν.* Erf. in marg. citat Eur. Ion. 1493. *Hell.*

V. 335. *σφῷν* dicit Oedipus, intelligens duplicem liberorum sexum: *ex vobis utrisque. Seidler.*

Blomfield. Gloss. ad Aesch. Prom. p. 102. „σφῷν monosyllabice Attici pro ὑμῖν dicebant, et νῷν pro ἡμῖν, quod monuerat Dawes. M. Cr. p. 268. Pierson ad Moer. p. 500. Valck. ad Phoen. 463.“ Adde nunc Buttmann. Lexil. p. 51.

V. 338. ὑπερπονεῖτον. gl. Vict. ὑπὲρ, ἄγαν. Vide an potius construendum sit, κακὰ ἐμὰ πονεῖτον ὑπὲρ (ἐμοῦ) δυστήνου. Id facere debuissent filii, itaque additur ἀντ' ἐκείνων. *Hell.*

V. 340. πλανωμένη. Wakefieldius vult πονουμένη. Si πλανωμένη et ἀλωμένη v. 342. (349.) in hac vicinia ferri non possent, multo pronius foret corrigere νηλίπους τ' ἀτωμένη. *Iacobs.*

V. 342. νηλίπους τ' ἀλωμένη. In B. ἀνηλίπους τ' ἀλωμένη. In T. ἀνηλίπους τ' ἀλομένη. Veram lectionem esse credo ἀνήλιπός τ' ἀλωμένη et ita edidisse vellem. Hanc formam agnoscunt grammatici omnes: etymon vero accuratissime tradidit Theocriti enarrator ad Id. IV, 55. *ΑΝΑΛΙΠΟΣ.* ἤγουν ἀνυπόδητος. ἦλιψ γὰρ τὸ ὑπόδημα, παρὰ τὸ ἐλίσσειν τὸν πόδα, ἐξ οὗ καὶ πέδιλον, τὸ ὑπόδημα. ἀνήλιπος δὲ οἱονεὶ ὁ μὴ ἐλίσσων τὸν πόδα. *Brunck.* Wakefieldio S. Cr. I. p. 153. et Blomf. ad Aesch. Prom. 248. νήλιπός τ' ἀλωμένη reponentibus coll. Lycophr. 635. adsentirer fortasse, nisi MSS. in producenda syllaba ultima conspirarent omnes. Nunc non dubito, quin νηλίπους quoque in usu fuerit. Testatur non modo glossa Hesychii T. II. p. 675. *ΝΗΔΥΠΟΥΣ·* ἀνυπόδετος, quae ex *ΝΗΛΙΠΟΥΣ* aperte corrupta ac fortasse ex ipso Sophocleo loco ducta est; sed Photii etiam: *ΝΗΛΙΠΟΔΕΣ·* ἀνυπόδητοι. Non enim est veri dissimile, Atticos homines formam νήλιπος (i. q. νῆλιψ, ut φύλακος pro φύλαξ, ἅρπαγος alia) quoniam significatio huius vocabuli a vi

ac notione *pedum* non aliena est, errore quodam etymologico ita mutasse, ut a πούς derivatum etiam videretur. Neque alia origo nominis Οἰδίπους videtur fuisse, cuius primaria forma fuit, ni fallor, οἶδιψ, *tumidus*, vel *iracundus*, quod vitium Oedipi ingenio proprium fuisse constat. Id cum in Οἴδιπος et Οἰδίπους productum fuisset, hoc fabulae adiungi coeptum est, ut aut pedes Oedipi, quum exponeretur, perforatos esse et inde tumuisse narrarent, (Senec. Oed. 857. sqq.) aut alias οἰδούντων ποδῶν causas fingerent. Quanquam ne iis quidem succenseam, si qui νηλίπους ex νηλιπόπους per syncopen, ut Ἐλπινίκη, σπερμολόγος, similia, ortum putare malint. *Doed.* Non paupertatis solum indicium fuisse nudis pedibus incedere, sed a philosophis etiam ceterisque adstrictioris vitae hominibus, item ab heroibus ἀνυποδησίας ritum fuisse observatum, adnotat Burtonus, laudans Bochart. Hieroz. I, 2, 5. et Kust. ad Aristoph. Nubes v. 103. *Hell.*

V. 345. τροφήν. Supra 334. (341.) τροφεῖα eodem sensu. vid. Musgr. ad Eur. Ion. v. 1493. *Hell.*

V. 346. σὺ δ'. Ismenen alloquitur. πρόσθεν, antequam expelleretur. *Hell.*

V. 347. μαντεῖα — πάντα. In Oedipi vita, miraculis portentisque tam referta, non cum Scholiasta de uno tantum sepulturae vaticinio cogitaverim. *Hell.*

V. 348. τοῦδε σώματος dubito num pro ἐμοῦ dictum an de mortui cadavere accipiendum sit. *Hell.*

V. 351. ἐξῆρεν. gl. V. ἀπῆρεν. — στόλος Winshem. de *motu bellico*, Musgrav. de *missione* seu *legatione*, nos cum Heathio de *caussa itineris* (*Aufforderung zu*

gehen) accipimus. cf. v. 298. Phil. 243. τίνι στόλῳ προςέσχες τήνδε γῆν; vid. Erf. ad O. T. 693.

V. 552. κενή γε. γε est *sane*. *Erf.*

V. 553. μὴ οὐχὶ. Wakef. S. Cr. IV. p. 42. μὴ καὶ coniecit, et Schaefer. Melett. p. 43. „male me h. l. habet μὴ οὐχὶ, vertendum illud post verba metuendi *ne non, ut*, suspicorque corrigendum esse μὴ σὺ „(quam ne memoravit quidem sententiam in editione), recte illi facturi, si necessario modo, id quod Brunckius fecit, δέδοικα supplendum esset, unde μὴ οὐχὶ sc. ἥκῃς penderet; quandoquidem hac duplici negatione, *ne non*, apertissime contrarium significaretur atque Oedipus sibi velle poterat. Sed sensus hic est: *non enim venisti, quin malum aliquod afferas*, vel: non enim venisses, nisi malum aliquod nunciandum haberes. Nuper accuratius loci sententiam intelligere coeperunt, et primus quidem, quod sciam, Hupfeld Anim. philoll. in Soph. (Marburg 1817.) p. 31. Idem fere sentiunt Reisigius et Elmsleius, quorum hic confert „Oed. T. 12. δυςάλγητος γὰρ ἂν | εἴην τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν ubi δυςάλγητος pro οὐκ εὐάλγητος accipiendum esse ante alios vidit Hermannus. Item v. 220. οὐ γὰρ ἂν μακρὸν | ἴχνευον αὐτὸς, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον.“ Add. Herm. ad Vig. p. 454. Matth. Gr. p. 887. Obscuraverat locum, ut videtur, abundantia, quae obtinet in hac accessione, cum praecesserit κενή γε; habet autem ea et excusationem a parenthesi, et exempla cum alia tum in Plat. Phaedon. p. 82. C. Εἰς δέ γε θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι, καὶ (h. e. *quamvis*) παντελῶς καθαρῷ ἀπιόντι; οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ, quae Heindorfium p. 114. frustra vexarunt. Nec absimilis est Soph. O. T. 57. ναῦς ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων

ἴσω. Thuc. II, 63. τὸ γὰρ ἄπραγμον οὐ σώζεται, μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον. *Doed.*

V. 355. ζητοῦσα τὴν σὴν, που κατοικοίη, τροφήν. Id est ζητοῦσα, ὅπου κατοικοίη ἡ σὴ τροφὴ, ἤγουν διατριβὴ, δίαιτα, διαγωγή. Lectionem, quam dedimus, exhibet B. T. In membr. ποῦ κατοικοίη τροφήν. Impressi autem, ποῦ κατοικοίης τροφήν. *Brunck.* κατοικοίη non magis placet, quam quod olim edebatur in Eur. Hec. 297. Pors. τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σόν. *Schaef.* Aldina στροφήν, quae vox an significare possit *locum quo quis versetur* (hoc enim requirit nexus), dubito: τροφή autem h. sensu dictum reperimus (v. 1259. (1265.). Brunck. ad Oed. T. 1580. Erfurdtius explicat: σε τρεφόμενον. Reisigius: *tuum ubi victum institueres. Hell.*

V. 356. παρεῖσ' ἐάσω iuncta ut in Eur. Troad. 690. cf. Valck. Diatr. p. 72. et Erf. ad Phil. p. 224. ἀφέντ' ἐᾶν Ai. 754. laudat Reisigius. *Hell.*

V. 360. ἦν ἔρως. Libri omnes ἦν ἔρις, quod series narrationis falsum esse ostendit, et a librario huc retractum fuit e v. 365. (372.) Acutissimi viri, Thomae Tyrwhitt, cuius tot praeclarae exstant in Euripidem emendationes, coniecturam recepi, qua nihil certius mihi videtur. Sic ἔρως occurrit infra 429. (436.) Eur. Phoen. 631. Alcest. 1101. Suppl. 139. Iph. A. 813. et passim. Vide notata ad prioris Oedipi v. 601. *Brunck.* ἔρις. Annon praestiterit ἔρως *votum, cupido?* ut infra v. 449. (429.) (436.) Creonti enim regnum permittentes, de quo contenderent, nihil erat. *Musgr.* Vulgatam defendit V. D. in Bibl. d. alt. Lit. u. K. II. p. 252. gl. Vict. ἔρις, φιλονεικία. Mirari subit, quod ἔρις in dubium

vocari potuit ab iis qui legerant unquam Hesiod. Opp. init.

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύω· τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας·
Ἡ δ' ἐπιμωμητή· διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν κ. τ. λ.

Cuius quidem rei duplex natura ut plurimum valuit ad Graecorum incrementa, ita ubivis obvia est. Intelligitur enim h. l. *ἔρις ἀγαθῶν*, quae dicitur ap. Aesch. Eum. 962. — Nec sine ironia quadam hoc vocabulo utitur Ismene; cum prius moderatione fratres alter alterum certavissent superare, tum vero in peius vertisse certandi cupidinem, ab aemulatione honestarum rerum in *ἔριν κακήν* vs. 365. (372.), h. e. prava consilia, vel perniciem, ut *κακὴν ἔριδα προβαλόντες* in Hom. Iliad. XI, 529. Eodemque sensu Hermannus in Ai. 60. sagaciter aeque ac probabiliter minimeque languide, ut visum est Osanno de Aiace p. 135, *ἔριν κακὴν* eruit ex corrupta scriptura *ἐριννὺν κακήν*. *Doed.* Consentio, nisi quod ironiam ab Ismenes persona alienam opinor. Reiskius corrigebat: *πρὶν μὲν γὰρ οὖ τοῖς* (i. e. *οὐκ αὐτοῖς*) *ἦν ἔρις Κρέοντι τοὺς θρόνους ἐᾶσθαι*, *antea de eo non rixabantur, permittendum esse Creonti principatum.* Reisigius, commate post *ἦν* posito, *ἔριν* coniicit. Sed neque, quae protulit exempla Vir acutissimus, mihi persuadent, *ἦν* simpliciter significare *constitutum erat*, nec valde placet *ἐᾶσθαι ἔριν* et rursus *ἐᾶσθαι Κρέοντι θρόνους*. *Hell.*

V. 561. *μηδὲ. δὲ* pro *τε* postquam *τε* praecesserat, observarunt Schütz. ad Aesch. Prom. 835. Herm. ad Vig. p. 836. et ad Trach. 332. Matth. Gr. p. 893. — *χραίνεσθαι πόλιν* „*praesentia sua inquinare*, quum patris traditi essent furiis,“ interpretatur Iacobsius Exerc. Eur. p. 38. Tum *utrique*, opinor, abeundum

fuisset. Itaque de exsilio voluntario non cogitaverim, sed tantum de cedendo imperio cavere mihi voluisse videntur fratres, ne civile bellum oriretur, quod postea motum est, quodque ne sibi instaret, propter patris imprecationes timere debebant. Itaque φόνῳ supplendum censeo, quod exstat Ai. 43. *Hell.* Cum alia tum haec res tanta cum brevitate et obscuritate tangitur, ut paene suspicio nascatur de alia quadam Sophoclis fabula, unde huiusmodi locis lux petenda foret. Non enim improbabile est, quamquam nec diserta testimonia exstant, nec inter titulos deperditarum fabularum ullus eo pertinere videtur, eas rés, quae Thebis vel incluso Oedipo vel eiecto gestae sunt, a fratribus et Creonte, propria aliqua fabula a Sophocle fuisse descriptas, quae fabula media fuerit inter utrumque Oedipum. Caeterum non praeter rem faciam, si quae de fatis Oedipi et Sophoclis narratione conscripsit Iacobus in Quaest. Soph. Vol. I. p. 341. sqq. huc transscripsero: „Cum post Oedipi casum ad Creontem summa imperii venisset: hic se negavit illum expellere Thebis posse, antequam denuo de eo Apollinem consuluisset (Oed. R. v. 1424. seqq.). Bene hoc fecit, puto, neque in hoc erat, quod Oedipus vituperaret. Id vero, quod tunc Apollo iusserit, in Sophoclis fabulis, (nam ab aliorum narrationibus hic abstinemus), nusquam clare significatur; audimus tantum Oedipum post cladem suam diu mansisse Thebis (v. 443. (450.) seqq.) atque oracula de eo plura esse edita, quae illi, clam Thebanis, per Ismenen referebantur (v. 359. (366.) seqq.). Cum vero initio Oedipi filii Creontem sivissent regnare: postea ipsi aggressi sunt imperium (v. 373. (380.) seqq.) hoc pacto, ut primum apud Polynicem, postea apud Eteoclem summa potestas esset (v. 1413. (1419.) seqq.) Sub Po-

lynicis autem regno iusserunt Thebani Oedipum ex patria eiici (v. 446. (455.)): nescimus, quam ob causam; sed coniicimus tunc multa urbi accidisse mala, de quibus cum consuluissent deum, ea accepisse oracula videntur, quibus plures quidem illud putarent praecipi. Certe Creon Oedipum non in ipsam terram patriam restituere, sed in finibus eius alicubi custodire voluit (v. 405. (412.) sq. 410. (417.) seq.), atque etiam Ismenae patrem in Thebana terra non posse sepeliri persuasum erat (v. 422. (429.)) Polynices autem illi se eum domum suam reducturum esse pollicetur (v. 1401. (1407.)) „idque Oedipus quoque, ut videtur, per deos quidem licere credidit (v. 414. (421.) et 449. (456.) sq.“ *Doed.*

V. 362. *λόγῳ σκοποῦσι secum reputantes* Brunckius. Similiter Winshem. *quum recta ratione expenderent.* Sed rationis significatu vix credo λόγος apud ullum huius aetatis scriptorem, nedum apud poetam legi. Verte: *respectum habentes, ut quidem ipsi dicebant sive vere illud sive ficte, veteris pestis.* Ideo autem addit λόγῳ Ismene, quia repentina ista consilii mutatio, quum de φθορᾷ nihil interea mutatum fuisset, suspicionem commoverat, ut falso illa olim causa fuisse praetexta videretur. Simillime Thuc. II, 43. *σκοποῦντας μὴ λόγῳ μόνῳ τὴν ὠφελείαν. Doed.*

V. 363. *ἀθλίου* Bothius, euphoniae caussa. Sed cf. v. 356. (363.) Phil. 421. O. T. 1481. Eur. Herc. F. 449.

V. 364. *κἀξ ἀλιτηρίου φρενός.* Sic bene scriptum in T. Glossa, *ἁμαρτωλοῦ, μιαρᾶς.* In duobus aliis ut in Suida [s. v. *ἀλιτροῦ*], et ut Aldus edidit, *κἀξ ἀλιτηροῦ φρενὸς*, claudicante versu. Codicum aucto-

ritate firmatam lectionem recepi, quam sinceram esse et genuinam affirmo. Nam in κάξ consentiunt omnes; unus autem, ceteris hac in parte emendatior, dat ἀλιτηρίου. Quippe opinioni non accedo, Tragicos poetas nunquam anapaestos in paribus senariorum sedibus adhibuisse. Non alium decantati huius canonis fideiussorem cognosco praeter Hephaestionem, qui tamen id non omnino adserit. *Τὸ ἰαμβικὸν μέτρον δέχεται κατὰ μὲν τὰς περιττὰς χώρας ἴαμβον, τρίβραχυν, σπονδεῖον, δάκτυλον, καὶ ἀνάπαιστον· κατὰ δὲ τοὺς ἀρτίους ἴαμβον, τρίβραχυν, καὶ ἀνάπαιστον· τοῦτον δὲ τὸν ἀνάπαιστον παρὰ μὲν τοῖς κωμικοῖς συνεχῶς, παρὰ δὲ τοῖς ἰαμβοποιοῖς καὶ τραγικοῖς ΣΠΑΝΙΩΤΕΡΟΝ.* Satis est ad tuendam nostram lectionem, fateri Hephaestionem, Tragicos nonnumquam, licet rarius, Comicorum licentia usos fuisse. Quod autem de veteribus iambographis ait, id falsum esse opinor. Unicum quod mihi occurrit exemplum mendosum esse comperi et certa coniectura in integrum restituo. Versus est Simonidis lepidissimo carmine de mulierum ingeniis, ubi 48. legebatur:

τὴν δ' ἔκ τε σποδιῆς καὶ παλιντριβέος ὄνου.

Nos autem non ita pridem edidimus:

τὴν δ' ἐκ σποδιῆς τε καὶ παλιντριβέος ὄνου.

Vox *σποδιῆς* glossema est. Scripserat antiquus ille Simonides:

τὴν δ' ἐκ τεφρῆς τε καὶ παλιντριβέος ὄνου.

Hesychius: *τεφρὸν, σποδιὸν, φαιὸν, πολιόν.* Quibus autem persuasum est, anapaestum in pari loco senarii tragici ferendum non esse, iis egregie Toupius ad Suidam II, 168. emendasse videbitur,

νῦν δ' ἐκ θεῶν του κἀλιτηρίου φρενός. Brunck.

Brunckio praeivit Heathius, Toupium sequitur Bo-

thius. Vauvillersius trifariam: κὰξ ὀλεθρίου aut κὰξ ὀλισθηροῦ, aut κἀλιτηροῦ δ' ἐκ φρενός. Purgoldt. p. 215. κἀλιτηρίου, omnes illi persuasum habentes, ἀλιτηρὸς secundam corripere, aut H. Stephano Thes. L. Gr. s. v. adstipulantes, derivanti a λιτή, ut sit precum vel religionis contemtor (quam etymologiam amplectitur Thiersch. gr. Gr. p. 341.), aut rati, quia ἀλιτήμιον corripiatur, item de ἀλιτηρὸς statuendum esse, aut Eustathio fidem habentes ad Od. V. p. 1529. scribenti: ἐνεστὼς ἀλείτω τῇ ει διφθόγγῳ παραληγόμενος, οὗ δεύτερος ἀόριστος ἤλιτον, ὅθεν ἀλιτηρός. Quae omnia quum non satis mihi probentur, ex Aldo κὰξ ἀλιτηροῦ restitui, (quemadmodum Eustathius quoque legit ad Iliad. VIII. p. 694, 16. ὁποῖόν τι καὶ ἡ ἀλιτηρὸς φρὴν παρὰ Σοφοκλεῖ) de hoc uno dubitans, an Passovium potius sequerer, qui in Comm. de Aesch. Pers. p. 42. ex Venet. κὰξ ἀλειτηροῦ scribi iusserat. Est autem ἀλιτηρός adiectivum substantivi ἀλείτης, quae forma ab ἀλήτης, cum nomen ἄλη utrique vocabulo pro communi radice sit, eo tantum differt, quod hoc non nisi de peregrinantibus aut vagabundis usurpatur, illud ad animi errores, h. e. ad peccantes, translatum est. Hanc ob rem et ἀλιτηρός et ἀλιτρὸς, ἀλιτήριος et si quae alia inde derivantur, ἀλιτροσύνη, ἀλιτρία, ἀλιτρής (ap. Hesych. s. vocc.) non possunt non producere secundam. Obloquitur quidem adhibito Eustath. ad Od. l. c. Reisigius: „ab ἀλείτης oriretur ἀλειτήριος non ἀλειτηρός quemadmodum ab ἀλίτης ἀλιτὴρ ὡς ἀρότης, ἀροτὴρ — γίνεται ἀλιτήριος, ὡς σωτὴρ, σωτήριος, docente Gramm. in Etym. M. p. 65. l. 23. Sed adiectiva in ηρός exeuntia fiunt a verborum formis contractis.“ Sed hoc praecepto nimio plus discriminis statui mihi videtur inter adiectiva in ηρός et in ήριος exeuntia. Sicut a φόβος, μόγος, κράτος fit φοβερός, μογερός, κρατερός,

ita a nominibus primae declinationis λυπηρός, ἀτηρός, ἀλειτηρός, quae formae quantum salva euphonia licet, et in brevius contrahuntur et augentur syllaba. Hinc λυπρός, λυπηρός, et λυπήριος, hinc ἀτηρός, ἀτήριος, hinc ἀλιτρός, ἀλιτηρός, ἀλιτήριος, quae nec sensu nec etymologia magis differunt quam ἔγχωρος et ἐγχώριος. Restat ut eos locos, in quibus ἀλιτηρός vel simile quid legitur, in censuram vocemus: In Hesiodi quidem Opp. 332. quamquam multae edd. legunt

ὅς τέ κεν ἀφραδίῃς ἀλιτραίνεται, ὄρφανα τέκνα,

non dubito, quin ex MSS. legendum sit ἀλιταίνεται. Quapropter nollem Passovius in Lex. Gr. de hac forma confidentius statuisset, quam de ἀλιτρέω fecit, quod legebatur in Aesch. Eum. 509.

ὅστις δ' ἀλιτρῶν ὥςπερ ὅδ' ἀνὴρ
χεῖρας φονίας ἐπικρύπτει.

Ibi enim quum Hermannus pridem ἀλιτῶν ediderit, malim equidem, quia praeteritum tempus requiri puto, ἀλιτὼν scribi. Denique in Aristophan. Eqq. 447.

ἐκ τῶν ἀλιτηρίων σέ φη-
μι γεγονέναι τῶν τῆς θεοῦ

aut quatuor syllabis pronunciandum illud vocabulum (cf. Seidl. ad Eur. Iph. T. 631. Herm. Ell. metr. p. 54.) aut, quoniam per metrum nihil obstat, ἀλιτηρῶν substituendum, forma, ut videtur, poetica, quando illi ipsi ἐναγεῖς pedestri scriptori, Thucydidi (I, 126.) ἀλιτήριοι vocantur. Unus superest locus, neglectus adhuc, quo hoc saltem efficietur, ut Elmsleius de ipso vocabulo ἀλιτηρός dubitare desinat an Graecum sit: Alcmanis fragm. ap. Schol. ad Pind. Ol. I, 97. ὅπως ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοισιν ἀλιτηρός, de quo

nemo certi quidquam proferre audebit. Nolim tamen trimetrum dicere iambicum hypercatalectum, id quod fecit Welcker. de Fr. Alcm. p. 63. addens, de quo nunquam mihi persuadebit: „Prima vocis ἀλιτηρός longa, ut in ἀθάνατος, ἀκάματος, ἀκύμαντος (?) similibusque." Quibus locis omnibus ut non satis a lectione certis etiamsi non multum proficere videatur sententia nostra, tamen firmantur coll. Hom. Od. XVI, 317. et XIX, 498.

αἵτε σ' ἀτιμάζουσι καὶ αἳ ν η λ ι τ ε ῖ ς εἰσι.

in quibus locis alii νηλίτιδες legunt, forma probabili, quandoquidem non ab ἀλειτὴς sed ab ἀλείτης fem. ἀλεῖτις descendit, alii νηλητεῖς (διὰ τοῦ η, ὅτι οἱ Αἰολεῖς ἔτρεπον το ι εἰς η. Schol. cf. Miscell. Obss. VIII. T. I. p. 170.) Ἀλιτήμων autem iure suo corripitur, quia non a substantivo, sed a verbo ἀλιτεῖν, ut ἀβροτήμων ab ἀβροτεῖν pro ἁμαρτεῖν, derivatur. Haec si recte disputavimus, neque ἀλίτω (ap. Blomf. Gloss. Aesch. Prom. p. 167.), nec ἀλιτέω (ap. Lennep. Etym. T. I. p. 109.) nec ἀλιτραίνομαι, nec ἀλιτρέω probum est, sed ἀλιταίνομαι, et aor. ἀλιτεῖν. Reisigius κἀξ ἀλιτρίου, Erf. in marg. et Elmsleius κἀλιτηρίου probaverunt. *Doed.*

V. 565. τρὶς ἀθλίοιν scribi iubet Porson. Praef. ad Eur. p. XXVIII. (p. XXX. ed. Lips.) ne pedes tertius et quartus unam vocem efficiant. Omisit autem vir summus emendare Eur. Hel. 1390. κάλλιστα δῆτ' ἀνήρπασεν τεύχη πόσις. Qui versus quo possit modo emendari, demonstrabo infr. ad v. 559. (563.) Quos praeter hunc locos Lobeckius ad Ai. p. 383. eos ipse Porsonus correxit. *Doed.*

V. 567. νεάζων Eteocles. Apud Euripidem in

Phoen. aliter est. Videtur Sophocles, quod ipse statuebat, clarius indicare voluisse, addens et verba *καὶ — γεγὼς* et antithesin in sequenti versu. Erf. in marg. laudat Brunck. ad Aesch. Theb. 578. *Hell.*

V. 368. *Πολυνείκην.* Aldus, ut in membr. scriptum est, edidit *Πολυνείκη*, quod, ut magis Atticum retineri debebat. Ionicam terminationem accusativi *εα* Attici in *η* contrahunt. Sic apud Comicum *'Αντισθένη, Κλεισθένη, Σωκράτη. Brunck. θρόνων.* Laudo quod poenituit Reisigium praetulisse *θρόνον.* Nam de *regno* ubique quod sciam (nisi forte metro coacti) pluralem *θρόνοι* usurpant tragici; cf. 361. (368.) 441. (448.) 1348. (1354.) 1374. (1380.) Trach. 363. Ant. 166. 173.; singularem autem de *sella* vel *solio*, e. gr. deorum in Aesch. Theb. 409. Prom. 228. Similiter *regia* plerumque *δώματα* vel *δόμοι*, non *δῶμα* audit. *Doed.*

V. 370. *ὁ πληθύων λόγος.* Aesch. Agam. 869. *ὡς ἐπλήθυον λόγοι.*

V. 371. *τὸ κοῖλον Ἄργος.* Strabo de regione Argolica: *τῆς τε χώρας κοίλης οὔσης, καὶ ποταμοῖς διαῤῥεομένης*, p. 370. C. In universum *τόπος κοῖλος* est locus montium ambitu cinctus, qui speciem excavati habet. Idem *κοῖλος δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἔχει δ' ὅμως ἐρυμνὴν ἄκραν*, p. 239. C. *ἡ δὲ χώρα οὐ δεινὴ διὰ τὴν κοιλότητα τῶν πεδίων*, p. 284. C. Euripides apud eundem p. 366. C. *κοίλη γὰρ ὄρεσι περίδρομος* —. *Musgr.* Sic *κοίλη Λακεδαίμων*, monente Bothio, apud Homerum Od. IV, 1. *κοίλη Ἦλις* apud Thuc. II, 25. Hinc dicitur *καταβαίνειν εἰς Ἄργος.* Thuc. V, 58. cf. 1381. (1387.) Erf. in marg. laudat Valck. ad Phoen. 559. *Hell.*

V. 572. *καινόν.* Elmsl. Mus. crit. VI. p. 273. coniecit *κλεινόν*, coll. Eur. Phoen. 710.

ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν
κήδει δ' Ἀδράστου καὶ στρατῷ πεποιθότα.

Qua comparatione quid efficiatur, non intelligo. In *καινὸν* reprehensio aliqua latet; quod Polynices, quum connubium non esset inter Thebanos et Argivos, tamen Adrasti filiam duxerit. *Doed.*

V. 573. 574. Aldus sic hos versus edidit:

ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον
τιμῇ καθέξων, ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.

In membr. scriptum *Καδμεῖον* et *καθέξον*. Postremum quidem recte omnino: nam *Ἄργος*, ad quod participium illud refertur, neutrum est. Sed tetrius remanebat ulcus. Particulae disiunctivae *ἢ*, quas Scholiastes ridicule pro *καὶ* accipiendas esse ait, locum hic habere non possunt, quum duo membra sibi invicem non opponantur; quin vero alterum ex altero sequatur. Sed ille in huius loci explicatione nihil nisi ollas lippit. Palmam tamen stoliditatis sibi vindicat Iohnsonus, cuius versionem videsis. Prius *ἢ* mutari debuit in *δή*. *ὡς δὴ* *tamquam scilicet*, sensu ironico: posterius vero in *καί*. *καὶ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν*, nempe *αὐτὸν*, *τὸν Πολυνείκη*. *Brunck.* Hoc *αὐτὸν* intelligi non posse, Bothius vidit. Locum forsitan sic reddas: *tamquam confestim Argivi ultione suscepta aut potituri sint Cadmeo solo, aut (victi scilicet) illud ad coelum sublaturi.* Accusativorum absoll. vim egregie definivit Elmsl. ad Heracl. 693. coll. Addit. p. 140. „Inter genit. et accus. absol. hoc fere interesse videtur, quod genitivus ipsam rem, accus. alicuius de ea sententiam exprimit.“ Quamquam id ipsum praeceptum turbare videtur iis, quae

ad Oed. T. 60. conscripsit. Respiciunt autem hi vss. quodammodo ad Aesch. Theb. 46.

> ὡρκωμότησαν ἢ πόλει κατασκαφὰς
> θέντες etc.
> ἢ γῆν θανόντες τήνδε φυράσειν φόνῳ. —

Ultima verba censet Iacobsius non tam ex Polynicis mente dicta esse, quam ex suspicione Ismenes, qualia et alibi legantur, v. c. Isocr. de Pace c. 17. τὸ δὲ πάντων σχετλιώτατον· οὓς γὰρ ὁμολογήσαιμεν ἂν πονηροτάτους εἶναι τῶν πολιτῶν, τούτους πιστοτάτους φύλακας ἡγούμεθα τῆς πολιτείας εἶναι. Hor. I. ep. II, 10. 11. *ut salvus regnet, vivatque beatus, cogi posse negat:* ubi fallitur Bentleius. Possis tamen generatim de solo ornatu poetico cogitare, ut e duobus membris *aut vincere aut perire* alterum pro lubitu splendidius extulerit Sophocles. cf. 1299-1301. (1305—1307. *Hell.* Inest sane ironia aliqua in his Ismenes verbis, sed latet ea in αὐτίκα potius quam ut δὴ inferre cum Brunckio opus sit; αὐτίκα est *facili negotio, nur so ohne weiteres;* cf. Buttm. ad Phil. 14. Notanda insuper tragicorum constantia in eo, quod Antigonen Eteocli, ita Ismenen Polynici iniquiorem esse fingunt. Ad πρὸς οὐρανὸν Musgravius: „usitata hyperbole. Vide Theocr. Id. V, 144. Nonnus X, 344. ἥπτετο Βάκχος Ὀλύμπου.“ Fons est Hom. Od. XV, 329. τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἥκει. Add. Eur. Bacch. 930. ὥςτ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος. Cic. Milon. 55. Hanc (gloriam) denique esse, cuius gradibus etiam homines in coelum viderentur adscendere. *Doed.*

V. 375. ἀριθμός, ut *numerus,* de futili multitudine. cf. Bergler ad Aristoph. Nub. 1205. et Boeckh. de trag. vett. p. 93. Abresch. in vit. Reiskii p. 189.

coniecit ἄρ' ὕθλος, quae vox abhorrere videtur a sermone tragico. *Hell.*

V. 377. κατοικτιοῦσιν. Purgoldus Obss. p. 216. et Bothius post Burgessium κατοικιοῦσιν, Purgoldi Censor in Eph. lit. univ. 1802. p. 230. καθορμιοῦσι, utrumque male; nam quae connectit Oedipi sermonem particula γὰρ, ea probat, in ultimis Ismenes verbis spei aliquam significationem inesse. Vulgatam ad sensum recte Schaeferus ad v. 220. (227.) *quomodo* vertens interpretatur, sed in eo dissentio, quod ποῖ per se hoc significare dicit, quia ποῖ i. q. πῷ solo genere a πῇ discrepet. Verius, puto, Seidler. ad Eur. Iph. T. 548. *Quorsum miseratio deorum tendat, quam viam ingrediatur.* Add. de Verss. Dochm. I. p. 329. Plena dictio haec est: ποῖ τραπέντες κατοικτιοῦσι; vel ut Iacobsio placet: ὅποι δὴ οἱ θεοὶ κατοικτίσαντες θήσουσι τοὺς σοὺς πόνους ἢ εἰς τίνας ὅρμους αὐτοὺς ἄξουσιν. Sic infra v. 476.

ποῖ τελευτῆσαί με χρή;

Aesch. Suppl. 603.

ἔνισπε δ' ἡμῖν ποῦ κεκύρωται τέλος;
δήμου κρατοῦσα χεὶρ ὅποι πληθύεται;

Eur. Hec. 416. ποῖ τελευτήσω βίον; Herc. F. 1148. ποῖ κακῶν ἐρημίαν εὕρω; quod bene vertit Bremi ap. Rauchenstenium de Demosth. Oratt. Olynth. p. 94. 6. *Quo me vertam, ut requiem inveniam?* Brunckius *si qua* vertit, obscure, Winshemius *quando*, inductus fortasse El. 958. ποῖ γὰρ μενεῖς ῥάθυμος; quem locum iam nunc rectius intelligunt. Vid. supra ad v. 23. Modeste atque verecunde dictum esse οὐκ ἔχω μαθεῖν Bothius monet. *Doed.*

V. 378. 379. ὡς ἐμοῦ . . . . ἕξειν. Schaeferus:

„Satis anomala haec constructio. Ex regula foret: *ὡς ἐμοῦ θεοὶ ὥραν τιν' ἕξουσι.* Sic Elect. v. 963. s. *καὶ τῶνδε μέντοι μηκέτ' ἐλπίσῃς ὅπως τεύξει ποτ'.*" Huius quidem loci similitudinem non perspicio, sed illa anomalia, ex constructionum confusione orta, non ita rara. cf. Matth. Gr. §. 538. Add. sis Ai. 377. Aesch. Eum. 788. *Doed.*

V. 380. *τοῖς νῦν γ'.* — Postrema particula in T. omissa. *Brunck.* Sensus: oraculis, et *quidem* iis. *Erf. τοιαῖδ'* Elmsl. ad O. T. 101.

V. 381. *ποίοισι τούτοις.* Duplex oraculum praeter scholiastam Camerarius quoque statuit, quoniam supra iam tenere se declaraverit Oedipus, quale oraculum editum sit. Hoc equidem pro argumento non habuerim: quaerere enim ille potuit, quod iam sciebat. Vid. ad v. 66. et mox ad 384. (391.) *Hell.*

V. 383. *εὐσοίας.* Unice hoc verum superscriptum est in T. pro varia lectione. Ceteri, ut Aldus, male *εὐνοίας.* Vide lexicon. *Brunck. εὐσοίας.* Ita optime Suidas v. *εὔσοια.* Commemorat ut variam lectionem et ex Amphitryone Sophoclis confirmat Scholiastes. Hesychius: *εὔσοια, εὐθηνία, σωτηρία.* Vid. et Theocr. XXIV, 8. *Musgr.* In Hesychio recte *εὐσθένεια* correxit Wesselingius. Zonar. Lex. p. 912. *εὔσοια· εὐσθένεια· ζῶντά τ' εὐσοίας χάριν. Doed. εὐποίας* coniecit V. D. ap. Burgessium.

V. 384. Simulat ignorantiam interrogans Oedipus, ut nimirum resciscat, an eodem modo oraculum intelligant Thebani, quo ipse. Quantum enim profuturus sit iis, apud quos habitet, ipse enumerat 72. 280. (287.) cf. 452. (458.) Ad *εὖ πράξειν* vid. Musgr. ad O. T. 997. *Hell.*

V. 385. κράτη de regno ut Ai. 1005. κριτῇ Burgessius coniecit.

V. 386. ἀνήρ. Vir κατ' ἐξοχήν. Sic apud Comicum Equit. 391.

ἀλλ' ὅμως οὗτος τοιοῦτος ὢν ἅπαντα τὸν βίον
κᾆτ' ἀνὴρ ἔδοξεν εἶναι.

ibid. 1254. μέμνησ' ὅτι ἀνὴρ γεγένησαι δι' ἐμέ. *Brunck.* Add. Equitt. 179. Notandum, his locis non tam constantiam et virtutem viri quam honorem et gratiam hominis indicari. *Doed.*

V. 387. νῦν γάρ. Quod impietatis aliquid reperenerat Ismene in Oedipi ironia paene dubitantis de potentia numinum, opprobrii instar obiicit: *Est ita sane, quandoquidem semel placet coelitibus modo erigere modo opprimere.* Similiter Aiacem Chorus consolatur in Ai. 387. ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται. Caeterum expressus ille vs. ex Archiloch. Fr. XV.

τοῖς θεοῖς τίθει τὰ πάντα· πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν
ἄνδρας ὀρθοῦσιν μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί,
πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι, καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας
ὑπτίους κλίνουσι. *Doed.*

V. 388. Part. δέ in responsionibus frequenter obiectiones indicare, docuit Erf. ad O. T. p. 397. Atqui margini edit. adscriptum γέροντ' ἀνορθοῦν. *Hell.* — ὃς νέος πέσῃ. Sic Aldus et codd. omnes: quo magis miror, qui Turnebus ediderit πέσοι, quod soloecum est. Aesch. S. Th. 259.

μοχθηρὸν, ὥσπερ ἄνδρας ὢν ἁλῷ πόλις.

ubi vide, quae notavi. Idem in Iaculatricibus apud Plutarchum:

νέας γυναικὸς οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
ὀφθαλμὸς, ἤ τις ἀνδρὸς ἦ γεγευμένη.

Eur. Med. 519.

ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ἦ
τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ —

Noster in El. 770.

οὐδὲ καὶ κακῶς
πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προςγίγνεται.

His in exemplis, quibus alia multa addi possent, vides subiunctivum adhiberi, non optativum. φλαυρὸν in hoc versu, nec ἀδύνατον, nec χαλεπὸν significat; sed εὐτελὲς, *vile*, *futile*. *Brunck*. Gl. Vict. κοῦφον κακόν φαῦλον, μέγα κακόν. φλαυρὸν, μικρὸν κακόν. Vid. Elmsl. ad Med. 1071.

V. 390. *Βαιοῦ, κοὐχὶ μυρίου*. Reduplicatio, ut in priore Oedipo 58. *Brunck*. cf. 123. (124.) 124. (125.) 165. (172.) 482. (489.) 904. (908.) — *Βαιοῦ — χρόνου*. Subaudi διά. vid. L. Bos. in Ell. et infra 857. (817.) (821.) Herodot. III, 124. ταῦτα ὀλίγου χρόνου ἔσται τελεύμενα. Eur. Orest. 1217. ἥξει τίνος χρόνου; *Musgr*. Ad Trach. 174. ἐπὶ suppleri vult, ut Matth. Gr. p. 507. Sed Elmsleius: „Subaudiendum potius ἐντός quam διά. Ita πέντ' ἐτῶν Aristoph. 782. ἡμερῶν τεττάρων Vesp. 260." Add. Schaef. ad El. 478. *Hell*.

V. 392. ὥς σ' ἄγχι. Difficultate aliqua laborant, quae hic leguntur. In propinquo Oedipum, vivum, mortuum, retinere decernunt Thebani. Quum autem nulla Graeciae pars esset, quin alicuius ditione teneretur, poterantne illi sperare, finitimi eius, ubi Oedipum custodituri essent, spatii, quantumvis exigui,

dominos aequo id laturos animo? Qui si vel maxime praesentiam miserrimi mortalium nonnisi popularibus eius funestam crederent: non ab armatis alius gentis hominibus in sua terra captum teneri erant passuri? Aut igitur vi aut persuasione utendum in hac re erat Thebanis. Leviora forsitan haec: quae sequuntur, molestiora. Salutiferum fore mortui corpus iis, apud quos sepultum esset, oraculum praedixerat. Attamen non sine piaculo retineri illud posse, ex v. 407. colligitur. Quomodo igitur utrumque conciliari potest? Num statuamus, victoriam quidem de hostibus cadaver adlaturum, contra vero pestilentiam vel aliud publicae calamitatis genus ingesturum fuisse? An lege quadam civili domesticam mortui sepulturam prohibitam fuisse putemus? Deinde, si secundum vv. 406, 7. domestica sepultura Oedipum prohibituri erant, quomodo ista victoriae felicitas contingere iis potuit? Utrum ingruente bello effossum apud se condituri erant? Cuius impietatis vestigium apud veteres, quod sciam, exstat nullum. An domi quidem sepultum foris tamen petita terra vel pulvere non sine aliqua oraculi calumnia contecturi erant? Neque huius rei ullum reperitur exemplum. — His dubitationibus Seidlerus in hunc fere modum occurrit. „Exteris omnino potuisse mortuum Oedipum prodesse, quum exsilio scelus iam esset expiatum: Thebanos autem, mediam quandam ingressos viam atque ita oraculi mentem interpretatos esse, quasi iis lucrum paraturus esset mortuus, in quorum non tam terra, quam potestate foret. In confini igitur loco facilius se vindicaturos sibi sepulcrum, quam si in media alius populi terra conditus esset.“ His nunc adquiesci posse crediderim. *Hell.* Sophoclis aetate et prius etiam Thebani in plurimas Boeotias civitates simile exercuerunt imperium, atque

Athenienses in socios suos. Ob eam rem Plataeenses dereliquerant societatem Boeotorum. Herodot. VI, 108. Atque coniicere licet, ut quique proxime abfuerint a Thebanorum civitate, ita maxime fuisse obnoxios arbitrio eorum. Huiusmodi fere necessitudinis vinculum intercessisse inter *Θηβαίους* eorumque *ξυμμόρους* (Thuc. IV, 93.) dubitari vix potest. Vid. O. Müller in Ersch. Encyclop. T. XI. p. 270. In talem igitur civitatem relegare Oedipum instituerant Thebani, ut nec in solo patrio versaretur, ob piaculum, nec Thebanorum ditionis esse desineret, propter utilitatem ex corpore Oedipi aptam. Denique *φυγή*, quam prius subierat Oedipus, in *ὀστρακισμόν* quendam vel relegationem conversa est; nam qui exilio multantur, ita expelli solent, ut cives esse desinant et soluti quoquo velint terrarum vagentur; qui ostracismo extruduntur in custodiam potius dantur remotam a patria; vid. Suid. s. v. *ὀστρακισμός* et Schol. ad Aristoph. Vesp. 941. *Doed.*

V. 393. *ἐμβαίνῃς ὅρων.* Similiter cum genitivo construitur *ἐπινίσσεται*, 685. (689.) *ἐπεμβαίνων*, 920. (924.) et *ἐμβατεύειν* O. T. 825. ubi vid. Brunck. *ἐπιβαίνειν οὔρων* apud Herodot. IV, 125. *Hell.*

V. 394. *θύρασι* Elmsl. ad Eur. Med. 466.

V. 395. *τύμβος δυςτυχῶν.* *Tumulus infelix,* id est *tumulus in peregrina terra.* Pars enim quaedam felicitatis esse videbatur, si quis post mortem patrio conderetur solo. Sic quidem recte exponit Scholiastes. Heathius vero: *Illis quidem sepulcrum tuum, si eo frustrentur, grave est futurum.* Non satis video, quî hic sensus e Graecis elici possit, etiamsi *δυςτυχῶν* per enallagen accipiatur pro *δυςτυχοῦσι.* Hoc si voluisset poëta, scribere poterat:

κείνοις ὁ τύμβος ἀποτυχοῦσι σὸς βαρύς. *Brunck.* δυςτυχῶν iustis honoribus carens significare videtur. Tali sepulturae ne traderetur Oedipus metuebant oraculo moniti, nec tamen eum in patria sepeliri volebant. Hoc constat e v. 407. *Τύμβον ἀξιούμενον* qualem apud Eur. Hec. 319. sibi optat Ulysses, Oedipo destinabant, sed in aliena terra. *Elmsl.* Reisigius δυςμαχῶν pro δυςτυχῶν. — *Βαρύς*, a quo grave quid metuendum. Herm. ad Ant. 767. Trach. 730. Musgr. ad Od. T. 666.

V. 396. μάθοι. Perperam vulgo in fine huius versus interrogationis signum positum. τις indefinitum est. *Me etiam mortuum illis infensum fore,* ἀραῖον, *si me non siverint in patria terra sepeliri, vel non monente Deo quivis facile intelligat.* Nulla hic interrogatio est, quod vel inde liquet, quod nulla subiicitur responsio. *Brunck.* Per interrogationem fortior, quam par esset, exsisteret ironia. *Hell.*

V. 398. μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατοῖς. Libri omnes κρατῇς soloece. ἵνα hic valet ὅπου, quod non intellexit Iohnsonus, qui pessime vertit, *ne tui iuris sis.* Sensum tamen expediverat Scholiastes: μηδὲ τιθέναι σε ὅπου κρατοῖς ἂν σαυτοῦ: *non vero te locare, ubi tui iuris esse possis. Brunck.* i. q. πέλας χώρας καὶ πατρίδος οὐκ ἐῶντές σε εἶναι ἐν τόπῳ, ἵνα αὐτὸς αὐτοῦ κρατοῖς ἂν καὶ σαυτοῦ ἐξουσίαν ἔχοις. *Iacobs.*

V. 399. κατασκιῶσι. gl. θάψουσιν. vide ad priorem Oed. 138. *Brunck.*

V. 400. τοὔμφυλον αἷμα. Scholiasten, qui de caede paterna intelligi vult, ex v. 597. (601.) recte defendit Anon. Anglus adversus Iohnsonum de incestis nuptiis cogitantem. cf. Aesch. Eum. 223. Neque

αἷμα de matrimonio dici posse opinor. *Hell.* Orph. Arg. 1162. ἐπεί νύ οἱ αἰὲν Ἐριννὺς αἵματος ἐμφύλοιο δεδουπότος Ἀψύρτοιο ὑστερόποὺς ἕπεται. *Doed.*

V. 401. οὐ μὴ κρατήσουσιν. Soloece vulgo κρατήσωσιν, quod ne codicum quidem omnium auctoritas tutari posset. In T. vulgatae lectioni nostra superscripta. Vide ad priorem Oedipum 1075. *Brunck.* Vid. ad v. 845. (849.)

V. 403. ποίας — ξυναλλαγῆς. Conferri iubet Musgravius O. T. 34. ubi Brunckius in notis verba vertit: *cuiusnam interventu*, (ut in Ai. 731.) scholio obtemperans. Magis placet Winsh. *Quanam rerum vicissitudine id fiat? Hell.*

V. 404. ὅταν στῶσιν τάφοις. Gl. Vict. στῆναι, χαλεπῶς ἢ σκληρῶς ἔχειν, significatu inaudito, incredibili. Si vulgata sana est, bifariam potest explicari: aut στῆναί τινι, ut ἐνστῆναι, προστῆναι, significat *resistere alicui, aciem instruere contra aliquem*; et per τάφοις non sepulcrum ipsum, tumulus Oedipi, sed universa terra in qua sepultus est, scil. Attica, intelligenda, ut ap. Thuc. II, 43. ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα ἡ γῆ (sic ex uno MS. corrigendum pro πᾶσα γῆ) τάφος appellatur; aut στῆναι idem quod ἐπιστῆναι est et τάφοις ablativus loci est, *iuxta sepulcrum.* Sic ἵστασθαι pro ἐφίστασθαι in Hom. Iliad. XVIII, 563. ἑστήκει δὲ κάμαξι διαμπερὲς ἀργυρέῃσιν. scil. ἡ ἀλωή i. e. αἱ ἄμπελοι. Vid. supra ad v. 10. sqq. Paulo obscurius utique haec enunciata sunt, ut in oraculo. Schaeferus ὅτ' ἐνστῶσιν coniecit, in quo vereor ne coniunctivus plurimis improbetur. Si foret mutandum aliquid, suspicaretur quispiam: τῆς σῆς ὑπ' ὀργῆς, σοῖς ποτ' ἀντῶσιν τάφοις. coll. Hom. Iliad. VI, 127. δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει

ἀντιδώσειν. *Doed.* Erf. in schedis: „reposcent filii tui corpus tuum ab incolis eius regionis, in qua sepultum erit, quod nisi reddetur, bellum movebunt. Ea re iratus tu calamitatem iis et cladem immittes, si super tumulo tuo pugnabunt, ut potiantur cadavere.“ Bothius autem, postquam textum *ita* refinxit: τὰς σὰς ὑπουργήσουσ᾽ ὅταν στῶσιν ταφάς, intelligi statuit Atheniensium cum Thebanis bella, et illud inprimis, de quo Iustin. III, 6, 10—13. cui ipse Sophocles interfuerit. *Hell.*

V. 406. ἀνδρῶν θεωρῶν—ἀφ᾽ ἑστίας. Winshemius: *a legatis qui redierant.* Minus adcurate Brunckius: *a legatis Delphos consultum missis*, fortasse, ne idem recoquere cogeretur v. 415. Valck. ad Ammon. 2. 3. p. 92. laudat Erfurdtius.

V. 411. 412. πάρος προὔθεντο eadem abundantia dictum, qua ἐκφέρειν ἔξω, cuius generis exempla collegit Lob. ad Ai. 741. ad Phryn. p. 10. Iacobs. ad Anth. Pal. p. 108. *Hell.*

V. 413. φέρω δ᾽ ὅμως. Non adparet, cur se potissimum propter perversam fratrum mentem dolore adfectam dicat Ismene; multo aptius patri illa praecipiat, ut perferat patienter, quod mutari nequeat. Unice igitur vera visa est Lobeckii interpretatio, ad Ai. 798. contendentis, φέρειν h. l. esse *nunciare*, advocatis similibus locis Ai. 789. Aesch. Pers. 246. donec Matthiaeus aliam me per literas docuit rationem: „ἀλγῶ κλύουσα ταῦτα, probra, quae tu in fratres coniicis, φέρω δ᾽ ὅμως, ita ut iis non indigner, nec fratres defendere vel excusare coner.“ Quod si φέρω pro ἀγγέλλω positum est, poëta, opinor, dedisset ἀλγῶ λέγουσα ταῦτα. *Hell.*

V. 414. *μήτε τὴν πεπρωμένην*. In membr. scriptum a prima manu *μήτε τῶν πεπραγμένων*. In B. T. perperam *σφε*. Rarius illud *σφι*, quod pronomen est duale tertiae personae, librarios turbavit. Eur. Med. 401.

πικροὺς δ' ἐγώ σφι καὶ λυγροὺς θήσω γάμους. Brunck.

Malim in utroque loco scribi *σφιν*, propterea, quod post hoc verbum caesura sit, ante quam vox habere debeat, quo requiescat. *Erfurdt*. *σφι*. Elmsl. in Mus. crit. 1815. V. p. 16. genuinam formam esse negans et h. l. et in Eur. Med. 400. *σφιν* restituit, probante, ni fallor, Matth. ad Eur. l. l. speciose. Nam *σφιν* non tam ex *σφίσιν* per syncopen ortum, quam potius genuinus dativus videtur pronominum *ἐμὶν*, *τὶν*, et ut *sibi* utrique numero inserviisse. Apud Herodotum tamen *σφι* vel ante vocales invenitur, ut bis in VII, 149. Vid. Buttmann. Gramm. ampl. T. I. p. 297. Vid. ad v. 1481. (1490.) *Doed*. — *μήτε* Bothius *μήτι*. Elmsleius autem v. sq. *ἐν τ' ἐμοὶ* edere maluit, plura de hac quaestione daturus ad Trach. 143. Sed verissime mihi Boeckh. in nott. critt. ad Pind. Pyth. V, 48. p. 476. statuisse videtur: „Aliud est *οὔτις ἐστιν οὔτ' ἔσεται*, aliud *οὔτις ἐστιν οὐδ' ἔσεται*. Illud verteris: *nemo est neque erit*, hoc: *nemo est ac ne erit quidem*." coll. ad Plat. Min. et Legg. p. 86. Dorvill. ad Charit. p. 641. Matth. Gr. §. 602. Add. Schaef. ad Dion. Hal. p. 299. Haud alia ratione post *non solum* differt *sed et* ab *sed etiam*. Vid. Goerenz. ad Cic. Legg. I, 9. Brem. ad Corn. Nep. VIII, 1, 5. Itaque in Plat. Phaed. p. 82. C. *οἱ ὀρθῶς φιλόσοφοι ἀπέχονται τῶν κατὰ σῶμα ἐπιθυμιῶν ἁπασῶν . . . οὔτε οἰκοφθορίαν τε καὶ πενίαν φοβούμενοι . . . . οὐδὲ αὖ ἀτιμίαν τε δεδιότες*, (h. e. *et vero ne infamiam quidem abhorrentes*) festinan-

tius ab Heindorfio p. 115. *οὔτι οἰκοφθορίαν* editum est. Solon. Fr. VI, 28. in Br. Anall. I. p. 60.

αἰεὶ οὔτε λέληθε διαμπερὲς ὅςτις ἀλιτρὸν
θυμὸν ἔχει, πάντως δ' ἐς τέλος ἐξεφάνη.

ubi Brunck. male punctum posuit post *ἔχει*. Caeterum in Trach. 143. si Elmsl. *νῦν τ' ἄπειρος εἶ* ediderit, non valde repugnabo. *Doed.*

V. 416. *τῆςδε τῆς μάχης πέρι* ex eo genere est supplementorum, ex quo si usitatissimum placuisset poetae, legeremus scriptum: *τῆςδε τῆς μάχης* [scil. *τὸ τέλος*] vel *τήνδε τὴν μάχην λέγω*. Nunc autem rarius quoddam praeoptavit, ut Thuc. II, 51. *σῶμά τε αὔταρκες ὂν οὐδὲν διεφάνη πρὸς αὐτό, ἰσχύος πέρι ἢ ἀσθενείας.* Latinorum idem usus est praepos. *de*, sed, quod sciam, in initiis potius periodorum. *Doed.* Sed quid, si scribas: *τῆςδε τῆς μάχης, περὶ* | *ἧς νῦν ἔχονται* h. e. *ἧς νῦν περιέχονται.*

V. 417. *ἧς νῦν ἔχονται. quibus nunc detinentur* Winsh. ut *κακοῖς ἔχεσθαι* in Hom. Od. XIII, 123. Sed vereor, ne h. l. attractio non placuerit Sophocli, propterea quod relativum versus fine dirimitur a nomine suo. Brunck. recte: *quam* (pugnam) *nunc conserere parant.* Nam *ἔχεσθαί τινος* est *aggredi aliquid*, ut Thuc. I, 18.

Ibid. *κἀπαναιροῦνται* h. e. *καὶ ἐφ' ᾗ ἀναιροῦνται.* Erf. *κἀπαναίρονται* margini adscripsit. Sic *αἱρεῖσθαι δόρυ* in Aristoph. Lys. 50.; cf. Bast. Ep. crit. p. 122. Sed utraque dictio proba. Gl. Vict. *ἀναδέχεσθαι, ἀναλαμβάνεσθαι· μήτε πόλεμον πρὸς μηδένα παρὰ τὴν Ῥωμαίων γνώμην ἀναιρεῖσθαι.* Quae ex Polybio deprompta esse videntur. Eur. Med. 874. *νεῖκος ἐξαιρουμένη*, quod „notatu dignum“ censet Elmsleius. He-

rodot. V, 36. *Ἑκαταῖος . . . . οὐκ ἔα πόλεμον βασιλεῖ τῶν Περσέων ἀναιρέεσθαι.* Xenoph. Exped. Cyr. V, 7, 27. *ὑμεῖς μὲν οἱ πάντες οὐκ ἔσεσθε κύριοι οὔτ' ἀνελέσθαι πόλεμον, ᾧ ἂν βούλησθε, οὔτε καταλῦσαι.* Isaeus Or. Cleon. p. 6. Reisk. *ἐκ λόγων τινῶν ἔχθραν ἀνείλοντο.* Ni fallor, *ἀναιρεῖσθαι πόλεμον* proprie est *belli consilium capere, ἀναίρεσθαι πόλεμον* autem (h. e. *δόρυ ἐπὶ πολέμῳ*) *arma capere.* Nostro loco *δόρυ* pro *πόλεμον* poetice. Sed nihili fuit *χεῖρας ἀνθαιρουμένους,* quod olim legebatur in Thuc. III, 32. *Doed.*

V. 418. *ὡς, nam* vel *siquidem: so würde dann.* Brunckius *ut* vertit, quasi *μήτε,* non *οὔτε* sequeretur. Blomf. ad Ag. 357. *ὧν* vel *ὧδ',* quia *ὡς ἂν* vel *ὅπως ἂν* non soleant praeponi optativo, nisi quando significent: *quo maxime modo.*

V. 419. *πόλιν.* Alii *πάλιν* legunt, male; in terram enim Cadmeam rediisse Polynicem, in concessis est; in urbem, non item. *Doed.*

V. 423. *αὐτοῖν.* Scholion interpretatur, *quantum in ipsis esset, quantum per ipsos staret.* Eodem modo *σφιν* v. 437. (444.) intelligendum foret. Quae tamen significatio num e solo dativo elici possit, pro certo mihi non liquet. Sed vid. ad 436. (443.) — *ἐπέμφθην,* ut v. 93. *πέμψασιν.* *Hell.*

V. 425. *δῶρον.* *ἐπὶ κακοῦ* dictum observavit Abresch. ad Aesch. I. p. 55. *Hell.* *κατήνεσεν.* Sic B. T. In membr. ut apud Aldum, depravate *κατήνυσεν.* *Brunck.* *κατήνεσεν, concessit, annuit.* Vid. infra v. 1704. et 1708. 1622. (1633.) et 1626. (1637.) *Musgr.*

V. 428. Tragicorum locos, ubi lapidatio commemoratur, congessit Dawes. M. C. p. 308. *Hell.*

V. 429. ἔρωτος ὠφελῶν. Participium cum genitivo constructum, ut 289. (296.) 1078. (1084.) et 1206. (1212.) vid. Lobeck. et Erf. ad Ai. v. 358. *Hell.*

V. 430. πέπων. Hesychius: πέπων, ἔκλυτος, ἀσθενής. Vid. Trach. 741. Eur. Heracl. 160. *Mollis* sonare videtur Aesch. Ag. 1374. Eum. 66. *Suavis*, in versu Aeschyli apud Athenaeum p. 51. C. Ὀργὴν πεπάναι, Aristoph. Vesp. 644. *Musgr.* ὀργὴ πέπειρα Trach. 728. *Hell.* In χρόνῳ et χρόνιον pleonasmum notavit Schaeferus. Similiter Trach. 103 seq. ποθουμένᾳ φρενὶ . . . . οὔποτ' εὐνάζειν βλεφάρων πόθον. Aesch. Choeph. 32. τορὸς γὰρ ὀρθόθριξ φόβος . . . ἀμβόαμα μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ, ubi Schütz. περὶ φόνῳ edidit. Similius etiam Ai. 600. παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος . . μίμνω . . . εὐνώμᾳ χρόνῳ τρυχόμενος. *Doed.* — Blomf. ad Aesch. p. 279. χρόνῳ πέπων mavult iungi, *temporis omnia lenientis ope.* Sed ne ita quidem posterius addi necesse fuit: multis tamen interiectis in fine enunciationis gravitatis caussa additum facilius excusatur, quam εὐτυχεῖς 555 post εὐπραξίᾳ. cf. Tr. 166. 167. *Hell.*

V. 431. κἀμάνθανον Scholiastes, quem sequitur Winshemius, pro tertia pluralis habet. Nec dissimulandum, plus ita indignationis et invidiae accedere. „Quamquam pulcre nossent iram deferbuisse, tamen extrusere infelicem, velut nihil spectantes, nisi ut mihi aegre fiat.“ Sed quum vix alio loco petulanter crudeles exhibeat suos Oedipus; malim illud verbum ad ipsum ita referri, ut sit prima singularis persona, et contineat confessionem erroris,

quo tantam sibi malorum molem contraxerit. Sic melius etiam procedit oratio in sequentibus. Illi enim non tum demum discebant, nimium in se saeviisse Oedipum: iam a principio quietioribus eorum animis ita videri debebat: at Oedipum id non, nisi postquam sedato doloris irarumque aestu resipuerat, sensisse, per se intelligitur. *Hell.* — ἐκδραμόντα h. e. *inepte, importune egisse,* ut πυθέσθαι οὐδέν ἐστ' ἔξω δρόμου in Aesch. Choëph. 514. *Doed.*

V. 432. τῶν πρὶν ἡμαρτημένων. Winsh.: *mihi ipsi graves poenas irrogasse priorum delictorum.* Sed Genitivus τῶν ἡμαρτημένων pendet a μείζω, non a κολαστήν. Recte igitur Brunck. *acerbiores me, quam pro delictis, poenas de me sumsisse.* Cf. Ai. 365.

μὴ
— πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει. *Hell.*

V. 433. τὸ τηνίκ'. Sic scribendum, ut articulus abundet; quemadmodum fit in τὸ δεῦρο, τὸ πάλιν. *Musgr.* — Vid. Lob. ad Phryn. p. 50. Erf. ad Trach. 990 correxit

τοτηνίκ' ἤδη τοῦτο μὲν πόλις, βία.

quod multo minus intelligo, quam vulgatam; ἤδη h. l. est *tandem*, vid. Iacobs. Additam. ad Athen. p. 19. coll. Locell. ad Xen. Eph. p. 262. τὸ τηνίκ' ἤδη id quod τότ' ἤδη. Abresch. Anim. ad Aesch. (Prom. 909.) I. 10. p. 58. „τότ' ἤδη. Minus bene intt. „*tum iam* pro *tum demum.* Plat. Theag. fin.“ Et τοῦτο μὲν πόλις ita dictum, ut pro τοῦτο δὲ οἱ sequatur tantummodo οἱ δέ. vid. Seidl. ad Eur. Iphig. T. 872. Herm. ad Vig. p. 701. Brunck. ad Aesch. Pers. 855. *Doed.*

V. 434. ἤλαυν' ἐμ'. Wakef. Fragm. D. 1. p. 592. χρόνιον. Hesychius: χρόνιον, ἀρχαῖον, ἢ μετὰ πολὺν

χρόνον. Utraque interpretatio cum huic loco convenire possit, glossam hinc desumtam esse, non iniuria suspiceris. *Musgr.* Vid. ad v. 430. (437.)

V. 435. οἱ τοῦ πατρός. Lego: οἴτου βάρος, *onus calamitatis:* ἐπωφελεῖν οἴτου βάρος *iuvare onus calamitatis* est, *solari, minuere, mitigare.* Vid. ad O. T. 503. (495.) et Phil. 892. *Musgr.* In οἱ τοῦ πατρὸς τῷ πατρὶ eadem est elegantia ac si dixisset γένος γένει, *geniti genitori. Doed.* Frustra igitur Canterus ἐκ τοῦ πάρος: unde Vauvill. οἴτου πάρος. — τὸ δρᾶν per τοῦτο λέγω, τὸ δρᾶν explicat Herm. ad Ai. p. 21. et fortius illud esse docet, quam sine articulo. cf. Matth. gr. p. 780. *Hell.*

V. 436. ἀλλ' ἔπους σμικροῦ χάριν. Aldus et membr. ἔπους μικροῦ. In B. ἐπ' οὐ σμικροῦ. In T. ἀλλά που σμικροῦ χάριν. Facetus est Gallicus interpres, qui haec accepit de verbulo, quod Oedipo exciderat: *un mot qui m'est échappé fut pour eux un prétexte suffisant.* Hoc autem verbulum imprecationes esse ariolatur, quibus Oedipus in priore dramate Laii occisorem devoverat a v. 236 ad 242. quo quidem nihil magis absonum excogitari poterat. Fieri potuit, ut ob diras illas universus Thebanus populus Oedipum ex urbe vi eiiceret: πόλις βίᾳ ἤλαυνέ μ' ἐκ γῆς. Sed qui patris caussam suscipere debebant, potius quam eum verbulo defenderent, eum expelli passi sunt. Nihil aliud significant haec verba ἔπους σμικροῦ χάριν. Possis tamen cum Camerario interpretari, *ob rem parvi momenti, levem ob praetextum, propter levem offensionem.* Nam ἔπος saepe adhibetur pro πρᾶγμα, res, quod Heynio meo observatum fuit in Excursu XV ad VI Aeneidos. *Brunck.* — De *re* (vid. Lobeck. ad Ai. p.

406.) s. *praetextu levi* si interpretaris, vereor, ut plene satisfiat legentibus. Nam quidni Oedipus plane eloquatur caussam facti? Quae futura praedicuntur v. 616. (620.) adcurate scire non poterat, quae acta et praeterita nostro loco perhibentur, adprime callere debuit. De peculiari igitur cogitans aliqua re, et quidem de offensione, in alia omnia abiit Camerarius, ex serioris aevi poëtis commenta quaedam huc transferens, a quibus noster plane abhorret. Minus alienum, nec tamen prorsus aptum, quod Gallicus interpres adfert. Utroque rectius ingeniosiusque Erfurdtius dictum illud Oedipi intellexit, qui paullo ante v. 429. (431.) ut exsilio mulctaretur, sibi exoptaverat. „Hoc dici *σμικρόν*, propterea quod nullius esset momenti, quippe irae aestuantis impetu prolatum. Id tunc filios Oedipi cupide adripuisse, quo excusatius possent patrem abigere, sibique thronum adrogare.“ Sic igitur Oedipus, utpote ira exacerbatus, rem de industria et oratorie quidem augere, atque aliter, quam factum est, loqui putandus erit: revera enim propter *μίασμα* eiectus fuerat. At desiderium tantummodo commemoratur v. 424. (431.) quod quamquam verbis extulisse Oedipum haud ita longe a vero absit, nescio tamen, quam adcurate hic *ἔπος* vocetur. Itaque Brunckii ratio, vertentis: *quia ne verbulo quidem caussam meam tueri adgressi sunt*, etiamsi non vss. 423. (430.) et 457. (444.), at certe 596. (600.) et 1557. (1363.) habet, quo commendetur: praesertim propter praecedentia v. 422. (429.) *οὐδ' ἔσχον οὐδ' ἤμυναν*, et rursus 435, 36. (442, 43.) *δυνάμενοι τὸ δρᾶν οὐκ ἠθέλησαν*, quibus verbis negligentia fere et omissa pietas arguitur; quam propter negligentiam officiique defectum ipsos auctores facinoris invidiose vocari potuisse, quis dubitet? Brunckio Iacobsius quoque adsentitur, mo-

neus, eandem sententiam sic posse efferri: ἐν πατρίδι ἔμενον ἄν, εἰ μὴ διὰ μικρὸν ἔπος. Conspirat etiam Scholion Petri Victorii: οἷον ἀντιλογίας βραχείας ἔδει, ποιήσασθαι αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ πατρὸς διωκομένου τῶν Θηβῶν. Breviloquentia illa (cogitatione enim supplendum ad ἔπους: μὴ λεγομένου) neminem offendere debet. Solent enim veteres pro defectu et absentia rei, ut Heynii verbis utar, (ad Hom. Il. Tom. VI. p. 25.) ipsam rem ponere. Exempla, a Schaefero aliisque collecta, reperies apud Erfurdtium ad Ai. 655. His adde Theogn. v. 693. ed. Br. ἔρδειν δ' ἀμφοτέροισιν ἀμηχανίη παράκειται· εἴργει γὰρ τοὺς μὲν χρήματα, τοὺς δὲ νόος. In hunc fere modum *accusare fidem* dixit Plaut. Merc. II, 3, 85. *accusare officium.* Cic. ad Div. II, 1. *premi re frumentaria.* Caes. B. G. V, 28. *pabulatione,* id. B. C. I, 78. *aetate et viribus* gravior Liv. II, 19. Plura dedit doctissimus Censor Aeschyl. Lafont. in Eph. Litt. Ien. 1822. Nro. 147. Vid. etiam, quae monuimus ad Lucan. Phars. I, 102, 103. Neutiquam igitur Brunckius novum sibi textum finxisse dicendus erit, ut visum est viro docto in libro: Bibl. d. alten Kunst und Litt. II, p. 137. *Hell.*

V. 437. σφιν. v. supra ad 423. (430.) et 436. (443.)

V. 438. ἐκ ταῖνδε δ' οὔσαιν παρθένοιν. Sic bene Aldus cum codd. veteribus. Prava Triclinii lectio κἀκ ταῖνδε, quae sane emendationis indiget, viro nescio cui docto suspicionem movit, scriptum a poeta fuisse κἀκ ταῖνδε δισσαῖν. Verum nemo non videt copulam hic alieno loco positam, cum series orationis adversativam particulam δὲ flagitet. [Ex ed. rec.] *Brunck.* (Pierson. ap. Valck. ad Phoeniss. 1249.)

Nec Sophocles usquam, quantum equidem novi, δισσός numero duali usurpavit. Verte: *ex his autem, quanquam virgines sunt. Doed.*

V. 439. γῆς ἄδειαν. (oppos. φυγάς 444.) ut τροφὰς βίου, et πτωχός. Non enim victu solum quaerendo demeruerat patrem Antigone, sed perduxerat etiam eo, ubi tutus ab insidiis placidum miseriarum suarum habiturus esset exitum. Cuius duplicis beneficii laus ad Ismenen quoque pertinet propter aequalem pietatis ardorem. Supra v. 546 (353) adcuratius distinxerat Oedipus. — γένους ἐπάρκεσιν. Brunckius *dulcia liberorum ministeria*: Erfurdtius *solae gentis reliquiae* reddit, monens hic quidem, ἐπάρκεσιν (quod voc. ut supra 74 ἄρκεσιν notarunt Porsonus et Herm. ad Hec. 752.) esse, *quod sufficit.* Plus gravitatis sic conciliari sententiae, clarum est. Filios enim quasi nullos ita dicit Oedipus. Utramque rationem quodammodo coniunxit Musgravius interpretans: *omne id praesidium, quod quisque a consanguineis suis consequi studet. Hell.*

V. 443. λάχωσι. Libens τύχωσι amplecterer, si id liber antiquus offerret. Vide notam ad Elect. 364. [Ex ed. rec.] *Brunck.*

V. 444. Quum οὔτε et οὔτι passim permutentur a librariis neque οὔτι saepius apud tragicos habeat οὔτε in apodosi, οὔτε reponere haud dubitavi. Vid. ad Oed. T. 817. *Elmsl.*

V. 445, 446. Concinnior videretur lectio ξυννοῶν τε τἀξ ἐμοῦ. *Brunck.* Praeiverat Heathius, secutus est Reisigius, iure illi particulae τε sede offensi, si quidem de totius loci intellectu consentiebant cum Brunckio. Nobis longe aliter videtur. Verterat enim

Brunckius: *Hoc ego novi huiusque oracula audiens simulque reputans mecum vetera responsa, quae mihi olim effecta dedit Apollo.* Intellexit ergo ea oracula quae Phoebus edidisset Oedipo consulenti; eodemque spectat Musgravii nota ad ἤνυσεν: „non „cecinit tantum sed eventu comprobata dedit. Ant. „1192. (1175.)“ Sed vereor ne τὰ ἐξ ἐμοῦ παλαίφατα non possint ea oracula indicare quae edita sint alicui vel adeo ad aliquem pertineant. Longe alia enim ratio est in illis τἀπὸ σοῦ v. 1617 (1628) vel τὸν ἐξ ἀΐδα πατέρα El. 137 vel ἡ ἐξ αὐτῶν ξύνεσις Thuc. III, 42 vel quae passim leguntur eiusdem generis. Hac causa non minus quam cupidine conservandi vulgatum verborum ordinem impellor, ut ita locum explicem: *Hoc ego non iam auguror, sed certo etiam scio, dum Ismenes oracula, modo audita, et illis iam pridem a me editas voces quibus tandem aliquando eventum dedit Apollo, mecum reputo atque inter se confero.* Constructio quippe haec est: τοῦτ' ἐγῷδα, ξυννοῶν τῆςδέ τε μαντεῖα τά τε ἐξ ἐμοῦ παλαίφατα. Per haec παλαίφατα ea intelligo, quae ipse Oedipus olim, cum aut domi male haberetur aut patria expelleretur, filiis suis dira imprecatus fuerat, scilicet ut inter se ipsos quandoque dissiderent; quae dirae et infra a Polynice v. 1293 (1299) ἡ σὴ ἐριννύς et in Aesch. Theb. 766

τέλειαι γὰρ παλαιφάτοι ἀραὶ

vocantur. Itaque μαντεῖα et παλαίφατα obiecta sunt verbi ξυννοῶν, participium ἀκούων autem διὰ μέσου est positum; ποτέ non *olim*, sed *tandem aliquando* significat ut v. 801 (805) et Aesch. Prom. 997. Nam primum, quod rixabantur filii, hac re eventum cerni imprecationis suae, diu ac frustra (id

quod v. 388 (395) satis acerbe exprobaverat) exoptatum, cognoscit; deinde quod Ismene oracula memoraverat quibus filii paternam benevolentiam ac societatem sibi comparare iussi essent, magis etiam declarabatur, curae tunc Oedipum divis esse coepisse. Utrum τῆςδέ γε praestet an τῆςδέ τε, non audeo decernere. *Doed.*

V. 452. δημούχοις. Recte Winsh. *popularibus.* Sic πολισσοῦχος Aesch. Eum. 872 et 997 et γαιάοχος passim. Brunckius: *populi vestri praesidibus. Hell.*

V. 454. πόνους. Non ἀρεῖσθε subaudiendum, quod λήψεσθε significat, sed potius δώσετε. Vid. Brunck. aliosque ad El. 435. *Elmsl.*

V. 456. ἐπεμβάλλεις ut nos: *sich aufwerfen.* Haud scio an huc pertineat Horat. I, 2, 18.

Iliae dum se nimium querenti
Iactat ultorem.

Winsh. et Brunck. *polliceris*: Erfurdt. *addis, oratione adiicis. Doed.*

V. 460. κατέστειψας. Non spernendum κατάστειψον, quod praebet Scholiastes. Cf. Eur. Heracl. 227. Citantur v. 482, 3, 4, 5. 462, 63, 64, 65 (469 70, 71, 72) a Scholiasta Aristophanis ad Acharn. v. 960. ubi legit λάβῃς v. 484. (471.) *Musgr.* gl. V. στείβοντες εὖ πατοῦντες.

V. 462. ἱερὰς adpellatas fuisse aquas et propter usum in sacris et quia fluvii in universum sacri erant, docuit Spanhem. ad Callim. p. 117.

V. 465. θιγών, quod iam Aldus ediderat, nuper

pro Brunckiano θίγων restituit Schaeferus, coll. Ai. 1410 ubi Schol. θιγών ἤγουν ψαύσας. Vid. Monk. ad Eur. Alc. 1136. Sed Brunckius minus accurate vertit: *ex fonte affer libamina puras admovens manus.* Malim: *Ex fonte pete libamina manibus puris et quas prius laveris.* Nam θιγεῖν sc. πηγῆς est *fonte lavari.* Aesch. Theb. 44. θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου. Pers. 202. ἔψαυσα πηγῆς. Propterea etiam comma sustulimus post ἐνέγκου. Tibull. II, 1, 14.

Et manibus puris sumite fontis aquam.

Praeterea ἐνέγκου quod vulgo legitur, si analogiam spectes, nihili est, nisi forte credas, a Graecis ipsis hanc formam quia compositi verbi speciem quandam haberet, παροξυτόνως potius ut ἐπιλάθου, quam περισπωμένως ut λελαθοῦ ponuntiatam vel scritam fuisse. Non memini usquam alibi vel ἐνέγκου vel ἐνεγκοῦ legere, sed ἐνεγκοῦ rescribendum esse inde fit credibile, quod illa compositi verbi species saepe imposuit librariis ut in accentum peccarent, cum aliis locis, tum in Phil. 873 ubi ἐνέγκειν legebatur. Fortasse ἐνέγκαι praestat; vid. ad v. 5. De ἐνεγκοῦ consentit Elmsleius. *Doed.*

V. 464. ὅταν δὲ. Purgold. Obss. p. 216. πόθεν δὲ.

V. 465. κρατῆρες haud dubie λάϊνοι, ut in Hom. Od. XIII, 105. — τέχνη *opus arte factum.* Schaef. ad Long. p. 562. *Doed.*

V. 466. ἀμφιστόμους, quae os seu marginem cingunt. ἀμφίστομος φάλαγξ Vict. gl.

V. 467. κρόκαισιν *filis laneis. Musgr.* νολῷ τρόπῳ. Subaudi ἄλλῳ. Eodem modo Eur. Hec. 1254.

Sic Latini scriptores *quonam modo* h. e. *quonam alio modo*. V. Goerenz. ad Cic. Acad. I. pag. 64. *Schaefer*.

V. 468. οἰὸς νεογνῆς νεοκόπῳ μαλλῷ βαλῶν. Mendose in Aldina editione, ut in membr. νεοτόκῳ. In duobus aliis pessime οἰοπόκῳ μαλλῷ λαβών. Quorum verborum ultimum ex frequenti librariorum lapsu in permutandis λαβεῖν et βαλεῖν. Libri omnes habent οἰὸς νεαρᾶς, quod mendosum esse titubans metrum arguit. In voce νεαρᾶς, media corripitur, nec ulla ratione produci potest. Non placet subditum ab Heathio fulcrum, legente: οἰός γε νεαρᾶς. Elegans est et docta Valck. coniectura, quam pro merito suo recepimus, οἰὸς νεογνῆς. Genuinae vocis locum invasit glossa. Hesych. νεογιλῆς, νεογνῆς, νεαρᾶς, νέας, νεωστὶ γεννηθείσης. [ex ed. rec.] *Brunck*. — νεαρᾶς. Marklando penultimam huius vocis (ad Eur. Hippol. 1359.) producenti non assentiuntur viri docti. Legendum forte νεωροῦς. Vid. Elect. 907. (889.) huius fab. 763. (726.) (750.) Eur. in frag. Thes. IV. Philetas νεωρὲς πῆμα apud Stobaeum serm. CII. — νεοπόκῳ coniectura est Canteri felicissima quidem ea et certissima. *Musgr*. Nos Heathium sequimur, quandoquidem γε huic loco ut in quo adcuratius respondeatur, quam ex interrogationis ratione expectari poterat, aptissimum est. vid. Actt. Monac. I. p. 43. — Schaeferus νεογῆς et „λαβών. Saepius ex quadam abundantia adiectum hoc vocabulum.“ Verba sunt Dorvillii ad Chariton. p. 591. Infra v. 861. τόνδ᾽ ἀπάξομαι λαβών. Aristophanes Δαιταλ. Fragm. XVI. Ἆισον δή μοι σκολιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος. Inprimis compares Homer. Il. XII, 451. s. ὡς δ᾽ ὅτε ποιμὴν ῥεῖα φέρει πόκον ἄρσενος οἰὸς Χειρὶ λαβὼν ἑτέρῃ.“ Brunckianum βαλών si verum est, aut

per περιβαλὼν explicandum erit, ut in Pind. Pyth. VIII, 59. Boeckh.

χαίρων δὲ καὶ αὐτὸς
Ἀλκμᾶνα στεφάνοισι βάλλω.

aut per ἐπιβαλὼν ut in Trach. 915.

δεμνίοις
τοῖς Ἡρακλείοις στρωτὰ βάλλουσαν φάρη.

et Phil. 67.

λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς. *Doed.*

V. 469. τὸ δ' ἔνθεν. Recte Brunckius *quod reliquum est.* Anon. Angl. in Winshemii modum ἔνθεν de *interna parte* (*libationibus*) intelligit, quum antea de *externo ornatu* praecepisset chorus. *Hell.*

V. 470. πρὸς πρώτην ἕω. Ovid. Fast. IV, 775.

— haec tu conversus ad ortus
Dic ter.

Taurus ap. Senec. Oed. 358. primos ad ortus positus. Val. Flacc. III, 437.

Phoebi surgentis ad orbem
Ferre manus. *Musgr.*

Vid. Lips. ad Tac. Hist. III, 24.

V. 472. τρισσάς γε πηγάς, τὸν τελευταῖον δ' ὅλον. „Ternis singulas urnas fluminibus effunde, quam autem ultimo loco effundes, eam uno flumine effundas. „Sacer hic numerus est. Aesch. Ag. 1386. τρίτην ἐπενδίδωμι. Sophocl. Ant. 481. χοαῖσι τρισπόνδοισι.“ Theocrit. Epigr. IV, 10. τρισσὰ θύη τελέσαι. Schwenck. ad Choeph. 548. p. 95. χοαῖσι τρισπόνδοισι Erfurdtius ad Ant. l. l. de triplici lactis, vini, mellis mistura intellexit. Mirum si cuipiam videatur, quod, cum accurate doceatur quot quisque crater libaminibus sit evacuan-

dus; de numero craterum taceatur, hunc praesens cogniturus erat Oedipus, libandi rationem ac ritum non erat. *Doed.*

V. 474. *μελίσσης.* pro *melle.* vid. Lobeck. ad Phryn. p. 187. Hesych. T. II. p. 566. *ΜΕΛΙΣΣΟΚΡΑΣ·* ἡ γλυκεῖα δέλτος ἢ (fort. ἡ) μέλιτι κεκραμένη. Orph. Arg. 576. ed. H. μελισσορύτοις ἅμα νασμοῖς. *Doed.* Imitantur Romani poetae in *murex, elephantus,* all. De asyndeto vid. ad 1158, 1159. (1164, 1165.) *Hell.*

V. 475. γῆ μελάμφυλλος *frondosa* Winsh. *herbida* Brunckius. Sed significat potius *regionem arborum densitate obscuratam* i. e. *nemus.* Schol. ad Pind. Pyth. I, 27. Boeckh. Αἴτνας ἐν μελαμφύλλοις κορυφαῖς. Μελάμφυλλος πολύδενδρος· ἡ γὰρ τῶν δένδρων πυκνότης βαθεῖαν ἐργάζεται τὴν ὕλην. Sic Samus ap. Hesych. T. II. p. 562. audit μελάμφυλλος, quae eadem in Hom. Il. XIII, 12, ὑλήεσσα appellatur. Et Anacreon δάφνα μελάμφυλλος χλωρά τ' ἐλαΐα apud Schol. Soph. Ant. 134. Idem valet *nigrum nemus* Virg. Georg. III, 333. *Nigritia* enim densitatis et copiae est imago, ut in his exemplis, ita in Homeri κρήνῃ μελανύδρῳ. Elmsleius addit μελάμφυλλα τ' ὄρη δάσκια ex Aristoph. Thesm. 1006. *Doed.*

V. 479. 480. ἐξ εὐμενῶν στέρνων. Aesch. Choeph. 157. κλύε ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός, quae perperam intelliguntur a quibusdam. cf. Blomf. ad Aesch. Ag. p. 203. Caeterum non silentio praetermittenda est Reisigii sententia, εὐμενεῖς pro Εὐμενίδας legendum esse censentis. *Doed.* — σωτήριον. Passive accipiendum ut λυτήριον. Trachin. 563. ubi plura. *Musgr.* Etiam Brunckius *sospitem;* et concordare videtur Scholion.

Vid. ad 1194. (1200.) Tenet tamen activam significationem Bothius, ut sit σωτῆρα τῆς γῆς ἐσόμενον. Ad quod firmandum Reisigius laudat v.v. 453 (459) et 456 (463.) Verumtamen hoc si vellet Sophocles perspicuitatis gratia pariter, atque in illis vv. factum est, additurum fuisse crediderim vel πόλει vel γῇ. Et Oedipo haec res, quod *salutem ipsi afferebat*, peculiaris erat, ritus autem nunc communis omnibus, qui Furias adituri sint, describitur, non unius Oedipi in gratiam inventus. *Hell.*

V. 481. σύ τ' αὐτός a Reiskio excogitatum nunc Codd. autoritate confirmatur, nam nec γε satis aptum est, et καί, ubi *sive* significat, non facile caret altero καὶ vel τε ut ita dicam, praeparativo; v. 449 (455.) καὶ Κρέοντα. . . . . κεἴ τις ἄλλος. Ant. 328. ληφθῇ τε καὶ μή. Aesch. Theb. 1066. δράτω τε πόλις καὶ μὴ δράτω ut recte nunc legitur. Thuc. II, 52. εὖ τε καὶ χεῖρον εἰπόντι. *Doed.* κεἴ τις ἄλλος. Munitur via vss. 488 (495) sequ. Non prorsus decernere audet Chorus, num senex satis validus sit. *Hell.*

V. 482. ἄπυστα φωνῶν, manu haud dubie ad os admota, de quo ritu vid. Muret. Var. Lectt. X, 1. — Gramm. ap. Bekk. Anecd. T. I. p. 441. Ἄπυστα· ἀνήκουστα. — *Ibid.* μηδὲ μηκύνων βοήν. *non elata voce* Brunckius, ut idem sit, quod ἄπυστα φωνῶν, quemadmodum in illis γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα. Ac sane verbum μηκύνων haud minus illa significatione gaudet, quam μακρός in μακρὸν ἀΰσειν. Neque aliter intelligendum προφάσει μακρὰ προσεύχονται in Ev. Luc. XX, 47. Sed quum βοή saepissime de precibus usurpetur, ut in El. 630. Aesch. Theb. 269 νόμισμα θυστάδος βοῆς. Choeph. 500 λοισθίου βοῆς. Eur. Phoenn. 1036 ἰήϊον βόαν. add. Welcker. ad Hippon.

Fr. p. 26. non absurda est ea explicatio, quam proposui in Spec. p. 92. *brevi precatione*, ut μηκύνειν λόγον infra v. 1114 (1120). *Doed.* Insigni acumine ibi locum hunc superiori 129 (130) adaequavit collega meus, cui fortasse adsentirer, si praeter submissionem vocis, quam his verbis significari pridem monui, brevitatem etiam precationis in Furiarum cultu commendari probaretur; nisi quod Scholion ad ἄπυστα φωνῶν explicandi caussa συντόμως adfert. *Repressa voce* etiam Reisigius. *Hell.*

V. 483. ἄστροφος. Conf. Aesch. Choeph. 97. Virgil. Eclog. VIII, 102.

Fer cineres —
Transque caput iace, ne respexeris.

Nunquam te convertens Anon. Angl. quem sequitur Brunckius. Minus graviter Winsh. *aversus.* Illud severitas istius religionis suadet. Succurrit Lothi uxor et fabula de Orpheo et Eurydice. In simillima καθαρμοῦ Attici descriptione ap. Aesch. Choeph. 96 tam huius rei, quam silentii fit mentio.

ἢ σῖγ' ἀτίμως, ὥςπερ οὖν ἀπώλετο
πατήρ, τάδ' ἐκχέουσα, γάποτον χύσιν,
στείχω, καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψας, πάλιν,
δικοῦσα τεῦχος, ἀστρόφοισιν ὄμμασιν;

nec poenitebit contulisse Orph. de Lapidd. 750.

καὶ στέψαι πλέξαντας ἀκρόδρυα καρποφόροιο
παρθενικῆς ἀφελόντας ἐλαίης, μηδ' ἀκορίστους
σφωιτέροις πέπλοις ἐλέειν οἰκόνδε κιόντας·
μηδὲ, μεταστρωφᾶσθαι, ἐπεὶ κ' ἀπὸ νόσφι τράπησθε.

Cf. Ovid. Fast. I, 148. *Hell.*

V. 484. θαρσῶν. Perperam Aldus et codd. θαῤῥῶν. — παρασταίην. Sic emendate scriptum in B. Ceteri cum Aldo παρασταίμην, quae forma ne graeca quidem est. *Brunck.* Videntur quidam παρισταίμην legisse. *Doed.*

V. 486. προσχώρων dubitari potest sintne *indigenae*, i. q. ἔγχωροι, uti vertunt vulgo, an *finitimi* potius, ut in Aesch. Pers. 272. Infra v. 1059 (1065) eadem vel similis ambiguitas. *Doed.*

V. 488. λείπομαι γὰρ ἔν. Bothius et Elmsl. ad Eur. Med. 205 οὖν. ne versus deturpetur, credo, quia male exeat in praepositionem. Id sive licet sive non licet, h. l. λείπομαι ἔν per tmesin est dictum pro ἐλλείπομαι, *non sufficio.* Nam ne hoc quidem tmeseos genus, quod cum anastrophe est coniunctum, ita raro reperitur apud tragicos, e. gr. Phil. 343. Schwenck. ad Aesch. Eum. 292. Scio multo frequentius hoc sensu legi ἐλλείπειν quam ἐλλείπεσθαι (quanquam in Thuc. V, 105. τῆς μὲν τοίνυν πρὸς τὸ θεῖον εὐμενείας οὐδ' ἡμεῖς οἰόμεθα λελεῖψεσθαι haud scio an rectius scribatur ἐλλελεῖψεσθαι) quod si cui magni momenti esse videbitur, ei suppeditabit ed. Brub. λείπομεν, incertum unde depromptum. Ita τῷ μὴ δύνασθαι seqq. sunt ablativi instrumentales, quod bene vidit Schol. ὑπὸ δύο κακῶν. scil. ἀσθενείας καὶ τυφλότητος. Reisig. iungit ἐν δυοῖν κακοῖν. quam structuram satis elegantem esse cuinam persuasurus sit, ipse videbit. *Doed.*

V. 489. μήθ' ὁρᾶν. Elmsl. ad Med. 205. μηδ' ὁρᾶν. Vid. ad v. 422 (429.)

V. 491. κἀντὶ μυρίων μίαν. En insigne caelestis doctrinae, eiusque antiquissimae, vestigium. *Hell.*

V. 492. ἐκτίνουσαν. Sic omnino legendum cum Cantero Nov. Lect. V, 25. invitis etiam codd. qui in mendosa impressorum lectione consentiunt, quam inepte Scholiastes interpretatur. *Brunck.* ἐκτείνουσαν restitui, non quidem eo sensu, ut vel ἐκτείνειν λιτάς (hae enim intelligendae per τάδε) idem sit ac μηκύνειν, id quod alienissimum foret ab huius loci sententia, vel supprimatur molestiae significatio, uti olim iudicavi in Spec. Soph. p. 93. Sed ἐκτείνειν λιτάς dictum pro χεῖρας ἐκτείνειν μετὰ λιτῶν seu ἐν vel ἐπὶ λιταῖς. Saepe enim fit in locutionibus praesertim solemnibus, ut breviloquentiae gratia, omisso eo nomine quod proprie obiectum sit, reliqua locutionis pars adsciscatur in obiecti locum; qualis ratio obtinet in κόπτεσθαι νεκρόν pro στέρνα ἐπὶ νεκρῷ, in δαίειν γάμον h. e. δᾷδας ἐπὶ γάμῳ, in *pontem iungere* pro *fluminis ripas ponte iungere*, in *foedus ferire* et aliis. Atque haec quidem in vulgarem usum abierunt. Sed multa id genus haud dubie etiam novavit Sophocles. Sic Ai. 55 ἔκειρε πολύκερων φόνον h. e. ἔκειρε τοὺς πολυκέρως φόνῳ. Ibid. v. 376 αἷμ' ἔδευσα pro γῆν αἵματι. Aesch. Prom. 482 μηδ' ἀτιμάσῃς λόγους (i. e. ἐμὲ λόγων) quae non debebant sollicitari a Blomfieldio, λόγου substituente. Sed non analogia sola nitimur. Eur. Andr. 95

θρήνους πρὸς αἰθέρ' ἐκτενοῦμεν.

Or. 275

πολλὰς γενείου τοῦδ' ἂν ἐκτεῖναι λιτάς.

Aesch. Ag. 824

θεοῖς μὲν ἐξέτεινα φροιμίον τόδε.

Pers. 575

τεῖνε δὲ δυςβαΰκτον βοᾶτιν τάλαιναν αὐδάν. *Doed.*

V. 493. τι dubitari potest utrum cum ἐν τάχει coniungendum sit, eodem sensu quo σὺν τάχει τινὶ

legitur in Ai. 845, uti τι adverbiis σφόδρα, ὁμοῦ addi solet, e. gr. El. 609. Ant. 466; an cum πράσσετον, ut sit pro τούτων τι h. e. ταῦτα (vid. ad v. 1030.) an denique τοι, Vinileii lectio, praestet. *Doed.*

V. 495. vid. ad 390 (397.) Elegans Iacobsii coniectura: ὧδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ. *Hell.* οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ non credo per abundantiam adiecta esse post ἔρημον, ut κοὐχ ἑκὼν post βίᾳ. Differre enim videtur ὑφηγητήρ ab ἡγητήρ; ἡγεῖται, qui alii viam monstrat, aut praeeundo aut manu ducendo, ὑφηγεῖται autem, sublevat progredientis corpus, id quod Vulcani ministrae fecerunt in Hom. Il. XVIII, 417.

ὑπὸ δ' ἀμφίπολοι ῥώοντο ἄνακτι.

et v. 421.

αἱ μὲν ὕπαιθα ἄνακτος ἐποίπνυον.

Atqui Oedipus utpote coecus non potuit ἔρημος ἕρπειν, utpote senio fessus ὑφηγητῆρος eguit; cf. v. 144 (148.) Itaque etiam infra v. 1577 (1588) vel hac de causa ὑφηγητῆρος praestat. Non tamen dissimulandum, coniectura potius et analogia, quam exemplis et usu niti illud, quod statui discrimen. Nam in El. 1502. Oed. T. 966. 1260. Eur. El. 667 praepositionis vis nulla est. Et Ammon. p. 140 s. ὑπάγειν· οἱ δέ φασιν ὅτι ὑπάγειν λέγομεν ἀντὶ τοῦ προάγειν, ὥςπερ ὑφηγητὴν ἀντὶ τοῦ προηγητήν. De significatu vocis in Automed. Epigr. VI, 3. (Brunck. Anall. T. II. p. 208.) non liquet. *Doed.*

V. 497. Legitur vulgo, τὸν τόπον δ' ἵνα χρῆ 'σται μ' ἐφευρεῖν. In B. χρησαί μ' ἐφευρεῖν. Ceteri nihil variant. Absurda lectio. Nihil expedit Scholiastae explicatio, ad χρῆ 'σται tantum pertinens, eaque falsa. Etiamsi vera esset, remaneret adhuc vi-

tium in ἐφευρεῖν, verbo activo, cui subdi debet nomen rei inveniendae. Perspicua est sententia ad quam revocanda verba: *Locum autem, ubi res quibus usus est inveniam, hoc doceri volo*, τὸν τόπον δ' ἵνα τὰ χρεῖ' ἐφεύρω, τοῦτο βούλομαι μαθεῖν. — τὰ χρεῖα, τὰ χρήσιμα. Nomen est adiectivum χρεῖος, *utilis*, quod alias etiam *indigum* notat, ut apud Eurip. Herc. Fur. 51. 1340. *Brunck.* χρῆ 'σται μ' ἐφευρεῖν. Reponit Canterus χρεί' ἔστι. [Debebat hoc esse χρεία 'στ] Sed, ut nullus de anapaesto in secunda pede scrupulus nascatur, vereor ut satis poeticum sit τόπον, ἵνα χρή μ' ἐφευρεῖν. Tentabam:

χρῆ στάγμ' ἐπιῤῥεῖν τοῦτο —

'Επιῤῥεῖν pro ἐπιχεῖν. Vide ad Eur. Hecub. 528. Στάγμα, *libatio*. Vide Aeschyl. Pers. 614. Anthol. p. 447. Vel:

χρῆ στάγμ' ἀφιεροῦν τοῦτο —

Inscriptio apud Schol. Pindari in Olymp. III. epod. 2. Ταΰγέτα ταύτην ἀφιεροῖ 'Αρτέμιδι. *Musgr.* Suspicabar: ἵνα χρεών μ' ἐφευρεῖν τοῦτο, β. μ. *Locum, ubi istud, quod ad peragendum sacrum facit, invenire debeam.* τοῦτο legas, an ταῦτα, nihil videtur interesse. *Iacobs.* Ipse in Specim. p. 42 conieceram

ἔσται μ' ἐφευρεῖν

in quod idem Erfurdtium video incidisse „ut χρὴ sit interpretatio. Lex. Xenoph. in εἰμί“ Sed margini idem adscripsit: ἵν' ἂν | χρεῖ' ᾖ μ' ἐφευρεῖν. Ahlwardt in Ephemm. An. 1814, 167 χρεών vel χρῄζει. Vauvillersius χρῆναί μ' ἐφευρεῖν. Burgess ad Eur. Troad. p. 180 et Schaeferus: ἵν', ἃ | χρή, 'σται μ' ἐφευρεῖν. Bothius χρῆστ' αὖ μ' ἐπαίρει, et nuperrime

Elmsleius χρὴ στέμμ' ἐφευρεῖν. Wolf. Anall. II. p. 456. „Legebatur ante Brunckium χρή 'σται pro χρεία „ἔσται, neque id offendit Scholiastas; nec difficilius „vocales ειαε in unum coire potuerunt quam in aliis „vocalibus ωοι, αιοε, αιόα, αιηα, utrum autem illudne „vulgatum reliquerit poeta, an χρεί' ἔσται an aliud „quid mihi non liquet." Similiter Reisigius, χρῆσται scribens et Theoph. Car. Guil. Schneider. de dialect. Soph. p. 29. „χρῆ ἔσται i. e. χρεία (χρεᾶ, χρῆ, ut „Ἡρακλέεα, Ἡρακλέα, Ἡρακλῆ)" Hermanno futurum syncopatum ad formam ἔσται, idque mihi quoque verissimum videtur, praesertim cum Reisigius ex Suid. T. III, p. 683 afferat: λέγουσι δέ ποτε χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ δεῖ. Φερεκράτης Λήροις·

τὸ δ' ὄνομά μοι κάτειπε, τί σε χρῆσθαι καλεῖν;

Ἀριστοφάνης Λημνίοις·

ἡ καρδία —; ἀλλὰ πῶς χρῆσθαι ποιεῖν;

Comparari posse cum hoc loco videatur glossa Hesychii T. 1. p. 905. ΔΕΙΝ· χρή, ἀναγκαῖον· πρέπον· ἢ προσῆκον, nisi hoc ex δέον potius quam ex δέειν contractum est, ut πλεῖν ex πλέον. Utut est, pari iure illos locos poteris ex nostro emendare, quam nostrum, ut Reisigius fecit, ex illis. Futuri activam formam χρήσει habet Herodot. VIII, 8, 4, nec nihil huc facit δεῖσθαι infra v. 566 (570) ubi vid. *Doed.*

498. τοὐκεῖθεν. hoc est: τὸ ἐκεῖθεν ὁρώμενον μέρος τοῦδε ἄλσους. Ald. τοῦ 'κεῖθεν. Sed ita genitivi non habent, unde pendeant. — Pro του suspiceris που, quia in σπάνιν τινά του abundantia quaedam inest. Sed non multum dissimilia sunt Od. XVI, 64. ὣς γάρ οἱ ἐπέκλωσεν τάγε δαίμων, et Herod. I, 170. οὕτω μὲν δή σφι γνώμας τοιάςδε ἀπεδέξαντο. Et vero si tamen vitio vacat Eur. Andr. 724.

ἔστι γάρ τις οὐ πρόσω
Σπάρτης πόλις τις. *Doed.*

V. 504. *ἐπεγείρειν.* gl. *ἀνακινεῖν.* *Brunck.*

V. 505. *ἔραμαι.* vid. Brunck. ad O. T. v. 596. *ἔραμαι πυθέσθαι.* Herm. de metr. *ὅμως ἔραμαι δὲ πυθέσθαι,* Erf. *ἔραμαί γε.* coll. v. 79. 558. (562.) El. 1363. Erf.

V. 506. *ἀπόρου φανείσης.* Amant poetae hoc participium addere, aut pro *φαίνεται εἶναι,* ut h. l. aut pro *ὡς φαίνεται ὄν,* Trach. 1.

λόγος μὲν ἔστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς

et v. 453.

ὡς οὐχ ἡ Λυδία
πέρσειεν αὐτὴν, ἀλλ' ὁ τῆσδ' ἔρως φανείς.

ubi Musgr. *σφαλείς* coniecit. Et v. 186.

ἥξειν φανέντα σὺν κράτει νικηφόρῳ.

Buttm. ad Phil. 761. *δύστηνε δῆτα διὰ πόνων πάντων φανείς.* ubi Wakef. *φθαρείς.* *Doed.*

V. 508. *ἀλγηδόνος* legunt Dupuis et Burgess. Subaudi *περὶ* ut supra v. 368. 548. (355.) *Musgr.*

V. 509. *ἀνοίξῃς.* Sic libri omnes optime. In eadem perstat metaphora. Aperiuntur enim, *ἀνοίγεται,* id est, palam fiunt, quae excitantur, *ἃ ἐπεγείρεται.* Vim verbi declarat Scholiastes: *μὴ ἀναπτύξῃς μου τὰ ἀναιδῆ ἔργα.* Cave verbum elegans cum *ἀνάξῃς* commutes, quae futilis est Gallici interpretis coniectura. *Brunck.* Nempe *ἀνοίξῃς.* Vauvill. coniecerat. Aesch. Suppl. 322.

καὶ τοὖδ' ἄνοιγε τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ. *Doed.*

V. 510. πέπονθ' ἔργ' ἀναιδῆ. Antistrophe parum congruit, quanquam verba valde commendantur coll. v. 259 (266) seq. Hermannus igitur olim de metr. p. 436. duos fecit versus

τᾶς σᾶς πέπονθ'
ἔργ' ἀναιδῆ

et in antistrophe

δυςώνυμα
λέκτρ' ἔπλησας

Bothius edidit

τᾶς σᾶς πέπονθά γ' ἀναιδῆ

Reisigius denique, quod idem Erfurdtii exemplo adscriptum sed ab ipso deletum conspicitur,

τᾶς σᾶς ἃ πέπονθ' ἀναιδῆ

Lachmann. Chor. p. 240.

τᾶς σᾶς· π ά θ ο ν ἔργ' ἀναιδῆ.

Proxime a librorum scriptura abest, quod Martino quoque in mentem venit,

τᾶς σᾶς, πέπον' ἔργ' ἀναιδῆ

Ne, per hospitium te oro, resuscites impudica ista facinora, quae tempore iam concocta sunt et lenita. cf. v. 430 (437.)

χρόνῳ δ' ὅτ' ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν π έ π ω ν.

coll. ὀργὴ πέπειρα. — ἀναυδῆ coniecit V. D. in Eph. Ien. 1804 p. 179. In promptu quidem est respondere, ἀναιδές quoque nonnunquam dici quicquid aut modum excedit aut admiratione dignum est; sed *impudicitiae* notionem ne plane omittamus, monet v. 974 (978.) *Doed.*

V. 514. στέρξον. Schol. Ms. ἤγουν πρόςδεξαι ἃ δηλονότι λέγω, καὶ μὴ ἀποστραφῇς τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. *Brunck.* *Morem gere mihi* Brunckius cum Schol.

Malim aut cum Blomf. ad Prom. II. p. 102. *tolera, concede*; aut potius: *tempera tibi*, i. q. μετρίαζε in Phil. 1184. Sic Trach. 994. οὐ γὰρ ἔχω πῶς | στέρξαιμι κακὸν τόδε λεύσσων. *Doed. Boni consule* ego cum Winsh. *Hell.*

V. 515. πεῖθου. Mollius esse, quam πιθοῦ, docet Hermannus ad El. v. 1003, vertens, *sine tibi persuaderi. Hell.*

V. 516. *sqq.* ἤνεγκον κακότατα Winsh. et Brunckius: *sustinui pessima.* Sed seqq. quae opponuntur, parum quadrant. Sensus est: *Auctor fui malorum* vel *calamitatum* (*invitus sane, testis mihi esto deus!*) *sed nihil eorum lubens patravi.* Hom. Il. XII, 332.

τοῦ γὰρ δὴ πρὸς πύργον ἴσαν κακότητα φέροντες.

Euen. ap. Stob. Flor. XLIX. p. 354. πρὸς σοφίᾳ μὲν ἔχειν τόλμαν, μάλα σύμφορόν ἐστι, | χωρὶς δὲ βλαβερὴ καὶ κακότητα φέρει. Eademque ratio infra est v. 960 (964) in ξυμφορὰς ἤνεγκον ἄκων. Deinde non iniuria offendit μὲν, quod si ad seq. δὲ retuleris, eadem absurditas dictionis existet, cuius suspicionem recte explicando praevertit Hermannus in Ai. 613, ne sententiae ταυτολόγοι copulari viderentur per μὲν — δέ. Hanc ob rem μὰν edidit Reisigius; sed id quoque quamvis in promtu sit repudiamus; μὲν enim, incredibile dictu, vim adversativam induit. Exempla cum polliceri videatur Hoogeveen de Part. Gr. p. 451, n. VIII: „quintus usus (coni. μέν) est ἐναντιωματικός," egregie eludit consulentes. Sed locus simillimus est in Hom. Il. XXIV, 90.

Τίπτε με κεῖνος ἄνωγε μέγας θεός; αἰδέομαι δὲ

μίσγεσθ' ἀθανάτοισιν, ἔχω δ' ἄχε' ἄκριτα θυμῷ.
εἶμι μέν· οὐδ' ἅλιον ἔπος ἔσσεται, ὅττι κεν
εἴπω.

Nec ratione caret hic usus; supprimitur enim adversativa enunciatio; ut h. l. *εἶμι μὲν, ἀέκουσα δὲ εἶμι*, ita illic: *ἄκων μὲν ἤνεγκα, ἤνεγκα δὲ ὅμως*. Similiter *quidem* apud Latinos; vid. Matthiae ad Cic. pr. Rosc. Am. §. 31. Porro v. sq. *τούτων οὐδὲν* offendit quosdam, qui *οὐδὲν αὐτῶν* requiri putabant. Sed ut *αὐτὸς* interdum quanquam raro pro *οὗτος* ponitur (vid. Herm. in Actt. Lips. Vol. I p. 50 sq. ad Vig. p. 734.) sic vicissim *οὗτος* et *ὅδε* minuta horum pronominum emphasi reperies. Vid. infr. 1347 (1355.)

ἃ τὰν τοῦδ' οὔποτ' εὐφρανεῖ βίον.

El. 374.

εἰ μὴ κακὸν μέγιστον εἰς αὐτὴν ἰὸν
ἤκουσ', ὃ ταύτην τῶν μακρῶν σχήσει γόων.

Ai. 411.

ὢ δυστάλαινα, τοιάδ' ἄνδρα χρήσιμον
φωνεῖν, ἃ πρόσθεν οὗτος οὐκ ἔτλη ποτέ.

Plat. Phaedr. p. 287. B. *ἵνα ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ, καὶ πρότερον δοκῶν τούτῳ σοφὸς εἶναι, νῦν ἔτι μᾶλλον δόξῃ.* Atque haec quidem de interpretatione huius loci. De metro autem critice exercenda fuit. Dedimus praeeunte Martino *ἤνεγκ' ἀέκων* pro *ἤνεγκον ἄκων*. Obloquitur Elmsleius: „*ἤνεγκα* post *ἤνεγκον* in eadem „sententia ponere non ausim.“ Atqui aliis locis non videbatur tragicis id genus repetitionum vis atque elegantia eo minui, quod vocabulorum verborumque formas variarent vel synonyma substituerent. Trach. 834.

ὃ τέκετο θάνατος, ἔτεκε δ' αἰόλος δράκων.

quod sollicitavit Erf. Aesch. Prom. 197.

ἀλγεινὰ 'μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε,
ἄλγος δὲ σιγᾶν.

Choëph. 407.

ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραὶ φθιμένων,
ἴδεσθ' Ἀτρειδᾶν.

Nec plane absonum est huc referre Aristoph. Thesm. 748.

ἤνεγκον. ΜΝΗΣ. ἤνεγκας σύ;

Ἄκων fortasse tolerandum ac retinendum fuit, siquidem etiam in El. 123 et 139 choriambus respondet molosso:

τάκεις ὧδ' ἀκόρεστ' οἰμωγὰν —
στάσεις οὔτε γόοις οὔτε λιταῖς.

vid. Herm. Ell. p. 455. Sed intelligi vix potest quare Sophocles in lyricis *ἄκων* antetulerit, qui ne in anapaestis quidem formam solutam *ἀεκούσιος* aspernatus sit. Vid. Trach. 1263. *Doed.* Bothius *ἑκών*. „est enim oxymorum, quod neque insanus „neque ebrius et patrem occidisset et cum matre „concubuisset Oedipus, *ἑκὼν* igitur haec patrasse di„cendus, quae tamen sponte commissa non essent, „utpote ab ignoto in ignotos.“ — *θεὸς ἴστω.* formulam iurandi Thebanorum potius quam Atheniensium propriam fuisse, monet Valck. ad Phoen. p. 561. *Hell.*

V. 519. *ἐς τί.* Supple ex praecedentibus: *ἐς τί ἤνεγκας κακότητα; qua in re sceleris piaculum sustinuisti? Musgr.* Malim: *quorsum haec?* seu *quatenus haec dicis?* Sic Aesch. Choëph. 217. *πρὸς τί δῆτα τυγχάνω κατευγμάτων;* Longe aliter Brunckius:

Quonam auctore? Elmsleius ἦλθες supplet coll. v. 544 (548.) Doed.

V. 520. κακᾷ μ' ἐν εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδριν. Vulgo κακᾷ μὲν εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδρις. Quod ad μὲν attinet, menda manifesta est: ἴδρις defendi possit. *Brunck.* ἴδρις. Malim ἴδριν. Sic infra οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα. v. 1030 (979) (983.) *Musgr.* μ' εὐνᾷ quod edidi, Reisigio debetur; κακᾷ cum ἄτᾳ iungo, ut idem sit quod βαρείᾳ in Hom. Iliad. II, 110. VIII, 18.

Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.

Deinde εὐνᾷ γάμων est pro ablativo causae, copulatis his nominibus, ut ἀγὼν μάχης copulari solent, et γάμων ἀμιλλήματα in El. 494. ἴδρις non ausus sum cum Brunckio post Mudgium mutare. Nec enim lenissima haec est mutatio, etsi ad unam literulam pertinet. Equidem id ipsum, quod Brunckius intulit, cogitatione addendum esse censeo, ut plena dictio sit οὐδὲν ἴδρις οὐδὲν ἴδριν ut v. 979, οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα. Sed tamen, inquies, quum Oedipi oratio non eo spectet, ut civitatem, sed ut se ipsum purget ignorationis excusatione, quomodo primaria notio, οὐδὲν ἴδριν, potius quam οὐδὲν ἴδρις omittitur? Non multo audacius, opinor, quam in Phil. 691 ἵν' αὐτὸς ἦν πρόσουρος, scil. ἑαυτῷ, ut recte explicuit Buttmannus. Eadem ratio obtinet in Homerico αὐτὸς ἀπούρας, Iliad. I, 356; neque enim *ipse* Agamemno sed per praecones abduxerat virginem. Non plane abhorret, quod infra v. 1102 legitur: τῷ τεκόντι πᾶν φίλον scil. τὸ τεχθέν. Doed.

V. 522. ματρόθεν Erf. pro μητρόθεν. Ceterum μητρόθεν pro simplici genitivo μητέρος, ut Aesch. Theb. 664. μητρόθεν σκότον. Concluditur tamen hic adverbii usus, si recte observavi, tertiae declinatio-

nis finibus; *φρενόθεν* Ai. 183. *πατρόθεν* Aesch. Theb. 825. *Διόθεν τέλος* 161 pro *Ζεῦ τέλει*. Elmsleius quasi subobscure ita dicere chorum existimat: *num e materno genere uxorem duxisti?* coll. Eur. Ion. 672. *ὡς μοι γένηται μητρόθεν παῤῥησία*. *Doed.*

V. 523. *δυςώνυμα*, tam *ἄῤῥητα*, quam *δύςφημα*. Erf. *δυςώνυμος* coniecit. *Hell.* *ἔπλησας*. Sic scriptum in B. Ceteri cum Aldo *ἐπλήσω*. In T. superscriptum *ἔπλησαν*, quod nihil aliud esse videtur, quam nostrae lectionis depravatio. *Brunck.* Ambo verbi genera una coniunxit periodo Herodot. II, 87. *ἐπεὰν τοὺς κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀπὸ κέδρου ἀλείφατος γινομένου, ἐν ὦν ἔπλησαν τοῦ νεκροῦ τὴν κοιλίην*. *Reisig.* Inest in *ἐπλήσω* *accipiendi* sensus. Aristoph. Vesp. 379. *καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπλησάμενος Διοπειθοῦς*. Lysistr. 327. *Elmsl.*

V. 524. *θανάτῳ ἴσον*. eodem sensu est Ai. 214, ubi vid. Iaeger.

V. 525. *ἐξ ἐμοῦ*. Erfurdtius in marg. *ἐμοῦ μὲν*, Bothius *ἐμεῖο*, quae est forma parum tragica. *Doed.*

V. 526. *δύο δ' ἄτα*. Alii MSS. *ἆται* exhibent. Elmsl. ad Med. 203. not. „*δυοῖν* ni fallor apud At„ticos duali semper iungitur, *δύω* vero interdum plu„rali.“ Etiam in Ant. 533 *δύ' ἄτα* Brunckius praetulit, quanquam *δύ' ἄτας* Membr. et Ald.

V. 529. *σαί τ' ἄρ' εἴσ'* — Sic membr. et Aldus. Id est *σαί τοι ἄρα*. Bonam lectionem diversimode depravarunt librarii. In B. *αὐτ' ἄρ εἰσίν*. In T. *αὐτάρ εἰσίν*. *Brunck.* Probabiliter *σαί τ' ἄρ' ἴσ' ἀπόγονοι* post Lachmannum coniecit Reisigius, qui miror cur satius habuerit, illum usum adverbii *ἴσα* simili-

bus quam paribus exemplis firmare. Oed. T. 1187. ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν ζώσας ἐναριθμῶ. El. 1478. ζῶν τοῖς θανοῦσιν οὕνεκ' ἀνταυδᾷς ἴσα. *Doed.*

V. 532. Ἐπιστροφαὶ κακῶν *vortices malorum. Musgr.* Vel potius *impetus*, ut vs. 1045. *Doed.*

V. 533. ἔχειν abundare notat Blomf. ad Aesch. Ag. p. 206. Ita demum abundat, si quicquid etiam non addi poterat a scriptore, abundare dicendum est. Supini loco adiectus infinitivus. *Doed.*

V. 534. ἔρεξας Brunckius vertit: *fecisti.* Sed id genus aposiopeseos, quo quid interpellando vel reticendo suppressum fuerit, vix augurando coniectatur, intolerandum est. Ἔρδειν τι est *peccare, leges migrare*, ut δρᾶν τι v. 728 (752.) Vid. Wunderl. Obss. ad Aesch. p. 33. In qua locutione τὶ saepe omittitur, ut in παθεῖν *mori*, ap. Thuc. II, 42 et saepe in N. T. et in ἔρδειν τινά *necare* Soph. Phil. 683. *Non peccavi equidem*, inquit, *sed munus ultro mihi obtulit civitas; quod quia acceptum est a me, sceleris in speciem erupit. Doed.*

V. 536. ἐπωφέλησα, *debui.* Nuspiam tamen alibi hac potestate inveni. *Musgr.* Herm. ad Vig. p. 758. „Reizius videtur putasse ἐπωφέλησα idem esse quod „ὤφελον, eaque est etiam Schneideri sententia in lex. „v. ὤφελον. Vereor vero ne ita non potuerit dici. Imo „sensus hic est: *Donum accepi quod non merui mi-* „*ser ab urbe* (vel *civitate*) *accipere.* Ad ὠφέλησα enim „intelligendum τὴν πόλιν, ut sit perinde ac si dixisset: „ἐπωφέλησα τὴν πόλιν, ὥςτε μήποτε αὐτῆς ἐξελέσθαι „τοῦτο τὸ δῶρον." Brunckii interpretatio: *Donum accepi, quod ut in me conferret civitas, utinam nunquam promeritus fuissem.* cf. Passow in Lex.

Verte: *nunquam ea mente civitati utilis fui ut tale munus* (matrimonium cum matre) *acciperem*. Perinde ac si dixisset: ἐπωφέλησα τὴν πόλιν οὐκ ἐπὶ τούτῳ τῷ δώρῳ. *Doed.*

V. 541. ἔχει pro ἔχεται, *adhaeret. Erf.*

V. 542. πρὸς δίκας τι h. e. ἔνδικόν τι. Sic infra v. 1100. ξὺν πόθῳ. Vid. Erf. ad Ant. 4 ex Addend. Oed. T. 55. γῆς.. ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν h. e. εὐάνδρου vel οἰκουμένης. *Ibid.* 1014. πρὸς δίκης οὐδὲν τρέμων h. e. οὐδὲν ἔνδικον. *Doed.*

V. 545. καὶ γὰρ ἀλοὺς ἐφόνευσα. Vulgo legitur nimis absurde καὶ γὰρ ἄλλους ἐφόνευσα, quod non video, quî iuxta Heathii interpretationem significare possit, *Alios, ut putabam scilicet, non patrem.* Vere, ni fallor, emendat acutissimus Tyrwhittus, ἄγνως inscius. *Brunck.* ἄγνως vel ἀγνὼς potius, ut in Oed. T. 1133, non multo minus, quam vulgata metro repugnat, etiamsi Elmsl. in Mus. crit. 1815, V, p. 28 comparat ἀδμῆτα ex Ant. 353, prima correpta. Porson. apud Kidd. Miscell. Crit. p. 217, probante Elmsleio,

καὶ γὰρ ἄνους ἐφόνευσα καὶ ὤλεσα,

in qua scriptura si ἄνους ut in Ai. 763 *stolidum* significat, ea significatio parum quadrat; sin *inscium*, exemplis hoc firmandum fuit. Erf. ad El. 833.

καὶ γὰρ ἀλοὺς ἀπάταισιν ἀπώλεσα

quam emendationem quae et elegans (cf. El. 125 et μανίᾳ ἁλούς Ai. 216.) et propior a vero est nescio quare reiecerit tacite ad Ant. 848. novo commento substituto:

καὶ γὰρ ἁπλῶς ἐφόνευσα καὶ ὤλεσα

in qua ne ἁπλῶς quidem quid velit sibi satis liquet.

Herm. in Eph. Lips. 1814 p. 1335.

καὶ γὰρ ἄλοὺς ἔκανον καὶ ἀπώλεσα

et Reisigius

καὶ γὰρ ἀλοὺς γε φονεῦσιν ἀπώλεσα.

Et *ἁλοὺς* quidem genuinum videtur praesertim quum in MSF. *ἀλλοὺς* scriptum sit; nunc de explicatione huius vocis videndum. In Spec. Soph. p. 46 haec scripseram: „*ἁλοὺς* in universum dictum est, ideo-„que omnes illas rationes, quibus parricidium suum „excusare solet Oedipus in se quasi complectitur; pri-„mum quod *inscius* vel *mente captus* commiserit. cf. „972 (976); deinde quod *lacessitus* iniuria regis ad „eadem ductus fuerit; cf. 264 (271) 988 (992); de-„nique quod *dii ipsi fatumque* sic voluerint cf. 246 „(253) 994 (998.)" Sed tamen si hic versus excusationem continet, seq. v. nec per adversativam bene adnectitur; et aut universus, aut saltem in *αὖθις* languet. Quapropter iam nunc *ἁλοὺς ἐφόνευσα* dictum mihi videtur pro *ἑάλων φονεύσας* (cf. ad. v. 1481 (1490)) *aperte atque haud dubie necavi, confiteor caedem ac profiteor, sed ut lege purus,* (quia lacessitus ab illo) *ita inscius* (quia patrem ignorabam) *patravi caedem.* Ant. 491.

μισῶ γε μέντοι χὤταν ἐν κακοῖσί τις
ἁλοὺς, ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλει.

hoc est: *convictus.* Quae haud scio an eadem sensententia fuerit Lachmanni de Chor. p. 141, interpretantis, *ἁλοὺς πρὸς δίκας.* Apertius consentit Martinus. Caeterum *καὶ γὰρ*, si sensum spectes, non ad *ἀπώλεσα* sed ad *καθαρὸς εἰμι* pertinet; et duae istae sententiae ita in legitimae periodi formulam redigendae: *καὶ γὰρ, εἰ καὶ ἁλοὺς ἀπώλεσα, ὅμως νό-*

μῳ καθαρὸς καὶ ἄϊδρις ἀπώλεσα. Simile exemplum habes in Thuc. I, 1, extr. Restat, ut Reisigii dubitationes eximam, quae supersunt duae; primum arguit ἐφόνευσα et ὤλεσα tanquam inepte congregata. Sed quanquam tautologiae temere adhibitae non pauca possunt afferri exempla vel ex nostro, ut El. 12. πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτου λαβών. Fr. Tynd. ap. Stob. Tit. CV. p. 431.

πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἤδη βίος
διεκπερανθῇ καὶ τελευτήσῃ βίον.

Aesch. Eum. 1060. οἱ ἔνερθε καὶ κάτω τόποι. Eur. Herc. F. 139. ὁ φύσας χὠ τεκὼν πατήρ. Iph. T. 243. πρόσφαγμα καὶ θυτήριον: tamen tautologiam aliquanto quaesitiorem h. l. dicam: *Concedo*, inquit, *interemi et necavi et si quae alia sunt tam invidiosi facinoris nomina, nullum detrecto*. Eadem de caussa Trach. 234, praeterquam quod propter gratiam rei nuncius cumulat synonyma:

ἔγωγέ τοί σφ' ἔλειπον ἰσχύοντά τε
καὶ ζῶντα καὶ θάλλοντα κοὐ νόσῳ βαρύν.

Deinde caussam requiri ait Reisigius, qua νόμῳ se καθαρόν esse demonstret Oedipus. Esse autem caussam hanc, quod παθὼν ἀντέδρασεν, seu necarit Laium, ut ne ipse necaretur, coll. 258 (265) 985 (989) Oed. T. 805. Ego autem φονεὺς καθαρὸς νόμῳ idem esse puto, quod ἄκων φονεύς sive προπαθὼν καὶ ἀντιδράσας. Vid. ad v. 267 (274). Ita νόμῳ καθαρός *homicidii*, ἄϊδρις *parricidii* continet excusationem. *Doed.*

V. 546. ἀποσταλεὶς πάρα. Sic recte Turnebus edidit. Ald. et codd. mendose ἀπεστάλη πάρα. — κατ' ὀμφὴν σήν. gl. κατὰ σὴν προαγόρευσιν. *Brunck*. Nihilominus cum Winshemio vertit *fama*, ut ἔργων αὐδά

v. 233 (240), congruentibus ad sententiam vss. 298-300 (305—307). Attamen, quum v. 549 (553) sqq. significet Theseus, non sola fama se esse adlectum, liceat in glossae istius fere modum interpretari: *vocatus, invitatus a te, cuius vocem tanquam oraculi iussum sequor.* — *ἀποστέλλειν, arcessere.* vid. Matthiae ad Eur. Hec. 714. *Hell.*

V. 548. *διαφθορὰς.* Nullo novandi consilio in maiore editione reliqui *διαστροφὰς*, quod mihi oscitanter describenti in calamum forte venerat. [Ex ed. rec.] *Brunck.* In tertia editione dedit *διαφθορὰς.* Vid. Valck. ad Phoen. p. 527 et 443, qui nimium cum Euripidis versu

αἱ δ᾽ αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ

consensum arguit. *Hell.*

V. 552. *δηλοῦτον ἡμῖν ὄνθ᾽ ὅς εἶ.* Brunck.: *Indicant qui sis.* Accuratius: *eum te esse, qui vere es.* Similiter Hom. Od. XI, 144.

εἰπὲ, ἄναξ, πῶς κέν με ἀναγνοίη τὸν ἐόντα.

Add. Boeckh. Explic. ad Pind. Pyth. II, 72. Saepe participium etiam omittitur, ut *ὅς* pro *τίς* positum videatur. Vid. v. 567 (571) et plura exempla ap. Herm. ad Ai. 1238. *Doed.*

V. 555. *θέλω σ᾽ ἐρέσθαι* vel propterea displicet, quod *σε* participio simul et verbo finito additum est; cf. ad 585 (589.) Erf. in marg. *θέλω τ᾽ ἐρέσθαι* Nobis paene certa videtur Reisigii correctio: *θέλω 'περέσθαι.* coll. Eur. Fr. Erechth. II, 1. Nec abundat praepositio magis quam in *ἐπεικάσαι* El. 663, (quod male sollicitavere quidam) modo ne *caussam* interrogandi contineri putes in *οἰκτίσας,* quasi ver-

tendum sit: *misericordia commotas.* Sensus est: *Miserationi malorum tuorum, quam ante omnia volo testatam, hoc etiam adiungo, ut ex te quaeram.* Οἶκτος enim *sermonis* crebrius quam *adfectus* est. Vid. ad v. 1624 (1635). *Doed.*

V. 555. παραστάτις. Errat igitur Thom. M. p. 690. *ΠΑΡΑΣΤΑΔΕΣ· Ἀττικοί, οὐ παραστάτιδες.* Imo recurrit haec vox in Trach. 889. Hoc loco significat *ministram*, ut παραστάτης Ἡράκλειος in Eur. Heracl. 89. *Doed.*

V. 558. οἶδα. Malim: οἶσθα, *nosti ipse, me apud exteros vixisse, hospitem, pariter ac tu nunc es. Musgr.* Fortasse scribendum:

> ὡς οἶδά γ' αὐτὸς οἷς ἐπαιδεύθην ξένος,
> ὥςπερ σύ, χὡς τὰ πλεῖστ' ἀνὴρ ἐπὶ ξένης
> ἤθλησα κινδυνεύματ' ἐν τῷ 'μῷ κάρᾳ.

Ipse enim memini, quibus malis in peregrina terra, haud secus ac tu, innutritus fuerim, utque vir factus plurima inter exteros pericula sustinuerim mei capitis discrimine. Musgravius οἶσθα, quod non admittendum. *Iacobs.* Vix commode cohaerent ista: οἶδα ὡς ἐπαιδεύθην ξένος καὶ ὅστις ἤθλησα. Debebat esse χὤτι. Sed etiam ἀνήρ plane otiosum est, etiamsi illud superioribus ἐπαιδ. ξ. opponi dicas, *quum vir factus essem.* Itaque leg. suspicor: χὥςθ' εἷς πλεῖστ' ἀνὴρ ἐπὶ ξ. ἤθλ. Cf. Trach. 460. Gramm. gr. §. 461. p. 638. Lobeck. ad Ai. 258. Ab initio leg. ὡς οἶσθα καὐτός, partim cum Musgr. *Matthiae.* In Actt. Monacc. T. 1. p. 55. et ipse καὐτὸς conieceram. Nunc vereor, ne minuatur ita sententiae vis; οἶδα αὐτός enim idem est quod οἶδα ἔμπειρος. Xenoph. Cyrop. IV, 1, 5. οὐδὲν παρ' ἄλλων δέομαι

πυνθάνεσθαι, ἀλλ' αὐτὸς οἶδα οἷος ἦν. Demosth. Philipp. I, p. 40. *Ἔπειτα ἐνθυμητέον καὶ παρ' ἄλλων ἀκούουσι καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς ἀναμιμνησκομένοις.* Actt. Apost. XXII, 19. *αὐτοὶ ἐπίστανται.* In Oed. T. 22 quaeri potest utrum cum MS. Monac. scribendum sit *ὥσπερ αὐτὸς εἰσορᾷς* an in eundem sensum construendum *ὥσπερ αὐτὸς καὶ εἰσορᾷς.* Quod ad *γε* adtinet, Elmsleius comparavit Eur. Hec. 346. *ὡς ἔψομαί γε.* Totius autem loci sensus hic est: *Nam bene novi* (*quandoquidem ipse peregrinis in terris quasi educatus sum, et plurima unus in alienis terris subii pericula*) *ius hospitii, ita ut nullum unquam hospitem, qualis tu nunc es, aspernari ausim.* In eo laboravit, si quid video, vulgaris interpretatio, quod verba *ὡς ἐπαιδεύθην ξένος* et seqq. ex *οἶδα* apta putarent, cum *διὰ μέσου* potius accipienda essent. Quin, *quid* illud sit quod scire se dicat Theseus, suppressum est, ac nullo sane negotio cogitatur post parenthesin aut *τὰ τῶν ξένων,* aut *ὅτι ξένους ὄντας οὐ δεῖ ὑπεκτραπέσθαι,* aut simile quid. Iam sponte intelligitur, quam recte *ὡς*, quae h. l. est coniunctio causalis, excipiatur pronomine *ὅστις*, in quo pronomine haud secus atque in *qui* vel *ut qui* vis latet demonstrativa; cf. v. 264 (271) et Ai. 1055. Ita fit, ut vel Vauvillersii coniectura *χὤτι* Elmsleio probata, vel Reisigiana *χὡς τις* (in qua *τις* non satis intelligo) supersedeamus. Blomf. ad Pers. p. 211 *χὡς εἷς* praetulit, ut adiectivi *εἷς* cum superlativis coniunctionem Sophocli redderet, obviam illam quidem cum alibi saepe tum in Ai. 1340. Sed *ἀνὴρ* idem valet, quod *εἷς ἀνήρ*, ut in Eur. Hec. 307 de Achille:

θανὼν ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος κάλλιστ' ἀνήρ.

[Elmsl. addit Rhes. 500.

καὶ πλεῖστα χώραν τήνδ' ἀνὴρ καθυβρίσας.]

Et fortasse idem usus obtinet in Hel. 1390, quem locum supra ad v. 365 (372) citatum sic fere sanare conati sumus:

κάλλιστ' ἀνὴρ δῆθ' ἥρπασεν τεύχη πόσις.

Quippe eam interdum vim numero singulari tribuebant veteres, ut *unitatis* notionem non necesse haberent diserte addere; quae res turbavit nonnunquam et interpretes et librarios. Soph. Trach. 149.

λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδος μέρος
ἤτοι πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη.

h. e. *brevi unius noctis spatio*, et quasi *momento*, cuius rei mentio tam efficax est et apta admonendis virginum animis, ut vel ideo praestare mihi videatur haec ratio ei quam Hermannus proposuit. Erf. *μιᾷ* pro *ἤτοι* intulerat. Ai. 131.

ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
ἅπαντα τἀνθρώπεια.

ubi Erfurdtius recte comparavit Eur. Fr. Oed. XI et frustra G. B. in Class. Iourn. 1815 p. 245. *ὡς ἦμαρ ἓν* correxit. Sic Hom. Il. XIX, 229.

νηλέα θυμὸν ἔχοντας ἐπ' ἤματι δακρύσαντας.

Theocrit. Id. II, 1.

ἤλυθες, ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ;
ἤλυθες; οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν.

Diphil. ap Stob. Tit. XV p. 328 Schow:

ἐν ἡμέρᾳ δὲ [μιᾷ] διαφορῆσαι ῥᾳδίως.

ut emendat Meinek. Curr. crit. p. 28, coll. Valck. ad Phoen. 543. In Eur. Andr. 910 legebatur:

κακόν γ' ἔλεξας [ἔν'] ἄνδρα δίσσ' ἔχειν λέχη.

Vid. Elmsl. ad Heracl. 807. Similiter Latini. Bremi ad Corn. Nep. Them. VIII, 7. Neque absonum est *verbo assentiri* (Liv. XXXII, 34) *arguere, negare* (Cic. Rosc. Am. 29 §. 82) pro *uno verbo. Doed.*

Ibid. ἐπαιδεύθην. Oedipus apud Polybum Corinthi, Theseus apud Pittheum Troezene educatus. *Reisig.* Imo hoc dicit: ἐπαιδεύθην ξένος ποτέ, ὡς σὺ νῦν ξένος εἶς. *Doed.*

V. 561. ὥστε ξένον γ' ἂν οὐδέν' ἐκτραποίμην. Mendose in omnibus libris ξένον γὰρ — Nihil hîc est intricati, nullum hyperbaton. Nihil aliud erat quam turpis soloecismus facile eximendus. γὰρ alienum est a sententia, et ὑπεκτραποίμην sine ἂν stare nequit. In membr. γὰρ est a secunda manu: scriptum primo fuerat γε. At certum est, si quid aliud, a poëta γ' ἂν relictum fuisse. Heathio fraudi fuit forte prava Triclinii lectio in seq. v. μὴ οὐ συνεκσώζειν σ' ἐπεὶ — Pronomen σε inepte intrusum fuit: illud non agnoscunt membr. nec Aldus. Hunc locum ob oculos habuisse videtur Virgilius, ubi Dido eadem humanitate, qua hîc Theseus Oedipum, Troianos excipit, Aen. I, 628.

Me quoque per multos similis fortuna labores
Iactatam hac demum voluit consistere terra.
Nam ignara mali miseris succurrere disco.

Brunck. οὐδέν, *nihil.* Ita legendum, ut regatur ab ὑπεκτραποίμην. ὑπεκτραποίμην οὐδέν, ὥστε μὴ οὐ συνεκσώζειν. *Musgr.* At in hac verborum positione

verba ξένον οὐδὲν ὄντα nihil aliud significarent, quam peregrinum et nihili hominem, aut hominem miserum. *Iacobs.*

V. 562. σ'. Omnino legendum σφ', i. e. σφέ, cum Scaligero et Vossio [Instit. Orat. I, 10.] *Musgr.* Fortasse servandum σε ita ut paulo negligentius ab generali sententia transiisse putetur poeta ad specialem, ut in Phil. 299.

οἰκουμένη γὰρ οὖν στέγη πυρὸς μέτα
πάντ' ἐκπορίζει πλὴν τὸ μὴ νοσεῖν ἐμέ. *Doed.*

V. 563. Terent. Homo sum: humani nihil a me alienum puto. *Bothe.* ἀνὴρ h. l. non de virtute viri, sed de mortalitate et debilitate hominum intelligendum. cf. Herm. ad Ai. 77, Elmsl. ad Med. 658. Hinc in Aesch. Prom. 897 ἀστεργάνωρ explicandum, Iûs virginis epitheton, quod Iovi nupserat, tanquam *mortalium* nuptiis sibi *non suffecturis.* *Doed.*

V. 564. πλέον ἐμοὶ Wakefieldius scribendum censuit, numeris deterioribus, sermone neutiquam flagitante. Phil. 1051.

οὐκ ἂν λάβοις μου μᾶλλον οὐδέν' εὐσεβῆ.

Vid. V. D. in Eph. Ien. 1810 p. 310. Neque quisquam πρός με in Ai. 292 vel ὑπέρ μου in Aesch. Eum. 101 eadem senarii sede detrudere audebit; vid. Reisig. Coni. I p. 56, Herm. ad Oed. T. 556. *Doed.*

V. 565. γενναῖον. De potestate vocis egit Iacobs. Anth. XII, p. 333. vid. ad 728. *Hell.*

V. 566. παρῆκεν *ostensa est* Winsh. *emicuit* Brunckius; uterque a παρήκω, opinor, derivans. Non

satis lucide gl. Vict. ἀφῆκεν, εἴασεν, ἔλειπεν. Quid si a παρίημι, *permitto?* ut in El. 1482. ἀλλ' ἐμοὶ πάρες κἂν σμικρὸν εἰπεῖν. Ultra necessitatem ὥςτε additum ut post πείθειν Phil. 901. Vid. Herm. ad Vig. p. 949. *Generositas tua*, inquit, *brevi oratione concessit, ut illis verbis supersedeam, quibus infelices ac supplices homines, antequam proferant, quid velint, praefandum esse censent.* Caeterum δεῖσθαι notandum pro δεῖν. Nec plane hoc inauditum: Herodot. IV, 11. τὴν μὲν γὰρ δὴ τοῦ δήμου φέρειν γνώμην, ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη, μηδὲ πρὸς πολλοὺς δεόμενον κινδυνεύειν, quo loco Werferus in Actt. Monacc. T. I p. 111 satis ingeniose proposuit δέον μένοντας. Idem in Isocr. Areop. 18, p. 232. τοσούτου γὰρ ἐδέοντο αὐτοὺς λανθάνειν οἱ κακόν τι δεδρακότες coniecit ἔδεον. Pausan. IV, 29. ἐδεῖτο γὰρ οἱ πάντως γενέσθαι χρήματα, fortasse ex imitatione veterum historicorum. Schaef. ad Dion. Hal. p. 94. „In Philostr. Heroic. p. 256. Boiss. nunc legimus ex „Codd. editum τί δέ σοι δεῖ δούλης Ἰλιάδος; Antea vul„gatum erat: τί δέοιτο. Vid. ad v. 497 (504)". Mallem equidem credere semel ab uno Sophocle δεῖσθαι impersonaliter dictum esse (ut vicissim δεῖν personaliter v. 29, ubi vid.) quam cum Reisigio vertere: *oratio tua effecit, ut pauca pro me dicere optem.* Quae sententia ut in universum displicet, ita iure addubitavit Elmsleius, dixeritne quisquam ἐμοὶ pro ὑπὲρ ἐμοῦ. *Doed.*

Ibid. βραχέα μοι. In libris omnibus βραχέ' ἐμοί. Invenustus hiatus librariis, non Sophocli, placere potuit. *Brunck.* Comparat Elmsleius ἀμυντέ' ἐστὶ Ant. 677. δραστέ' ἐστὶν Trach. 1206.

V. 567. ὅς εἶμι, ad regiam, qua olim fuerat in-

signis, dignitatem spectat. *Hell.* κἄξ ὅτου ut coniecturam merito reiecimus, quum non solum κἀφ᾽ ὅτου omni vitio careat, sed etiam, si nihil praeter κἀπό του appareret in MSS., κἀπὸ τοῦ legere in promptu esset, quod vel ipsum praebet MS. LA., nam τίς et ὅςτις in oratione obliqua perinde probum est. Ant. 377, ubi Erf. τόδ᾽ ὅπως, El. 316. ἱστόρει τί σοι φίλον. Trach. 705, ubi Bothius τάλαιν᾽ ὅποι edidit, quanquam, v. 698 textum idem contraria ratione constituerat. Utramque formam eodem versu ultro coniunxit etiam Eur. Iph. A. 685. γένους δὲ ποίου χὠπόθεν μαθεῖν θέλω. Et ipse Sophocl. Oed. Tyr. 71.

ὡς πύθοιθ᾽ ὅ,τι
Δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν. *Doed.*

V. 570. χῷ λόγος διέρχεται. Sic tres codd. In A. superscripta altera lectio διοίχεται, quam praetutulit Aldus. Neutra satis mihi placet. Mallem διοίσεται, quod Hesychius exponit διαλελέξεται. Et hoc genuinum esse opinor. *Brunck.* Vide Eur. Supp. 532. Latine verterim: *sermo absolvitur.* Ed. Steph. διέρχεται. *Musgr.* διοίχεται etiam Herm. probat ad Eur. Suppl. 546. Vid. Actt. Monacc. I p. 46.

V. 573. σπουδαῖον. gl. περισπουδαστὸν, ἤγουν καλόν. *Brunck.*

V. 574. μορφὴ καλή. An legendum μορφὴ κακή? *Emolumenta, quae inde consequeris, plus boni habent, quam forma turpitudinis. Musgr.* Nil mutandum. Sensus est: *Lucri potius magnitudine commendatus tibi ero, quam formae praestantia, quippe quae nulla est. Hell.* Ita solvendum: τὰ κέρδη παρ᾽ αὐτοῦ μᾶλλον (potius) ἀγαθά ἐστιν ἢ καλὴ ἡ μορφή.

Vid. ad v. 792 (796) Nitzsch. ad Plat. Ion. p. 65. — *παρά apud.* Poppo Obss. in Thuc. p. 123. *Doed.*

V. 576. *οὐχὶ τῷ παρόντι που.* Schaeferus malit *πω*, speciose, ut in Trach. 591. *πεῖρᾳ δ' οὐ προςωμίλησά πω* Tricliniani *που* exhibent. In textum tamen non ausim recipere. Licet enim aptissimum h. l. sit *nondum*, tamen saepius talia non exprimuntur; sicut non facile dictu est, quare v. 775 (779) Soph. non scripserit

ὅτ' οὐκέθ' ἡ χάρις χάριν φέρει

aut in Trach. 1108 non *μηκέθ'* pro *μηδέν.* Et *που* ipsum bifariam potest defendi, ut aut cum *μάθοις ἂν* coniungatur, quemadmodum centies legitur *οἶσθά που*, et Oed. T. 1114. *προὔχοις τάχ' ἄν που*, aut, quod non una de causa longe praestat cum *παρόντι*, tanquam temporalis particula, uti infr. v. 1549 et Aesch. Pers. 740. *ἐγὼ δέ που διὰ μακροῦ τάδ' ηὔχουν ἐκτελευτήσειν θεούς.* In Oed. Tyr. 105 vix satis apte Oedipus de Laio pridem sepulto dicit: *οὐ γὰρ εἰςεῖδόν γέ πω.* Scribe *που* non ex Codd. Trin. Mosq. sed etiam Aug. b, quem ipse post Erfurdtii curam contuli. *Ἀεί που* coniunxit Eur. Ion. 1614. *Doed.*

V. 577. *προςφορά, utilitas tua. Musgr. ποίῳ γὰρ quonam, quaeso, signo illa, quam te nobis allaturum esse ais, utilitas cognoscetur? Iacobs.* Malim cum Brunckio *χρόνῳ* ex praecc. repetere ob Thesei responsum. Non dixit *πόσῳ*, quod foret: *quanto temporis intervallo,* sed *ποίῳ* i. e. *τινι χρόνῳ, quo temporis momento.* Saepe apud Sophoclem *ποῖος* pro *τίς* legitur; conf. v. 568 (572) Trach. 421 Oed. T. 989. *ποίου χρόνου δὲ καὶ πεπόρθηται πόλις;* Aesch. Agam. 269. *Doed.*

V. 578. ταφεύς. Sensu quam maxime proprio esse accipiendum docet exitus fabulae. Non enim sepeliendum curavit, sed ipse sepelivit aut certe morti praesens atque sepulcri conscius fuit. cf. 1522 seqq. Hoc saltem significat Oedipus, quamvis Theseus nondum plane capere posset. Itaque rem levem esse opinatur. *Hell.* Haud scio tamen an huc pertineant ea quae Valckenarius observavit ad Ammon. p. 6 sq. *Doed.*

V. 579. sq. τὰ λοῖσθ' ἄρ' αἰτεῖ restitui in Actt. Mon. T. I p. 60. Forma λοῖσθος recurrit praeter Homerum in Fr. Phil. Troi. I. ap. Stob. Tit. CXXI; ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων. Elmsleius addit Eur. Hel. 1613. Ἄρα aptissime locum habet, ubi alter ex alterius sermone aliquid coniectat, saepenumero quidem detrusum a librariis; ut El. 1434. πάρεστ' ἄρ' ἡμῖν, ὥστε κἀμφανῆ μαθεῖν. ubi MS. Harl. πάρεστιν. Recteque Erf. ὄνομ' ἄρα restituit in Phil. 251. — τὰ δ' ἐν μέσῳ, h. e. *reliqua*, ut in El. 1364. τοὺς ἐν μέσῳ λόγους. Accusativus pendet ex λῆστιν ἴσχεις, Schaefero si fidem habemus. Sic supra 216 (223) δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐτῶ. Adstipulare videtur Erf. ad Ant. 533. „λῆστιν ἴσχειν eiusmodi est ut „per se possit cum accusativo construi." Nempe pro λανθάνεσθαι ponitur. Atqui idem Erf. ad Oed. T. 898 recte ni fallor praeceperat: „ἐπιλανθάνεσθαι „saepius, λανθάνεσθαι nunquam regit accusativum." Itaque nihil restat nisi ut aut absolute positum dicamus accusativum ut Brunckio visum, aut iungamus cum δι' οὐδενὸς ποιεῖ, quod ipsum fieri vetat Erf. ad Ant. l. l. Verba δι' οὐδενὸς ποιεῖ respexit Gramm. in Bekker. Anecdd. Gr. T. I p. 35. Interrogationem post ποιεῖ statuit Iacobsius. *Doed.*

V. 581. *In hoc enim uno*, i. e. si meam sepulturam curaveris, *reliqua illa continentur. Musgr.*

V. 582. *ἐν βραχεῖ — χάριν*, *parvum munus.* *Musgr.* Apte compares Phil. 26. *τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις*, scil. *ὄν*, ubi non *μακρὸν* corrigendum. Add. Herm. ad Trach. 958. Nec plane absona sunt, quae Elmsleius congessit ad Eur. Med. 1318. Erf. in textu correxerat:

ἀλλ' οὖν βραχεῖαν τήνδε μ' ἐξαιτεῖ χάριν.

coll. Trach. 1217; sed margini idem adscripsit: „Nihil mutandum." Vide an hinc originem duxerit *ἔμβραχυ* in Aristoph. Vesp. 1115, de quo vocab. Schol. non satis accurate disputavit. Hesych. T. I p. 1191. *ἘΜΒΡΑΧΕΙ· μικρόν· ἢ καθόλου, ὅλως, συντόμως, ἁπλῶς.* *Doed.*

V. 583. *οὐ σμικρὸς, οὐκ, ἀγὼν ὅδε.* In B. T. *οὐ σμικρὸς γὰρ ἀγὼν ὅδε*, metro pessum dato. Turnebus e coniectura, ut videtur, *οὐ σμικρός ἐστ' ἀγὼν* — *Brunck.* Copula omitti solet in huiusmodi sententiis; vid. Godofr. Stallb. ad Plat. Phileb. p. 28. Iacobsius Turnebianae lectionis vestigia premens, eleganter coniecit:

ὅρα γε μήν· οὐ σμικρὸς, ἴσθ', ἀγὼν ὅδε.

Nec spernendum, quod MS. LB. praebet:

ὅρα γε μήν· ὡς σμικρὸς οὐκ ἀγὼν ὅδε.

Nos Brunckium secuti sumus. Geminatio negationis et elegans est et usitata. Ai. 970.

θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ.

ad quem locum multa contulit Elmsleius. Fragm. inc. LXII, Fr. ap. Plut. Coni. praec. P. I p. 535. Reiske, *οὐ κόσμος, οὐκ.* Aesch. Agam. 1299, Hom. Od. III, 28.

οὐ γὰρ οἴω,
οὔ, σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαι τε τραφέμεν τε.

siquidem ita interpungendum est. *Doed.*

Ibid. ἀγὼν de certamine omnes intellexere, quotquot novi interpretes, praeter Solgerum, *Geschick* vertentem. Neque vero hac voce audita de certamine aut sibi aut Thebanis adversus alium quemquam imminente cogitare poterat Theseus, sed cum Oedipi filiis rem sibi fore manifesto patebat: agebatur enim de Thebanorum rege in Attica sepeliendo. Et cur Theseus interrogans Oedipi liberorum mentionem faceret, nisi inde aliquid molestiae ad se perventurum suspicaretur? de quo etiam verbis ὅρα γέ μην monitus esse debebat. Quamquam igitur in hoc sententiarum nexu altera eorum, qui dimicaturi erant, pars sine altera eademque adversa separatim commemorari vix poterat; nihilominus non dicit Theseus τῶν σῶν ἐκγόνων ΚΑΙ ἐμοῦ sed τ. σ. ε. Ἢ 'μοῦ. Ne tamen aliquid mutandum censeas, dissuadet geminus locus O. T. 489. Ibi quum Tiresias augur, super oraculo consultus regique propter convicia infensus, v. 362, disertis verbis exprobrasset, ipsum Oedipum esse Laii interfectorem, chorus, hac de re quam maxime sollicitus, pristinique temporis memoriam replicans, negat se unquam huiusmodi quidquam audivisse:

τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις, ἢ τῷ
Πολύβου νεῖκος ἔκειτ',
οὔτε πάροιθεν ποτ' ἔγωγ'
οὔτε τανῦν πω ἔμαθον —

ubi etiam pro ἤ, bis quidem posito, exspectaveris Λαβδακίδαις καὶ τῷ Πολύβου, vel Λ. πρὸς τὸν Π. Nam dilemma si quis statuat, *aut Labdacidis cum*

Polybi filio, aut huic cum illis, id revera nullum est, sed mera tautologia. Idem mecum sensere interpretes Latini, Winshemius et Brunckius, in illo quidem loco: in hoc non item. Neque tamen particulae ἤ novam eamque inauditam significationem favente scholio ad v. 374 (381) obtrudere velim: ad certam tantum aliquam sermonis antiqui negligentiam, nondum satis observatam, legentium animos advertere lubet. Aliquantum diversus, nec tamen plane absimilis est locus Aristophaneus Avv. 1190, ubi ingruente bello deos *inter* avesque harum canit chorus

πόλεμος αἴρεται
— — — —
πρὸς ἐμὲ καὶ θεούς

tamquam aut unarum partium essent dii avesque, aut nihil omnino nec amicitiae nec inimicitiarum inter eos intercederet. Fuit tamen, qui censeret, πότερα — ἤ simplicem esse interrogationem, non disiunctivam, sensumque deleto post ἐκγόνων commate hunc esse: *utrum hoc ais a tuis liberis aut a me motum iri bellum (an vero sequioribus demum aetatibus?)* Enimvero hanc alterius membri, quod vix divinari potest, ellipsin dicam, an aposiopesin, concoquere me non posse, ingenue fateor. *Hell.* Dixerat Oedipus: *Noli putare, tam expedita haec mihi fore; non sine difficultate et discrimine mihi contingent, quae modo flagitavi.* Ad hoc respondens Theseus sciscitatur, utrum a filiis suis, an ab ipso, Theseo, impedimenta ista vaticinetur profectura esse. *Doed.* Ut de significatione vocis ἀγών, quam etiam de causa certaminis explicare possis, quemadmodum στόλος 351 (358) (cf. Erfurdt. ad O. T. 693) adeoque de ellipsi pronominis ἐμοί consentiam,

restat tamen dubitatio aliqua. Post generosum, quem ostenderat Theseus, animum, meritis iam ab Oedipo laudibus celebratum, poteratne ille suspicari, in hoc remanere adhuc aliquid ἀπιστίας, ita, ut non sine aliquo timore vereretur, ne de sepultura repulsam ferret ab humanissimo hospite? Deinde verbis ὅρα γε μήν non tam sibi, quam Theseo incommodi aliquid vel periculi denunciare videtur Oedipus. Reisigius „Theseus: *cum liberorum tuorum caussam* „*agendam dicis,* inquit, *an meam?* existimans, fieri „posse, ut pro illis pugnandum sit." Iudicent lectores. *Hell.*

V. 584. ἢ 'μοῦ h. e. ἢ τἀμοῦ ut v. 602 (606) κἀκείνων. cf. Matth. ad Eur. Phoen. 475. Plat. Phaedr. p. 237. D. τῷ δὴ τὸν ἐρῶντα τε καὶ μὴ (pro καὶ τὸν μὴ) κρινοῦμεν; Vid. ad v. 808. Alii δέ pro τά, non minus recte. Vid. Trach. 1122, Herm. ad Vig. p. 880. *Doed.*

V. 585. ἀναγκάζουσι. Seidl. ad Eur. El. 1262 praesens tempus explicat: *Volunt perficere, ut illuc me conferam.* Vid. ad v. 995. Caeterum κομίζειν non est verbum neutrum, ut olim mihi visum est in Spec. Soph. p. 100, sed cum plena dictio esset: κεῖνοι ἀναγκάζουσί με ἐκεῖσε κομίζειν ἐμαυτόν (sic enim κομίζοις ἂν σεαυτόν in Ant. 440) eaque pronominis repetitio molesta foret, με quasi ἀπὸ κοινοῦ positum est. Vid. ad v. 45. Erf. laudat Valck. ad Hipp. 921. *Doed.*

V. 586. εἰ θέλοντάς γ', suppl. φεύγεις, ex probabili coniectura Reisigii dedimus. Seidler. de verss. dochm. p. 12 εἰ 'θέλοντα, coll. Eur. Suppl. 521, Lob. ad Ai. 841, contra quos recte negat Reisig., post εἰ, voculam procliticam, admitti aphaere-

sin. Elmsleius *εἰ θέλοντά γ'* ex LB. recepit, coll. Aesch. Suppl. 519. *ἀλλ' εἰ δρακόντων ἁρπαγαῖς ἐκδώσομεν.* *Doed.* *φεύγειν, recusare* Anon. Angl. Haud male. *Hell.*

V. 587. vid. supra 426 (435) sqq.

V. 588. *θυμὸς ἐν κακοῖς.* Libri omnes *δὲ* inserunt, *θυμὸς δ' ἐν κακοῖς.* Importuna particula eiici poterat, etiamsi non accessisset Stobaei auctoritas, apud quem Floril. Tit. XX versus sit legitur:

ὦ μῶρε, θυμὸς ἐν κακοῖς οὐ σύμφορος.

Nihil frequentius ellipsi nominis *χρῆμα,* qua adiectivum neutrum cum substantivo diversi generis construitur. Sic in Ai. 580. *κάρτα τοι φιλοίκτιστον γυνή.* Proinde Stobaei *σύμφορος* recipi non debuit. *Brunck.* Stobaei, cum sententias generales excerpens illius generis particulas omittit, nulla est auctoritas; adversativa recte locum habet. „Particula *δέ* in respon„sionibus frequenter indicat obiectiones." Erf. ad Oed. T. 380. cf. Actt. Monacc. I p. 47. Etiam in Aesch. Prom. 950 recte *πῶς δ' οὐχὶ* restituit Elmsl. pro *πῶς οὐχί.* Erf. in marg. comparat El. 934. *Doed.*

V. 590. 591. Non de priscis Cadmi sequentiumque regum infortuniis cogitandum, quippe quae Oedipus perpessus (*πέπονθα*) dici non poterat, nec magis de tristi infantis Oedipi sorte, vix enim tum quadraret *δεινὰ πρὸς κακοῖς κακά;* sed parricidium intelligitur et incestum cum matre initum matrimonium, quibus calamitatibus gravius quidquam aut miserius ne fingi quidem poterat, quibusque perferendis humanae vires vix sufficiebant, ita ut 594 (598) quod novi accessisset, optimo iure verbis *μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον* insigniri posset. *Παλαιὰ* autem

illa dicuntur συμφορὰ ratione habita eorum, quae v. 695 (699) narrantur. Genitivus γένους eodem fere modo additus, quo τέκνων v. 942 (946), nisi quod τέκνων turpitudinem coniugii magis etiam inculcat. *Hell.*

V. 594. ἢ κατ' ἄνθρωπον. Memorabilis, si non vera et exquisita est MS. Vat. lectio ἢ ν' κατ' ἄνθρωπον quando recte Elmsleius ἢ οὐ in hoc compendio latere dixit. Habebis enim pleonasmum negationis, qualem memorat Greg. Cor. p. 101 Schaef. καὶ τὴν ΟΥ ἀπόφασιν Ἀττικοὶ περιττὴν πολλάκις λαμβάνουσιν, ὡς ὁ Θουκυδίδης ἐν τῇ τρίτῃ (cap. 36) τῆς συγγραφῆς ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι ἢ οὐ τοὺς αἰτίους. Ac si Herm. ad Vig. p. 801 contra Bastium ad Greg. Cor. l. l. p. 102 monet: „Est „semper οὐ μᾶλλον ἢ οὐ (nunquam μᾶλλον ἢ οὐ) nec „potest aliter; nam ubi prior negatio videtur abesse, „latet in interrogatione“ eadem huius quoque loci ratio est. Nec prosariis scriptoribus peculiare fuit. Eur. Herc. F. 183.

ἐροῦ, τίν' ἄνδρ' ἄριστον ἐγκρίναιεν ἂν
ἢ οὐ παῖδα τὸν ἐμόν;

Et stat sane, ut videtur, illa lex, qua hic usus temperatus est ab Hermanno; quoniam etiam in Thuc. III, 36 latet haec fere constructio: ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα καὶ χρῆναι οὐ πόλιν διαφθεῖραι μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους. (Obiter notandum, ab Gregor. Cor. l. l. omitti μᾶλλον, quod idem in Eur. l. l. supplendum est.) Sed non tam arctis finibus aliae gentes illam negationis post comparativos abundantiam circumscripserunt, neque nego equidem parum me perspicere causam ac rationem, cur *non possit aliter* quam post οὐ μᾶλλον locum habere illud ἢ οὐ. Age videamus paucis tum de natura et origine huius idiomatis, tum de aliarum linguarum comparatione. Originem enim

hanc fuisse credo, ut, cum nullo sensus discrimine dici posset, aut ἐγὼ μείζων εἰμὶ καὶ οὐ σύ, quod genus dicendi, simplicius illud quodammodo retinuit Thuc. I, 74. ἐδείσατε ὑπὲρ ὑμῶν καὶ οὐχ᾽ ἡμῶν τὸ πλέον) aut: ἐγὼ μείζων εἰμὶ ἢ σύ, utraque ratio coniungeretur. Et quoniam quaelibet enunciatio comparativa, quae per ἢ seu *quam* iungitur comparativo, natura est per se negativa, nihil aliud sane fieri ita videtur, quam cum μὴ post κωλύειν et similia abundanter ponitur. Transeo ad aliarum linguarum comparationem. Namque ut taceam de Francogallorum sermone, apud quos negatio post comparativos non per licentiam, sed ex lege ponitur, ne apud Latinos quidem scriptores desunt huius usus exempla: Propert. I, 2, 14.

Et volucres *nulla dulcius* arte canunt.

Cic. Ep. ad Att. XIII, 2. *Mihi quidem videtur etiam diutius abfuturus ac nollem.* Orat. pro Sext. 20. *depugnarem potius cum summo non dicam exitio, sed periculo certe vestro liberorumque vestrorum, quam non id quod omnibus impendebat, unus pro omnibus susciperem ac subirem?* ubi *non*, expulsum ab Ernestio, Garatonius et Schuetzius tacite revocaverunt. Cumque in Tac. Ann. III, 53 editio Lallemandi exhibeat: *nescio an suasurus fuerim omittere potius praevalida et adulta vitia quam haud assequi, ut palam fieret, quibus flagitiis impares essemus.* pro caeterarum edd. lectione: *quam hoc assequi*, scire velim, casune mirabili id factum sit an autoritate MS. Florentini, cum praesertim ibid. IV, 33 similiter legatur: *delecta ex his et consociata reip. forma laudari facilius quam evenire, vel, si evenit, haud diuturna esse potest.* Denique apud nostrates non vulgus solum, sed ne elegantis-

simus quidem poetarum sermo eandem abundantiam aspernatur, ut Goethii in Tasso:

Leichter wäre sie dir zu entbehren,
Als sie es jenem guten Mann *nicht* ist.

et saepius. Haec postquam tantum non perscripseram, incidi in commentationes trium virorum, qui eandem quaestionem aut simili aut diversa ratione tractaverunt, primum Reisigii in Comment. critt. ad v. 345 (350) p. 238, deinde Im. Nitzschii, de comparativo disserentis ad calcem ed. Plat. Ion. p. 72, denique Buttmanni, Exc. XI ad Demosthenis Mid. p. 144 sq. qui huc refert Or. Mid. §. 20: *εἰ τοίνυν τις ὑμῶν ἄλλως πως ἔχει τὴν ὀργὴν ἐπὶ Μειδίαν ἢ ὡς οὐ δέον αὐτὸν τεθνάναι.* Nec praetermittenda sunt, quae Hermannus egregie commentatus est ad Soph. Ai. 1260. *ποῦ στάντος ἢ ποῦ βάντος οὗπερ οὐκ ἐγώ; Doed.*

V. 598. *πεμψαίαθ'.* Interpres vertit, *accersent*; qua potestate adhibitum nondum inveni *πέμπομαι.* An legendum:

πῶς μετά σ' ἂν οὖν πεμψαίαθ', ὥςτ' οἰκεῖν δίχα;

Quomodo igitur te, ut seorsim habites, *arcessiverint? Musgr.* Sed legerat vir praestantissimus in Eurip. Hec. v. 971. Pors. *τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα; Schaef. ᾧ 'στ' οἰκεῖν δίχα;* legit Anon. *cui alio est habitandum.*

V. 602. *κἀκείνων.* cf. ad 584 (588).

V. 603. Sententias de deorum immutabili natura et indole pete ab Iacobsio ad Anth. XII. p. 215. *Hell.*

V. 605. De temporis potentia cf. geminus locus Ai. 646.

V. 606. *ἰσχὺς γῆς.* Corayi coniecturae, *ἲς ψυχῆς,* (Mag. encycl. N. 4. T. IV, 2. An. p. 220) quae primum valde mihi adrisit, minus iam tribuendum censeo. Nam, praeterquam quod Schaefero teste (Mel. Crit. p. 47) vocem *ἲς* tragica poesis suam non

agnoscit, sententiarum etiam ordo emendationi huic minus favet. Post deos enim, senectutis expertes, eorum, quae mutationi obnoxia sunt, merito principem locum tellus obtinet. Ad vim deinde temporis laudandam vulgata nihil gravius. Adde, quod corpus humanum inter animum, et ea, quorum in animo sedes est, *πίστιν* et *ἀπιστίαν*, non satis opportune collocatum foret. Ceterum, ut non anxie gradatio quaerenda est h. l., ita nec de philosophematis cogitandum subtilioribus. Natura intelligitur, quae per annorum tempestatumque vices aliam induens speciem, hieme inprimis deficere videtur et languescere. *Hell.*

V. 608. *πνεῦμα.* gl. Vict. *ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου.* Apud Suid. *πᾶν πνεῦμα Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς τόποις φθαρτὸν εἶναι λέγει.* Est *Animus, Gesinnung*, vel potius *spiritus.* Eleganter Brunckius: *nec eadem semper adspirat aura.* Erf. cft. Eur. Suppl. 533. *Hell.* Eur. Iph. T. 1282. *πῶς φῄς; τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;* Sensus est: modo *κοῦφον πνεῦμα* (cf. Ai. 558) quo *βόσκονται*, modo *δεινῶν ἄημα πνευμάτων* (ib. v. 674.) *Doed.*

V. 609. *βέβηκεν.* Wakefield. ad Eur. Ion. v. 829 *πέφηνεν.* Sed magis etiam stupeas ad Ant. 1209 *ἄσημα περιβαίνει βοῆς.* *Doed.*

V. 612, 613. *καλῶς τὰ πρὸς σέ.* Menda manifesta in librorum omnium lectione *καλῶς τε πρὸς σέ:* quod Heathius inepte defendit. Crediderunt librarii articulum *τὰ* male repeti, quia *τανῦν* in praec. v. pro duabus vocibus accipiebant, quarum prior esset articulus: sed *τανῦν* Atticis una vox est, nihil aliud significans quam *νῦν.* *Brunck.* *καλῶς τε* recte revocans Rei-

sigius supplet ἐστι vel ἔχει; ego ἡμερεύει. Idem addit: „Forsitan concinnius sit ita dictum:

καὶ ταῖσι Θήβαις εἰ τὰ νῦν εὐήμερα
καλῶς τε πρὸς σέ.“ *Doed.*

V. 614. τεκνοῦται active. vid. Abresch. ad Aesch. I, 545. — νύκτας ἡμέρας τε. Cur hac verborum collocatione utantur veteres, ostendit Blomf. ad Aesch. Ag. p. 195. cf. Herm. ad Soph. Trach. v. 94. *Hell.* — ἰὼν χρόνος. *postera aetas.* Eur. Phoen. 1637. καὶ παρθενεύου τὴν ἰοῦσαν ἡμέραν μένουσα, ubi Matthiaeo scribenti „τὴν ἰοῦσαν ἡμέραν an aliud quid significari „possit, quam τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν ap. Soph. Oed. „T. 774 i. e. diem *hodiernum*, vehementer dubito, „nec aliud exemplum eius lectionis extat“ Sophoclis locus exciderat memoria. conf. ἰόντα φόνον v. 1771. *Doed.*

V. 616. δόρη. Ita lego ex coniectura. Hesychius: δόρη καὶ δορῶν, ἀντὶ, δόρατα καὶ δοράτων. Exemplum praebet Eur. Rhes. 274. *Musgr.* δόρει et h. l. et vv. 1308 (1314) 1380 (1386) vera videtur lectio; vid. Etym. M. p. 284. Haec forma, quanquam in omnibus veterum scriptorum codicibus, quod sciam, obliterata, tamen nunc multis locis ex coniectura restitui coepta est; ut Aesch. Suppl. 853. Eur. El. 479. Aristoph. Pac. 356 ab Herm. ap. Erf. ad Ai. p. 629. Idem olim in Diss. de usu antistroph. p. XIV in Eur. Or. 1300. Nunc cf. Buttm. ausf. Gr. p. 230. Videndum etiam num in Soph. Ai. 1056 νύκτωρ ἐπεστράτευσεν, ὡς ἕλοι δορὶ, in eo quod Schol. legit ἑλοιδόρει, perverse quidem, lateat ἕλοι δόρει. Miror quod n. l. Erfurdtius ἄορι et ἄρει potius quam δόρει margini adscripsit. *Doed.*

Ibid. ἐκ σμικροῦ λόγου bene recepit Br. Sic Isaeus Or. Cleon. p. 6 Reisk. ἐκ λόγων τινῶν ἔχθραν ἀνει-

λοντο. Trach. 361. ἔγκλημα μικρὸν αἰτίαν θ' ἑτοιμάσας. [„ἔπος saepe nihil aliud quam res" *Herm. ad Aiac.* 305.] *Doed.* ἐπὶ βραχείᾳ προφάσει recte interpretatur Lobeck. ad Ai. p. 406. vid. ad 456 (443.) *Hell.*

V. 617. Ἵνα hic manifeste χρονικὸν est: ut omnino τὰ τοπικὰ, neque a solis Graecis, ponuntur loco τῶν χρονικῶν. Plutarchus V. Alex. c. 68. ὅπου καὶ πρὸς Ἀντίπατρον Ὀλυμπιὰς καὶ Κλεοπάτρα στασιάσασαι διείλοντο τὴν ἀρχήν. *quo temporis articulo*. Hoogeveenus ut ἵνα dici χρονικῶς doceat, Doctr. Partic. I. p. 526 solum citat locum Aristoph. Nub. v. 1235, sed satis dubitanter, motus, opinor, Devarii ratione p. 175 Reusm. Ex Homericis poëmatibus exemplum eiusmodi usus citat Hermannus praefat. ad Aristophan. Nub. p. XV. Etiam Trachin. v. 1159 hanc particulam χρονικῶς intelligit Schneiderus Lex. gr. v. ἐξήκω. *Schaef.* Etiam Winshemius *Quando.* Quae potestas quanquam minime abhorret a linguarum universarum ratione, tamen quatuor istis exemplis, quae adhuc congesta reperio, parum stabilita mihi videtur. Singulos examinabimus locos. Hom. Od. VI, 27.

σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐστιν, ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν
ἕννυσθαι, τὰ δὲ τοῖσι παρασχεῖν, οἵ κέ σ' ἄγωνται.

Sed γάμος haud secus quam τάφος, δρόμος, χορός, ἀγών modo tempus et actum indicat, modo locum, in quo quid agatur, quae ambae notiones ita inter se cognatae sunt, ut saepe vix discernas, utra magis obversata fuerit scriptori. In Soph. Trach. 1157.

ἐξήκεις δ᾽ ἵνα
φανεῖς, ὁποῖος ὢν ἀνὴρ ἐμὸς καλεῖ.

illud ἐνταῦθα, quo ἵνα refertur, solvere poteris aut in εἰς τοῦτον τὸν καιρόν, aut in εἰς τοῦτον τὸν τόπον ἀγῶνος. Idem quadrat in Eur. Iph. A. 924.

ἔστιν μὲν οὖν, ἵν᾽ ἡδὺ μὴ λίαν φρονεῖν,
ἔστιν δὲ χὤπου χρήσιμον γνώμην ἔχειν.

Et multo sane proniores natura sumus, ut, ubi legamus *in convivio*, *in pugna esse*, mensas vel campum, quam horam vel diem animis concipiamus. Multo minus etiam huc facere puto locum ex Aristoph. Nub. 1157.

καὶ ταῦτ᾽ ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεούς,
ἵν᾽ ἂν κελεύσω ᾽γώ σε;

h. e. *ubicunque, etiam apud iudices, si in foro iurare te iussero?* nec satis intelligo, quare Reisigius ἐὰν ediderit. Addam duos locos, qui huc trahi posse videantur. Atque Eur. El. 453 quidem ἵν᾽ ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελφὶς Seidlerus ultro exemit: „Cave „de tempore intelligas. In praegressa sententia la- „tet: *in mari.*" Deinde in Archiloch. Fr. XVI ap. Brunck. Anall. I p. 43.

μηδεὶς ἔθ᾽ ὑμῶν εἰσορῶν θαυμαζέτω,
μηδ᾽ ἵνα δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νομόν.

quo loco plus quam reliquis efficeretur, nisi scriptura etiam a metro esset suspecta. „Scribendum „cum Valckenario μηδ᾽ ἐὰν δελφῖσι." Iacobs. ad Anth. Gr. T. VI p. 160. Superest noster locus, qui nihil

probabit, donec vulgaris significatus suffecerit. Atqui Brunckius *ubi* vertit. Ergone *in eo ipso loco* Thebani pacem rumpent, in quo Oedipus sepultus erit? Idque necesse est ut quandoque acciderit; aut falsa vaticinans Oedipus introducitur, quo nihil magis abhorret a poetae consilio. Non incredibile quidem illud est et acquiescendum in nostra veteris historiae Atticae inscitia. Non enim ἵνα licet *ut* interpretari, quanquam Brunck. ad Eur. Bacch. 1580: „Cum futuro indicativi ἵνα perinde ac ὅπως construitur.“ Nam quod de ὅπως hoc fit, ut res est notissima, ita ad ἵνα non satis facit, cuius coniunctionis usus minime late patet, cf. ad v. 151 (156) et 180 (188); nec ad synonymarum particularum leges metiendus. *Doed.*

V. 624. ψεύσουσι. Vid. ad v. 1502.

V. 626. γῇ τῇδ' ἀνὴρ ὅδ'. Perperam libri omnes γῇ τῇδ' ὅδ' ἀνήρ. Perduxerat me olim Valckenarii viri longe doctissimi auctoritas in eam opinionem, poëtas Atticos pro lubitu primam in ἀνὴρ corripuisse vel produxisse, quod postmodo falsum esse comperi. Sophocles et Aristophanes nomen ἀνὴρ non aliter adhibuerunt, quam prima brevi. Apud Euripidem in Phoenissis v. 1650 editionis Valckenarii duorum codicum ad fidem legi debebat ἄταφος ἀνὴρ ὅδ' — non vero ἄταφος ὅδ' ἀνήρ. Plurimi versus apud Comicum, in quibus hoc nomen occurrit, emendandi sunt. *Brunck.*

V. 627. εὐμένειαν ἀνδρός. Brunckius genitivum obiectivum statuit: *quis benevolentia non complecta-*

tatur talem virum? Malim: *quis talis viri benevolentiam aspernetur?* De hac vocis ἐκβάλλειν sive ἀποβάλλειν potestate vid. Miscell. Obss. Vol. III. T. I. p. 405. Actt. Monacc. T. I. p. 49. *Doed.*

V. 628. ὅτῳ. Sic recte legitur apud Suidam in Δορύξενος. Sophoclis exemplaria scripta et impressa perperam habent ὅτου. In seq. v. lectione, κοινὴ παρ' ἡμῶν, cum Suida consentiunt membr. et Aldus. Inficeta est Triclinii lectio κοινή τ' ἄρ' ἡμῖν. *Brunck.* δορύξενος. Legendum δορυξένοις cum Kustero ad Suidam l. cit. *Musgr.*

V. 630. ἱκέτης δαιμόνων. honorifice, quasi non tam ab Atheniensibus, quam a Diis expetat favorem, ideoque gratis et ultro bona sua illis offerat. *Hell.*

V. 635. ἔμπαλιν. Legendum, ni fallor, ἔμπολιν, ut infra v. 1218, 1150 (1156). *Musgr.* Acuta coniectura, cf. v. 1150 (1156), probata etiam Erf. in marg. et Reisigio, nec tamen necessaria; nam vulgatum satis aptum, sive *contra* explices, ut Trach. 358, sive, quod malim, *rursus, vicissim:* animum enim benevolum (εὐμένειαν) Oedipi remunerari vult Theseus. *Hell.*

V. 636, 637. τόδε pleonastice. cf. Erf. ad Ant. 213. Caeterum cave δίδωμι pro verbo apodoseos accipere. Est anantapodoton, suppleto στεῖχε. Usitatius quidem illud anantapodoti genus, quo in dilemmate prioris membri apodosis omittitur; sed nihil obest, quominus posterior aliquando suppleatur. Eandem viam Reisigium video ingressum. Thuc. III, 45. ἢ τοίνυν δεινότερόν τι τούτου δέος εὑρετέον ἐστίν, ἢ — τόδε γε

οὐδὲν ἐπίσχει. Sic illic quoque distinguendum. Denique τούτων pendet ex omisso ἓν vel θάτερον, ut in Oed. T. 640 δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν.

V. 637. ξυνοίσομαι, *assentior*, *Musgr.* cf. El. 1465. συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν *applicare se potentioribus.* Brunckius: *opem feram.* Elmsl. confert Eur. El. 527. ἔπειτα χαίτης πῶς ξυνοίσεται πλόκος; *Doed.* Pariter Wakefield ad Eur. Ion. 706 (T. D. II p. 69) et Elmsl. ad Heracl. 919; qui tamen ad Med. 15 ξυνοίσομεν legi posse putat. *Hell.*

V. 639. ἢ δόμους. Lectio ἐς δόμους ex interpretatione nata. Rite δόμους, οἴκοις, ut apud Latinos, sine praepositione dicitur. Trach. 58. θρώσκει δόμους. 730. ᾧ μηδέν ἐστ' οἴκοις βαρύ. Eur. Ion. 1616. στείχωμεν οἴκους. *Doed.*

V. 640. εἴ μοι θέμις γ' ἦν. Brunckius ad El. 1416 εἰ pro εἴθε cepit. Caeterum in ipsa interpretatione recte vertit: *si quidem.* Neque aposiopesis statuenda post ὅδε, nec interpellatio, sed vel sic intelligi putat Oedipus quem locum dicat, quoniam obscure quidem paullo ante, v. 618 (622) et 621 (625), mentionem eius rei iniecerat. Eadem plane ratio est in Oed. T. 101.

ὡς τόδ' αἷμα χειμάζον πόλιν. *Doed.*

V. 641. v. ad 391 (398.)

V. 642. ἐν ᾧ κρατήσω. Intelligit eam haud dubie victoriam, quam Manibus eius vaticinia deorum promiserant: vid. supra v. 424 (404) (411) et 648 (617) (662.) Hic tamen oritur scrupulus. Locus enim, ubi consedit nunc Oedipus, a loco, ubi sepultus erat, satis longum spatium abfuisse videtur: vid. ad v.

1664 (1582) (1595) adeoque falsus animi erat filius Laii, cum se hoc ipso in loco Thebanorum copias debellaturum pollicitus est. — Verum nimis forte curiosi sumus: nec tam anxia ἀκρίβεια a tanto poëta exigenda. *Musgr.* κρατήσω, κρατησόντων Ἀθηναίων. *Bothe.*

V. 644. τελοῦντι. Oed. T. 863. εἴ μοι ξυνείη φέροντι. *Hell.*

V. 645. οὔ σε μὴ προδῶ. Perperam Aldus πρόδῷ. Est prima persona aor. 2, qui cum particulis οὐ μὴ constructus potestatem futuri habet. τοὐδέ γ' ἀνδρὸς valet ἐμοῦ γε. *Brunck.*

V. 647. λόγῳ, ψιλῷ. scil. simplex promissum iuriiurando oppositum, ut Thuc. III, 83. οὐ γὰρ ἦν ὁ διαλύσων, οὔτε λόγος ἐχυρὸς οὔτε ὅρκος φοβερός. *Doed.*

V. 650. ὅρα με λείπων; non est aposiopesis, sed aut ὅρα simpliciter est *cautus esto*, aut repetendum μὴ ἥξουσιν, ut in Phil. 913. λιπὼν μὲν οὐκ ἔγωγε (τὸν πλοῦν στελεῖν ἔοικα) λυπηρῶς δὲ μὴ πέμπων (sic Ald.) σε μᾶλλον, (στελῶ) τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλαι. *Doed.*

V. 654. Aldus edidit:

πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ, πολλὰ δὴ μάτην ἔπη
θυμῷ κατηπείλησαν —

Nec variant codd. nisi in interpunctione, qua in parte haud multum eis tribuendum est. Locus mendosus est, quod verissime decernit Toupius in Suidam III, 16 [II, 32, ed. Oxon.] ubi legit

πολλοὶ δ' ἀπειλὰς, πολλὰ δὴ μάτην ἔπη
θυμῷ κατηπείλησαν.

Verius ego, ni fallor, et elegantius:

πολλὰς δ' ἀπειλὰς, πολλὰ δὴ μάτην ἔπη
Θυμὸς κατηπείλησεν.

Brunck. πολλαὶ δ' ἀπειλαί. Locus parum expeditus. Lego:

πολλὰς δ' ἀπειλὰς, πολλὰ δὴ μάτην ἔπη
Θυμοὶ κατηπείλησαν — .

Θυμοί, *irae*, ut Ai. 729 (718). Plutarchus in initio Coriolani: θυμοῖς τε αὖ πάλιν χρώμενος ἀκράτοις, vol. I p. 214, B. *Musgr.*

πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ, πολλὰ δὴ μάτην ἔπη·
θυμῷ κατηπείλησαν, ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν

Sic distinxit Erf. in marg.; ad κατηπείλησαν supplendum: οἱ ἄνθρωποι, *man.* cf. Poppo Obss. p. 188. (non, ut Erf. in marg. „scil. ἄνδρες illi.") Eadem ratio est in Isaei Cleon. p. 9 Reisk. αὐτὸς μὲν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ κομισάμενος ἐπαίδευε, τὴν δ' οὐσίαν ἀφελέσθαι τῶν χρημάτων (Tayl. et Reisk. χρηστῶν coniecerunt) ἐπιβουλευσάντων (suppl. τινῶν) ἔσωσεν ἡμῖν. Vauvillersius coniectaverat:

πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ, πολλὰ δὴ μάτην ἔπη·
θυμοὶ κατηπείλησαν.

Seidl. ad Eur. El. 1065.

πολλαὶ δ' ἀπειλαί· πολλὰ δὴ —

Kuster. ad Xen. Oecon. p. 210. *Doed.* Interpunctionem praeivit Vauvill., ita reddens locum: *multae minae nihil aliud sunt, quam multa inania verba.* Reisigius autem, quod proprie iactatores faciant, poetica ratione eorum minis tribui existimans, improbata incisione post ἔπη, vertit: *multae minae multa iam inania dicta iactarunt per iram. Hell.*

V. 656. αὐτοῦ γένηται. De resipiscente animo

haud dubie dictum; vid. Heind. ad Plat. Charm. p. 62, coll. Valck. ad Oratt. Hemst. et Valck. p. 383. sed de forma ac specie huius locutionis dubitari potest utrum *αὑτοῦ γενέσθαι* dictum sit, ut *ἑαυτοῦ γενέσθαι* Herodot. VIII, 22 *sui compotem* seu *κύριον fieri*, an potius pro *ἐν ἑαυτοῦ γενέσθαι* (non *εἰς ἑαυτοῦ*, nam „*γενέσθαι* ubi de adventu dicitur, ablativum adiunctum habet" Nitzsch. ad Plat. Ion. p. 84) sive *εἰς ἑαυτὸν ἐλθεῖν*. Nam praepositio etiam ante tales genitivos omitti potest, ut in El. 1451.

φίλης γὰρ προξένου κατήνυσαν.

Acceptissimum Graecis erat, menti humanae domicilium adtribuere, ex quo excederet ubi desipere coepisset. Hinc — *ἔνδον γενοῦ* Aesch. Choeph. 233 et Eur. Ion. 254. *οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔχομεν.* neque comici coloris quidquam trahere videbatur, ut indicat Buttm. ad Phil. 950. *Doed.* Bothius *αὑτοῦ, ubi ratio eo accedit, νοῦς* ad Theseum, *θυμοὺς* (Musgravianum) ad Thebanos referens. Erf. cft. Valck. Adnott. in N. T. p. 383. *Hell.*

V. 657. *ἴσως* ad *φανήσεται* pertinet, nec *fortasse* sed *utique* significat. cf. Schaef. ad Trach. 301. (quanquam de h. l. minus recte statuit; vid. Herm.) Heind. ad Plat. Phaedr. p. 209. Locell. ad Xen. Ephes. p. 188. Wyttenb. ad Plat. Phaedon. p. 161 „*ἴσως* sexcenties apud Platonem est probantis nec du„bitantis ut sit probabile, nec tamen plane certum, „et ab *ὄντως* differat, ut Legg. XII, p. 695, g." Sed ironici etiam aliquid habet, ut *οἶμαι* (*credo*, Elmsl. ad Eur. Heracl. 512) ut h. l. Conf. Ai. 942.

ἴσως τοι, κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν
θανόντ' ἂν οἰμώξειαν ἐν χρείᾳ δορός.

coll. v. 1009. Phil. 1260. Eur. Bacch. 918.

λήψει δ' ἴσως σφας ἣν σὺ μὴ ληφθῇς πάρος.

Reisig. adfert Aristoph. Nub. 1132 et 1323. cf. Schaf. ad Longum p. 557. *Doed.*

Ibid. ἐπεῤῥώσθη a ῥώομαι propero, ruo. *Musgr.* Elmsleius interpretatur ῥώμην ἔλαβεν scil. ὥςτε δεινὰ λέγειν. Scripsisse virum eruditissimum auguror ἔλαβον. Sensus enim est: καὶ ἐπεῤῥώσθησαν ἐκεῖνοι, ὥςτε δεινὰ λέγειν. Attractionem non ita absimilem deprehendes in Ai. 1235.

ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά;

pro: οὐ μέγα κακόν ἐστι, ταῦτ' ἀκούειν; *Doed.*

V. 659. πέλαγος. Proverbialiter haec et similia dicuntur ad indicandum al. rei vel magnitudinem vel periculum. Athenaeus 1, 13, laudante H. Stephano:

Εἰς πέλαγος αὐτὸν ἐμβαλεῖς γὰρ πραγμάτων.

Plaut. Asin. 1, 2, 8:

Nam mare haud est mare: vos mare acerrumum.

cf. Vechneri Hellenolex. p. 503 ed. Heusinger. *Bothe.* Add. Trach. 118. Aesch. Prom. 748.

δυςχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης.

V. 660. οὖν. suspicor σὖν σ'. cf. ad v. 1129 (1135.) κἄνευ τῆς ἐμῆς. Eleganter Herm. ad El. 350 ed. Erf. corrigit κἂν ἐμῆς ἄνευ. probante Bothio et Erf. in marg. cf. ad Vig. pag. 839. Similiter Eur. Iph. A. 1012.

σοί τ' ἂν γένοιτο κἂν ἐμοῦ χωρὶς τάδε.

Porson. ap. Kidd. p. 194. θαρσεῖν μὲν οὖν κἄνευγε τῆς ἐμῆς ἐγώ. *Doed.*

V. 661. *γνώμης*. Bothius *ῥώμης*. Sed *γνώμη* idem est, opinor, quod *κύρωσις*, *auctoritas* h. e. *licet abs te dissentiam*. El. 547.

δοκῶ μὲν εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω. *Doed.*

Winsh. *absque meo consilio*. Anon. Angl. *mei nulla ratione habita*; aut *licet ipse tuarum non forem partium*. Burgess. *habes certe praeter meam benevolentiam, quod tibi bonum addat animum*. *Hell.*

Ibid. *προὔπεμψε*. Nonnulli MSS. *προὔτρεψε*, quod alteri pene antepono. *Musgr.* *προὔτρεψε* exquisitius videatur; cf. Ant. 271. Plat. Phaed. p. 89 A. *ὡς εὖ ἡμᾶς . . . προὔτρεψε πρὸς τὸ παρέπεσθαί τε καὶ ξυσκοπεῖν τὸν λόγον*. cf. *θεότρεπτα* ex Aesch. Pers. 905. Contra Soph. El. 1158.

δαίμων
ὅς σ᾽ ὧδ᾽ ἐμοὶ προὔπεμψεν.

In Luc. Actt. App. XVIII, 27 *προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτὸν* alii *προπεμψάμενοι* exhibent. *Doed.*

V. 662. *ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος*. Bothius *μὲν* pro *μή*, id enim „perversa sententia" legi propterea opinor, quod *μὴ παρόντος* non possit per adversativam *ὅμως* coniungi cum *κἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης*. Sed est inversio, ut in *tametsi* seu *tamen etsi*. Construe: *οἶδα δέ, ὅτι ἐμοῦ καὶ μὴ παρόντος ὅμως κ. τ. λ.* cf. ad v. 933 (957.) Ai. 121.

ἐποικτείρω δέ νιν
δύστηνον ἔμπας, καίπερ ὄντα δυςμενῆ.

In Mimnerm. Fr. 1. (Br. Anall. 1 p. 60.)

γῆρας, ὅ,τ᾽ αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἄνδρα τιθεῖ.

legendum *ὅμως*. *Doed.*

V. 663. ὄνομα non periphrasi solum inservit, sed cum fiducia potius aliqua Theseus loquitur. *Hell.*

V. 664. Plutarchus in Tractatu *An seni sit gerenda Resp.* Σοφοκλῆς δὲ λέγεται μὲν ὑπὸ τῶν υἱῶν παρανοίας δίκην φεύγων, ἀναγνῶναι τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνοῦ πάροδον, ἥ ἐστιν ἀρχὴ,

Εὐίππου, ξένε, τᾶσδε χώρας
ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα,
τὸν ἀργῆτα Κολωνὸν,
ἔνθα λίγεια μινύρεται
θαμίζουσα μάλιστ' ἀηδὼν
χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις.

θαυμαστοῦ δὲ τοῦ μέλους φανέντος, ὥςπερ ἐκ θεάτρου, τοῦ δικαστηρίου προπεμφθῆναι μετὰ κρότου καὶ βοῆς τῶν παρόντων. *Hell.*

V. 665. γᾶς. Pleonasmus forte est ut in initio Helenae, et alibi apud Euripidem. Alioqui non ineptum foret πᾶσ' i. e. πᾶσι. Sic κράτιστον πᾶσιν Oed. Tyr. 40, ubi plura. Thucydides II, 64. πόλιν τε τοῖς πᾶσιν εὐπορωτάτην καὶ μεγίστην ᾠκήσαμεν. Aristides tom. I p. 288. καθαρῷ τοῖς ἅπασι. *Musgr.* In hac coniectura si necessaria esset, vocalis elisio tolerari vix posset; cf. Lob. ad Ai. p. 344. Placuit tamen Bothio. Veram puto Hermanni interpretationem ad Vig. p. 887. *Ad equestris loci sedem venisti, quae huius regionis est praestantissima,* nisi quod malim: *Ad equestris huc* (τᾶσδε) *regionis* (sc. Colonum) *sedem hospitalem venisti, quae praestantissima est terrae,* h. e. aut *Attices*, aut, id quod et olim (Spec. Soph. p. 26) proposui et ne nunc quidem damno, *orbis terrarum.* Sic in Plat. Protag. §. 80. πλεῖστοι γῆς ubi vid. Heind. *Doed.* Aliter Passov. de Aesch. Pers. p. 47.

„Uterque genitivus pendet ab ἔπαυλα, poteratque „idem, sed minus poëtice dicere sic: χθόνια τᾶσδε „χώρας ἔπαυλα: *pervenisti ad sedes quas patria no-„stra totius regionis praestantissimas habet.*“ Similiter Erfurdtius ad Ant. v. 921 ed. mai. Reisigius genitivos εὐΐππου τᾶσδε χώρας ex vocativo ξένε aptari iubet: *Equis gaudentis hospes terrai huius.* Versum respexit Eustathius p. 726, 27. οἷον καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ στάθμα, τὸ ἔπαυλα. *Hell.* — ἔπαυλα de *sedibus* vel regionibus ad habitandum idoneis intelligo, ut πάροικοι Θρῃκίων ἐπαύλων in Aesch. Pers. 870. *Doed.*

V. 666. ἀργῆτα. Scholiastes λευκόγεων interpretatur. Theophrastus de causis Plant. II, 5. ἡ σπιλὰς, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ λευκόγεως, ἐλαιοφόρος. Homerus Iliad. β'. 647. ἀργινόεντα Λύκαστον, ubi Scholia brevia λευκόγειον, nec aliter Eustathius intellexit ad v. 656. Apollonius: Ἀργινόεντα λευκὸν καὶ ἀργινώδη. Lege ἀργιλώδη. *Musgr.* Argillaceum fuit solum Atticae ἐλαιοφόρου. *Bothe.* τόνδ' ἀργῆτα, quod Vinileius exhibet pro τὸν ἀργῆτα, placet cum ob auctum orationis vigorem, tum quod ita ad amussim respondet h. v. antistrophico

νάρκισσος μεγάλαιν θεαῖν. *Doed.*

ἔνθ' ἁ pro ἔνθα debetur Seidlero ad Eur. El. 134. Reisigio tamen non persuasit, „quoniam numerorum „terminus post κολωνὸν orationis intervallo consen-„tiens exordium carminis reddit grandius.“ Elmsleius confert Gaisf. ad Hephaest. p. 304.

V. 667. μινύρεται. Erf. laudat Valck. ad Phoen. 1518. *Hell.*

V. 668. θαμίζουσα μάλιστα, *prae reliquis avibus numerosa. Musgr.*

V. 669. ὑπὸ pro ἐν dictum, respectu collium, quibus convalles subiacent. *Erf.*

V. 670. οἰνῶπα. *Nigricantem* vertit Brunckius. Ego crediderim propter figuram foliorum et fructuum non propter colorem comparari hederam viti et uvae. In Oed. T. 202 οἰνὼψ indicat *pampinis coronatum* Bacchum. *Doed.*

Ibid. *ἀνέχουσα, colens, incolens.* Compositum pro simplici. Futilis est Scholiastae explicatio. *Brunck.* ἀνέχουσα. non raro *honorans* significat: vid. ad Eurip. Hecub. 123. nec aliter hic interpretari suaserim. *Honorare* autem vel *colere locum aliquem*, quid aliud poetis est quam *frequentare, habitare? Musgr.* Plane ut nos: *hoch halten.* Add. Brunck. ad Ai. 211. Hom. Od. VII, 32.

οὐ γὰρ ξείνους οἵδε μάλ' ἀνθρώπους ἀνέχονται.

Schol. ἄνω ἔχουσα, perperam conferens Aesch. Lyc. ἄν' οὖς ἔχων quod est *erigens* aures ut ὀρθὸν ἱστάναι οὖς in El. 27. Caeterum apparet ex h. l. paulo latius etiam patere, quod notavit Matthiaeus in Animadv. ad Hom. Hymn. p. 120: „τιμᾶν deus di„citur eum locum ubi praecipua religione colitur, „ubi adeo in primis versatur.“ *Doed.* Winsh. *sedens sub*, Reisigius *superinsidens*, Bothius *amans.* Erfurdtius suaserat: οἰνωπὸν ἔχουσα, quod Hermannus etiam in suo exemplari adscriptum invenerat. *Hell.*

V. 671. ἄβατον, Suidas: ἄβατον, ἱερόν, ἀπρόσιτον, ἔρημον. — θεοῦ. *Bacchi* sc. si interpretem audias: cui favet certe, quod secunda strophe in celebranda Palladis arbore tota versatur, quam putidum foret bis in eadem oda depraedicari. *Musgr.* Neptunum intelligit Bothius.

V. 672, 673. ἀνάλιον, ἀνήνεμόν τε πάντων χειμώνων. Ex Homero in Odyss. E. haec adumbrata esse observat Eustathius p. 1547:

Τοὺς μὲν ἄρ᾽ οὔτ᾽ ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων,
οὔτ᾽ αὖ ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν,
οὔτ᾽ ὄμβρος περάασκε διαμπερές.

Doricam formam ἀνάλιον e. cod. T. sumsi. [ex ed. rec.] *Brunck.* ἀνάλιον non male exponit Scholiastes. Sed si φυλλάδα de olea interpretaris, significare potest, *a sole illaesum.* Horatius lib. I ep. VIII, 5. *Oleamve momorderit aestus. Musgr.* Viti vix convenit ἀνάλιον. Potius intelligam laurum, quam πάγκαρπον appellat noster Oed. T. 83, ut hic μυριόκαρπον. *Elmsl.* — ἀνήνεμος χειμώνων. cf. Brunck. ad Oed. T. 191. — Eustathii verba ad Odysseae l. haec sunt: ἰστέον δὲ ὅτι κατά τινα μίμησιν Ὁμηρικὴν κεῖται παρὰ Σοφοκλεῖ φυλλάδα μυριόκαρπον ἀνήλιον, ἀνήνεμόν τε πάντων χειμώνων. *Hell.*

V. 675. ἐμβατεύει proprie de deo inhabitante. Aesch. Pers. 448. Πὰν ἐμβατεύει ποντίας ἀκτῆς ἔπι. vid. Blomf. et Abresch. Animadv. p. 205. *Hell.*

V. 676. θείαις — τιθήναις i. e. *Nymphis.* Eur. Cyclop. 4.

Ὦ Βρόμιε —
Νύμφας ὀρείας ἐκλιπὼν ᾤχου τροφούς.

Hyginus Astron. Poet. lib. II, 17. *Liberum patrem — ut redderent nutricibus Nymphis.* Conf. Diodor. Sic. IV, 2. *Musgr.* — ἀμφιπολῶν pro ἀμφιπολούμενος dictum vult Erf. ad Trach. p. 209, quod recte improbant Wunderlich. Obss. p. 106 et Herm. ad Trach. 195, qui vertit: *choro Maenadum pererrans.* Ἀμφιπολεῖν ni fallor sensu primitivo accipiendum est,

versari circa aliquem. *Doed.* θεαῖς coniecit Elmsleius coll. Ant. 834. Aristoph. Pac. 1080.

V. 677. οὐρανίας ὑπ' ἄχνας. ὑπὸ τῆς δρόσου. Eustathius p. 492. [vid. ad Trach. 847. Suid. T. I p. 446.] *Brunck.* οὐρανίας ὑπ' ἄχνας, *a rore coelesti.* Δακρύων ἄχναν habet Noster Trachin. v. 861 (853.) Οἰνωπὸν ἄχνην Eurip. Orest. 115. *Musgr.* ἄχνα, ut *ros*, de humore in universum. cf. Wakefield. ad Trach. l. c. *Hell.*

V. 678. κατ' ἆμαρ ἀεὶ *continuo,* ut αἰὲν ἐπ' ἤματι v. 684 (688.) *Hell.*

V. 679. μεγάλαιν θεαῖν. De Furiis interpretatur Scholiastes. Sed contra stat numerus dualis, et quod Furiae persaepe σεμναὶ θεαί, nunquam μεγάλαι θεαὶ dicantur. Melius Clemens Alex. ὁ γοῦν Σοφοκλῆς τὸν νάρκισσον ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα προςεῖπε, τῶν χθονίων λέγων, Paedagog. lib. II p. 213. Quanquam et hic fortasse haereremus, nisi clare docuisset Pausanias μεγάλας θεὰς esse Cererem et Proserpinam, deas Eleusinias. Sic in initio fere Messenicorum p. 281. τὰ ὄργια κομίζων τῶν μεγάλων θεῶν Καύκων ἦλθεν ἐξ Ἐλευσῖνος. De iisdem plura dant proxime sequentes paginae. *Musgr.* Scholiastae fortasse obversatus est Eustathii locus p. 87, 25. ad Iliad. I, 206. νάρκισσος ἐριννύσι στεφάνωμα. Νάρκισσόν τε γὰρ ἐκ τοῦ ναρκᾶν παρηχεῖται, καὶ τοῦ ναρκᾶν ἐριννύες τοῖς κακούργοις παραίτιοι. Conf. interpretes ad Homer. Hymn. ad Cer. v. 6 sqq. Ruhnken, Mitscherlich, Matthiae. cf. etiam Creuz. Praep. ad Plotin. p. XLVIII. *Hell.*

V. 680. De τε producto vid. Seidler. Dochm. p. 21.

V. 681. ἄϋπνοι κρῆναι. Sic Aesch. Prom. 358 ἄγρυπνον βέλος. Ovid. Trist. IV, 5. ut vigil infusa Pallade flamma solet.

V. 682. οὐδὲ — κρῆναι μινύθουσι. Alia omnia tradit de Cephiso Strabo p. 400, A. ὁ μὲν Κηφισσὸς — χειμαῤῥώδης τὸ πλέον θέρους δὲ μειοῦται τελέως. Accedit Plutarch. in Solone: πρὸς ὕδωρ οὔτε ποταμοῖς ἐστιν ἀεννάοις, οὔτε λίμναις τισὶν, οὔτ' ἀφθόνοις πηγαῖς ἡ χώρα [i. e. Attica] διαρκής, p. 91, C. Nec scio, an nodum solvat Pausanias, qui Cephisi duo brachia novisse videtur. Sic in Attic. p. 92. Ῥεῖ δὲ Κηφισσὸς πρὸς Ἐλευσῖνι, βιαιότερον παρεχόμενος τοῦ προτέρου ῥεῦμα, et mox πρὸς τούτῳ τῷ Κηφισσῷ. *Musgr.*

V. 683. Κηφισοῦ. Sic codd. omnes recte. Variam lectionem Ἰλισσοῦ, cuius nescio utrum scholiastae ipsi, an excerptoris errori mentio debeatur, praetuleram perverso iudicio. Haud sane veram eam credidissem, si memoriae minus fidens topographiam Atticae regionis inspexissem. Cephisus non longe ab Eleusine in mare defertur. Qui Athenis Eleusinem via sacra ibant, Cephisum ponte, in quem exstat Simonidis epigramma, transmittebant. Fluvius est perennis, nec unquam deficiens, cui proinde Tragicus noster vere κρήνας ἀΰπνους tribuit. Fallitur Strabo fluvium hunc confundens cum rivo qui occidentalem partem urbis adluebat, et in Phalericum sinum demittebatur. Huius erroris ut et meae allucinationis testem profero virum antiquitatis peritissimum, qui loca adiit et curiose inspexit, Iac. Sponium. Vide narrationem itineris editam Lugduni a. 1678 T. II p. 276. Ab opposita seu orientali urbis parte, longe a Colono, ab Eleusine longius,

fluebat Ilissus, cuius hic nulla fieri debuit mentio. [ex ed. rec.] *Brunck.* Reisigius utriusque amnis rivos Coloneos per campos measse suspicatur. *Hell.*

Ibid. νομάδες. Malim γονάδες. Hesychius: γονάδες, μητέρες. Apidanum pariter ὑδάτων πατέρα vocat Eurip. Hecub. 452. Ovidius Fastor. IV, 572.

Teque future *parens* Tybri potentis *aquae.*

Musgr. Ingeniosa coniectura et elegans, necessaria non item. Κρῆναι, ῥείθρων νόμαδες sunt ni fallor *undae Cephisi ripas lambendo arrodentes.* Nam νέμεσθαι, quod plerumque de flammae vi gliscente ac proxima quaeque corripiente et consumente usurpatur, cum ad alia devastationum genera (Thuc. II, 53. ἐπενείματο ἡ νόσος Ἀθήνας μὲν μάλιστα), tum vero optime ad fluminis rapidi (ἄϋπνοι) fluctus transferri potest. Ῥεῖθρον cum paene item terminetur ac θέατρον, δεσμωτήριον, κοιμητήριον, proprie *locum,* in quo quid fluat i. e. *alveum* indicat; Ammon. p. 122 ed. Valck. Ῥεῖθρον ῥεύματος διαφέρει· ῥεῖθρον μὲν γάρ ἐστιν ὁ τόπος, δι' οὗ φέρεται τὸ ῥεῦμα, ῥεῦμα δὲ αὐτὸ τὸ ὕδωρ. *Doed.* Winshemius: *loca pascua irrigantes circa Cephisum;* Heathius: *alentes Cephisi fluenta.* Anon. Angl. *in Cephisi alveos aquam distribuentes.* Brunckio vertenti: *agrum pererrantes* favet Eur. Cycl. 120 et Poly. fragm. I, 2 Elmsleius coniungit Κηφισοῦ νομάδες ῥείθρων, ut genitivus ῥείθρων pendeat ex νομάδες. *Hell.*

V. 684. vid. ad 678.

V. 685. ὠκυτόκος non solum est celeriter pariens, sed etiam, facilem ac celerem partum efficiens. *Erf.* — ἐπινίσσεται. Hoc verbum Reiskius

censebat ad κρόκος referri. *Brunck.* ἔπι νίσσεται Ernestius ad Callim. p. 9.

V. 686. ἀκηράτῳ — ὄμβρῳ — χθονός, i. e. *aqua fluenti*, quam Euripides γαίας παγὰν vocat Ion. 147. Nonnus ibidem citatus πόμα γαίας. *Musgr.* Quem cf. ad O. T. 1414. Caeterum ἀκήρᾰτος ab ἄκρᾱτος non longe aliter differre videtur, quam θείομεν ab θέωμεν. *Doed.*

V. 687. στερνούχου. Eustath. p. 309, 36 ad Iliad. II: καὶ στέρνα δὲ καὶ νῶτα καὶ βούστροφα γῆς μετάφρενα, ἣν καὶ χθόνα στερνοῦχον εἶπεν ὁ Σοφοκλῆς. Erinn. Od. Rom. (Br. Anall. I p. 59.)

σᾷ δ' ὑπὸ σδεύγλᾳ κρατερῶν λεπάδνων.
σ τ έ ρ ν α γ α ί α ς καὶ πολιᾶς θαλάσσας
σφίγγεται.

Empedocl. ap. Aristot. Anim. I, 5. (Fr. ed. Sturz. p. 409) ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος ἐν εὐστέρνοις χοάνοισιν ubi Philopon. ἀντὶ τοῦ π λ α τ έ σ ι· καὶ γὰρ τὰ στέρνα πλατύτερα τῶν ἄλλων τοῦ ζώου μερῶν. *Doed.* — οὐδὲ Μουσᾶν χοροί. Contrarium de Marte Eur. Phoen. 802 seqq. *Hell.*

V. 688. οὐδέ γ' ἁ χρυσάνιος. Aldus et membr. οὐδὲ χρυσάνιος. In B. οὐδ' ἁ χρυσήνιος. Triclinius invenuste οὐδ' αὖ ἁ χρυσήνιος. Lectionem nostram ad metri et euphoniae rationem concinnavimus. *Brunck.* οὔτ' οὖν vel οὐδ' ἄρ' Erf. coniecit in marg. Totum locum expressum esse ex Eur. Med. 815 — 819 Elmsleius existimat. De χρυσάνιος cf. Lob. ad Ai. 846. „χρυσόνωτος ἡνία h. e. habena aureis bul-„lis seu bracteis superne ornata."

V. 692. Δωρίδι νάσῳ cum de omni Peloponneso, tum praecipue de Aegina insula est intelligendum,

quam et ipsam Pelopis olim fuisse haud obscure significat Thuc. I, 9. Nec vero negat pervenire istic loci oleas, (nam *ποτέ* h. l. non est *unquam* sed *olim, quondam*) sed hoc tantum ait, ex Attica translatum olim fuisse celeberrimum illud olearum genus, ex quo Aeginetas Damiae et Auxesiae simulacra confecisse narrat Herodot. V, 82, addens: *λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἦσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἢ Ἀθήνῃσι.* Etiam in Asiam coniicias per colonos Athenienses illam arborem translatam fuisse. Et ad hanc rem referendum, quod *ματρόπολις* v. 704 (708) Athenae vocantur, sc. Ionum Asiam colentium, non ut sit pro *πατρίδα*. *Doed.* Voc. *νᾶσος* poëtis peninsulam significare monuit Musgr. ad Eur. Phoen. 212. Praecipue in Peloponnesum quadrat, *ὡς παρὰ βραχὺ τοιαύτην οὖσαν.* vid. Eustath. ad Dionys. in Perieg. v. 403 laudatum Burtono. *Hell.*

V. 694. *φύτευμ᾽.* Praeferam *φίτυμ᾽* quod legit Vinileius. Magis poetica haec forma. cf. Schol. ad Ai. 1296. Aesch. Agam. 1281 *μητροκτόνον φίτυμα.* Soph. Trach. 311 *τίς δ᾽ ὁ φιτύσας πατήρ.* In Eur. Iph. A. 1164 *ὁ φιτύσας πατήρ* corrigendum. „Verbum *φιτύειν* in vulgarius *φυτεύειν* fere semper mutabant librarii.“ Monk. ad Eur. Alcest. 305. — *ἀχείρωτον* Winshem. et Brunckius vertunt: *non manu satum*, h. e. quae nulla humanae manus cura provenit. Sed vereor ne *ἀχείριστος* potius requiratur. Est *invictum*, quo epitheto anticipantur ea, quae quatuor versibus post fusius explicantur; verbo *χειροῦμαι* plerumque violenti aliquid inest, *χείριον* seu *ὑποχείριον ποιεῖσθαι*, nec dubium mihi, quin *δυςχείρωμα* in Ant. 127 rem *insuperabilem*, ut Brunckius, non *tractatu difficilem*, ut Erfurdtius voluit, significet. In Oed. T. 560 *θανασίμῳ χειρώματι* est *impetu*

mortifero, in Aesch. Ag. 1518 εὐχερὲς χείρωμα *prompta praeda*, in Theb. 1022 τυμβόχοα χειρώματα *libationes, quibus potiatur mortuus.* Grammaticus in Bekk. Anecd. I p. 474. *ΑΧΕΙΡΩΤΟΝ*· ἄμωμον an ad h. l. respexerit, incertum est. — αὐτόποιος ob antiquitatem appellatur, quam testatur Paus. VIII, 25, 5 p. 643 ed. Kuhn. Similiter αὐτόκτιτα ἄντρα in Aesch. Prom. 509 et αὐτόκτιστοι δόμοι in Fr. Soph. ap. Hesych. *Doed.*

V. 695. ἐγχέων φόβημα. cui ob religionem vel hostes cum sancto quodam horrore parcant. *Iacobs.* cf. Schol. Aristoph. ad Nub. 1001, Musgravio laudatum. φόβημα. Kidd. ad Dawes. p. 85 coniecit πρόβλημα coll. Ai. 1212. Aesch. Theb. 540. 675. Eur. Suppl. 220. Meleagr. Frag. VI. Scilicet ut Sophocles id usurpaverit, quod ubivis occurrat. *Doed.*

V. 696. μέγιστα. Sic recte scriptum in T. Gl. μεγίστως. Neutrum est plurale vice adverbii. Perperam Aldus μεγίστᾳ, quod metrum non admittit. Versus constat e duabus penthemimeribus iambicis:

ὃ τᾷ | δε θάλ | λει μέγισ | τα χώρ | ᾳ

Idem est metrum versus 698 (702.)

τὸ μὲν | τις οὔ | τε | νέος οὔ | τε γή | ρᾳ.

Quem sic in pedes suos divisi, ut quivis perspicere possit, Heathium falli, quum ait ad metri rationem legendum esse οὔτοι νέος. Sive οὔτοι sive οὔτε legas, perinde sanus et integer est versus. Sed οὔτε flagitat sermonis indoles, et nititur codicum consensu. Perperam Aldus et A. B. οὔτε νεαρός. *Brunck.* Ut in Oed. T. 1223. Phil. 462.

V. 697. παιδοτρόφου. Vid. Eur. Ion. 1454, ubi

quae fecisse se testatur Creusa, si ex more Atheniensium fecit, satis patebit, cur παιδοτρόφος vocetur oliva. Vid. etiam Hesych. v. στέφανον. Non male MSS. nonnulli θάλλον pro φύλλον. *Musgr.* Eur. Iph. T. 1070. γλαυκὸς θάλλον ἱερὸν ἐλαίας, ex quo loco Erf. lectionem θάλλον ortam putat. Zon. Lex. p. 1023. θάλλος καὶ ὁ τῆς ἐλαίας κλάδος . . Camerarius ideo dictum putat, quod victori in Panathenaeis, in quibus etiam pueris locus fuerit, praemium datum sit oleum moriae. Bothius, ut γλαυκᾶς, quod synonymum sit γλαυκώπιδος, ita παιδοτρόφου quoque refert ad Minervam πολιοῦχον et σώτειραν. ξανθός de vulgari oleae genere dicit Aesch. Pers. 625. *Hell.*

V. 698. οὔτε νέος, οὔτε γήρᾳ σημαίνων. Brunckius, *neque nunc quisquam, neque olim imperans*, ut γέρων sit i. q. ἀρχαῖος. Sic fortasse γέροντα μῦθον et γέροντα πράγματα in Etymol. M. intelligenda. Pariter apud Latinos *senex*, vid. intpp. ad Hor. Sat. I, 10, 67 et II, 1, 34. Winshemius: *neque iuvenum, nec senum quisquam imperans;* quod aut per μερισμὸν in universum pro *nullus imperator* dictum esse, aut, ut Reisigius vult, ad Xerxem iuvenem et Archidamum aetate provectum spectare potest. Iacobsius explicat: *neque iuventute pollens, nec senectute gravis;* Hermannus autem ad solum γήρᾳ refert σημαίνων: *senectutis auctoritatem adeptus.* Imperatoris tamen mentio haud aliena a v. 695 (699.) *Hell.* Ego Brunckium probo. νέος est pro νέον, *propediem*, oppos. γήρᾳ scil. χρόνου, quod additur in Fragm. Acris. II. ἀλλ᾽ οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου. Adverbium praetulit idem in Oed. T. 155. τί μοι ἢ νέον ἢ περιτελλομέναις ὥραις πάλιν ἐξανύσεις χρέος. *Doed.*

V. 699. ἁλιώσει i. e. ἀφανίσει, *exitio dabit.* Re-

spicit hic historiam de oliva Minervae, statim, postquam a Persis combusta fuisset, reviviscente. Vid. Herodot. VIII, 55. Pausan. in Attic. p. 64. Nihil hic miraculi vidit credo Theophrastus, qui sic: ἡ ἐλαία ποτὲ προκαυθεῖσα τελέως, ἀνεβλάστησεν ὅλη. Histor. Plant. lib. II, 4. De hac oliva videndus etiam Liban. vol. II p. 578. C. *Musgr.* — πέρσας h. e. *ne tum quidem prorsus exstirpabit, etiamsi caedendo vastaverit in tempus.* Brunckius: *manu vastans.* κέρσας coniecit Wakefield. ad Lucret. I, 928. *Doed.*

V. 701. *Μορίου Διός.* De olivis Moriis multa dat Scholiastes Aristophan. ad Nub. 1001. *Musgr.*

V. 704. ματροπόλει. Pind. Nem. 5, 16 laudat Schneiderus in Lex. Ceterum dativum Bothius schemate colophonio positum vult. Haud scio an potius iungendus sit cum εἰπεῖν. *Hell.* Vid. ad v. 695 (692.)

V. 706. αὔχημα· σεμνολόγημα Bekk. An. Gr. I, p. 468. χθονὸς ex coniectura Erfurdtii in textum inseruimus.

V. 707. εὔιππον. An subaudiendum cum his adiectivis εἶναι? vid. ad 1154 (1091) (1077.) Sic Σίσυφον subaudito εἶναι Pind. Olymp. XIII stroph. 3, Pyth. IV stroph. 1 οἰκιστῆρα Βάττου ubi Schol. λείπει τὸ ἔσεσθαι. — εὔπωλον. Post εὔιππον manifesto superfluum est. An legendum εὔμωλον? Hesychius: εὔμολος (lege εὔμωλος) ἀγαθὸς πολεμιστής, εὔοπλος. *Musgr.* εὔμωλον caeteroquin non ineptum, propterea displicet, quod Neptunus fortitudinis Atheniensium auctor vix recte dicitur; εὔοπλον dedit Wakefield. ad Eur. Herc. F. 498, testante et probante

Burgessio ad Eur. Troad. append. p. 126. Εὔπωλον intactum reliquit Reisigius, εὔιππον mutans in εὔπλουτον, quod generatim ambo Neptuni dona complecteretur. Sed vulgata sana est. Imitatus videtur Simmias Rhod. ap. Hephaest. p. 330 ed. Gaisf.

σοὶ μὲν εὔιππος, εὔπωλος, ἐγχέσπαλος
δῶκεν αἰχμὰν Ἐνυάλιος εὔσκοπον ἔχειν.

Si discernere velis synonyma, εὔιππον αὔχημα indicat *artes* equorum, bene subactorum et ad res bellicas aptatorum, εὔπωλον autem *genus* equorum, nobile et natura eximium. Caeterum conf. Aristoph. Eqq. 556 sqq. *Doed.*

V. 710. ἀκεστῆρα χαλινόν — *domitorem* procul dubio. Sed nihil simile alibi reperio. *Iacobs.*

V. 711. ταῖςδε κτίσας. Canteri emendationem, metro postulante, recepi. Κτίσας utique ultimam producit, ut κλέψας Eurip. Rhes. 503, ἔκτισας corripit, ut ἤγγειλας Med. 1018. *Musgr.* Non quo primum fuderit equum Neptunus ibi, sed quia, eo nimirum auctore, Erichthonius quadrigas iunxit. Virg. Georg. III, 113. *Reisig.* De Ποσειδῶνι ἱππείῳ Arcadum vid. Pausan. VIII, 25, 5. *Doed.*

V. 712. ἅ. Malim σά. Alioqui non satis apparet quid ad Neptunum faciat nautica Atheniensium peritia. *Musgr.* Cui accedit Reisigius, σὰ post ἁλία inferens, quoniam offendat mera navigii commememoratio sine ulla benigni datoris recordatione. Bothius mutanda interpunctione locum sublevare studet, deleto puncto post ἀγυιαῖς; „πλάτα adstru„ctum τῷ Ἁ versu praecedente, positum pro πλάταν, „notissima figura: πλάταν δὲ κτίσας (κτίσας enim subaud.

„ex antecedentibus), ἅ — θρώσκει.“ Quod lenius videtur. *Hell.* — ἔκπαγλ'. Cum θρώσκει connectendum: ἔκπαγλα θρώσκει, *mirifice saltat. Musgr.* Etiam χερσὶ cum θρώσκει iungi vult Iacobsius.

V. 713. χερσὶ παραπεπταμένα πλάτα. Sic liquido in T. In duobus aliis, ut apud Aldum χερσὶ παραπτομένα. Restituta genuina lectione, nunc demum congruunt antithetici versus:

ὃ γὰρ ἴσ | αιὲν ὃ | ρῶν κύκλος.
σὶ παρα | πεπταμέ | να πλάτα.

At non video qui congruerent, si ex Heathii sententia legeretur

σὶν παρα | πτομένα | πλάτα.

[παραπτομένα glossema esse videtur, quod genuinae voci olim adpositum ab oscitante librario in textum illatum fuit. Scilicet auctor glossae παραπεπταμένα accepit, tanquam si esset a παρίπταμαι, quae derivatio grammaticorum auctoritate non destituta est. Videsis in Koenii notis ad auctores de dialectis p. 310 observationem e Lexico MS. quam ei subministravit Ruhnkenius, cui tot similia debemus. Verum significationem istam huius loci sententia, nec verborum structura admittit. παραπεπταμένα, est a παραπετάννυμι.] [Ex ed. rec.] *Brunck.*

V. 714. ἑκατομπόδων. Quinquaginta numero fuere Nereïdes (sic docet Hesiod. Theogn. 264. Eurip. Iph. Aul. 1062. Iph. Taur. 428.) quas propterea Noster ἑκατόμποδας satis insolenter vocat. Ovidius tamen Fastor. VI, 499.

Excipit illaesos Panope centumque sorores.

Propertius lib. III eleg. V, 33.

O centum aequoreae Nereo genitore puellae.

Plato Critia: *Νηρηΐδας δὲ ἐπὶ δελφίνων ἑκατὸν κύκλῳ· τοσαύτας γὰρ ἐνόμιζον αὐτὰς οἱ τότε εἶναι.* p. 1105, C. Fortasse legendum *ἑκατομπόρων*, ut *ἑπτάποροι Πλειάδες* in Eurip. Rhes. 530. *Musgr.* Nihil mutandum, sed vertendum sane *ἑκατόμποδας* centum, non quinquaginta, ut esse video apud Brunckium: siquidem *περιφράζει* vox *ποῦς*. vid. ad 770 (790) (794.) *Both.* In Bothii sententiam Reisig. laudat *πυκνόπτεροι* pro *πυκναί* v. 17, *κεροβάτης*, *cornibus praeditus* Aristoph. Ran. 230, inprimisque *τυφλόπουν* pro *τυφλόν* Eur. Phoen. 1595, vituperatque Solgerum, reddentem: *hundertgefüsst.* Est fere *selbhundert einherschreitend.* Per *ἑκατὸν Νηρῇδες ὀρχηστρίδες* explicat Elmsleius. Denique *ἀκατομπόδων* nescio quis apud Burgessium. *Hell.* Nihil aliud hoc epitheton quam *pernicitatem, centum quasi pedibus properantium*, ut *ἑκατόγχειρ vires ac robur* Briarei indicat. Item Furia in El. 488 *καὶ πολύπους καὶ πολύχειρ* vocatur. *Ἀκόλουθος* gl. Vict. *ὅμοιος*; accuratius etiam primitiva potestate potest accipi: *τὴν αὐτὴν κέλευθον ἔχουσα.* *Doed.*

Ibid. *θρώσκει*. Hesych. T. I p. 1738. *ΘΡΩΣΚΕΙ· πηδᾷ· ἀφάλλεται· κολυμβᾷ*, qua glossa respici putant Hom. Iliad. XXI, 126. *θρώσκων τις κατὰ κῦμα . . ἰχθύς.* Idem verbum de *sagittae volatu* est ibid. XV, 314. *Doed.*

V. 716, 717. *ἐπαίνοις εὐλογούμενον* quum alias, tum chorico carmine tantum quod decantato inprimisque iis versibus, qui bellicam commemorant gloriam. Quae, ne fiat *μάτην ῥέουσα* (259) Antigone,

Creontem conspiciens, tutelae promissae admonet chorum. *Hell.*

V. 717. φαίνειν *rata facere.* Vid. Herm. ad Trach. 238.

V. 721. ἐξ ὑμῶν ἤδη φαίνοιτ᾽ ἄν. *Nunc tempus est, quo mihi ex vobis adparere possit salus.* Sic exprimi debuit vis optativi potentialis. Non enim est optativus proprie dictus. Quippe is eam significationem habens, a qua denominatur, id est votum enuncians, particulam ἄν nunquam adsumit. Vide quae notavimus ad Comici Equites 400. *Brunck.* τέρμα τῆς σωτηρίας. Brunckius *certa salus.* Sed est potius *summa, ultima* salus. vid. Spec. Sophoc. p. 56, ubi attuli Eur. Or. 1556 et similia. *Doed.* Idem esse, quod σωτηρίαν, vult Matthiaeus, laudans Eur. Or. 1328. Suppl. 617. Adde Homericum τέλος θανάτοιο. Reisigius: *meta salutis. Hell.*

V. 722. εἰ γέρων κυρῶ. Pro ἐγώ vulgo κυρῶ, quod Scholiastae annotatio glossema esse demonstrat. *Musgr.* Sed εἰμί, non κυρῶ addere solent glossatores. Rectissime Reisigius ipsum Scholion emendat: εἰ γέρων κυρῶ· ἐγὼ δηλονότι. Si κυρῶ scripsit Sophocles (scil. ὤν, vid. Erf. ad Ant. 483), hoc ait Chorus: *Etiamsi senex sum, tamen cum de defendenda patria agetur, neutiquam videbor senex.* Sin ἐγώ, hoc: *Ego quanquam sum senex, alii tamen praesto sunt, praeter me, qui defendant.* Nec dissimulandum, commendationem habere lectionem ἐγώ non tam ab oppositione χώρας, (etenim etiam in Ant. 40 ἐγὼ omissum est) quam ab ipso rei eventu, quandoquidem chorus, cum exhortationes suas minasque aspernantem videt Creontem, non tam ipse

aperte et acriter resistit, quam regem potius regiumque comitatum arcessit, qui vim arceant. *Doed.*

V. 724. ἐγγενεῖς, id est αὐτόχθονες, quod sibi laudi maxime esse ducebant Athenienses. Libri omnes εὐγενεῖς, ex sollemni harum vocum permutatione. *Brunck.* Iure Schaeferus vulgatum εὐγενεῖς restituit. Abunde enim θωπευτικὸν hoc, praesertim quum et in rege iam supra laudasset τὸ γενναῖον Oedipus v. 565 (569) et ipsos senes choricos appellasset γῆς ἄνακτας v. 827 (831.) Nec satis exploratum habeo, num Brunckianum illud idem sit, quod αὐτόχθονες; non enim omnes indigenae sunt aborigines. Quod si hoc interpretationis demum artificio quodam eliciendum est; possit etiam εὐγενεῖς illuc detorqueri. *Hell.*

V. 725. ὁρῶ — ὀμμάτων, *ex oculis vestris — perspicio. Musgr.* Rectius Elmsl. metum, qui in vultu adparet.

V. 727. ὃν pertinet ad ἐγώ, quod latet in τῆς ἐμῆς. *Seidl.* ad Eur. El. p. 80. vid. Wakef. et Erf. ad Trach. v. 261. *Hell.* — ὀκνεῖτε. Male in impressis μήτ' ἀφεῖτ', contra scribendi canonem, quem rectissimum statuit Thomas in *Μή.* Scilicet cum Imperativo construitur verborum praesentis temporis, μὴ τύπτε, non μὴ τύπτῃς: et cum subiunctivo verborum temporis indefiniti, ut in exemplo quod profert ex Aristide: μηδ' ἀπέχου μὲν ὡς φίλων, πρόῃ δὲ ὡς πολεμίους. Cui simillima est huius versus constructio, μήτ' ὀκνεῖτε, μήτ' ἀφῆτε. Vide indicem nostrum in Aristophanem in *Μή. Brunck.* Si quis ὃν μήποτ' ὀκνεῖν scribendum putabit, recte habebit oratio, dum illud pro μήτε ποτέ accipiatur. *Hermann.* in Diar. Class. T. XX p. 277.

V. 728. δρᾶν τι i. q. ὑβρίζειν. vid. Musgr. ad Ant. 1094. Wunderl. Obss. Aeschyl. p. 33.

V. 730. εἴ τιν' Ἑλλάδος. Infra v. 1002 (1006.) εἴ τις γῆ. 1655 (1664.) εἴ τις βροτῶν Trach. v. 8. εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή. Apollonius Rhod. IV, v. 757. νῦν, εἴ ποτε. *Schaef.* εἴ τιν' bene habere, nec mutandum in εἴ τις, observat Burgessius, comparato Aristoph. Plut. 655. Adde infra v. 866 (870.) Ai. 487. Thuc. I, 89.

V. 731. τηλικόσδ' — Aldus et membr. τηλικόνδ'. In duobus aliis mendose τηλίκον, quod tamen alteram lectionem firmat. Sed τηλικόσδ' quin verum sit, nullus dubito. γέρων μέν εἰμι, ἀλλὰ τηλικόσδε. — ἐπεστάλην dant membr. Ceteri, ut Aldus, male ἀπεστάλην. *Brunck.* Recte scripsit Brunckius τηλικόσδε „Missus sum ego „aetate iam provectus, ut nihil á me violentiae me„tuendum sit.“ *Erfurdt.* Revocavit Schaeferus vulgatum, explicans: *nolite metuere, senex senem abducam.* Verum hoc si voluisset, dicendum, ni fallor, erat: τηλικόςδε τηλικόνδε vel γέρων γέροντα. Porro quaeri potest, quaenam in Oedipi senectute commemoranda vis sit ad confirmandos Coloniatarum animos? Interpretetur quidem aliquis τηλικόνδε: *senem hunc capularem nullius pretii atque momenti.* At hoc nequaquam Atheniensibus se esse persuasurum pulchre noverat Creon, quippe quum ob ipsum hunc senem cum vi armata advenisse eum pateret: se autem senem esse, hoc non poterat nimis inculcare. Libentissime igitur, quamquam γέρων 729 (730) antecessit, ad repetendam primariam notionem τηλικόςδε servarem, dummodo vel unus liber addiceret. *Hell.* Nemo τηλικόςδε improbaret, si Codicum auctoritas accederet; cf. v. 955. καὶ τηλικόςδ' ὢν ἀντιδρᾶν πειράσομαι, quae eiusdem Creontis

verba sunt. Nunc autem verbis *τόνδε τηλικόνδε* Oedipi senectutem, tanquam ob aetatem non iam mentis sit compos [vid. Scholion] et suorum cura ac tutela egeat, Creon leniter ac non sine aliqua commiserationis specie increpat, ut Chorus fidem Oedipo datam habeat nullam, sed sponte eum abduci patiatur, tanquam ad ipsius utilitatem et ab amicis id fiat; haud aliter ac filii Sophoclis paternam aetatem apud iudices dicuntur arguisse. Quapropter si inter illam litem et hanc fabulam talis nexus intercedit, qualem intercedere ferunt, facile potest credi, hoc ipso versu indignum istum senectutis contemptum a poeta perstringi. *Doed.* Ad haec significanda vereor ut ista vox sola sufficeret. *Hell.*

V. 733. His verbis inesse videtur armatae cohortis excusatio, quod scilicet *δήμιος* sit *πρῆξις*, non *ἰδίη* (Odyss. III, 83): nam sequentia *οὕνεχ'* rationem non reddunt, quare omnino quemquam delegaverit civitas, sed quare ipsum potissimum delegaverit. Itaque, si vel unus codex adnueret, pro *ὕπο* legendum suaderem *ἐγώ:* praepositione quidem facile careremus, ut 412. *Hell.*

V. 734. *ἧκέ μοι.* Herodot. II, 36. *νόμος ἅμα κήδεϊ κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς, τοὺς μάλιστα ἱκνέεται. Musgr. nam ob generis cognationem ad me potissimum pertingebat luctus de istius aerumnis.* *ἧκέ μοι* pro *ἧκεν εἰς ἐμέ,* ut Oed. T. 62. *τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν' ἔρχεται Μόνον. Iacobs.* Adde Eur. Phoen. v. 561 ed. Matth. *πρὸς ἐμὲ γὰρ κακῶν ἔμολε τῶνδ' ἄχη.* Ceterum vid. ad v. 12. *Hell.*

V. 735. *τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματα πλεῖστον πόλεως.*

Sic scribendum pro πήματ' ἢ πλεῖστον. Mutatum ab aliquo qui metro frustra metuebat, sensum non curabat. *Markland* ad Suppl. 481. Sic etiam eruditus alius Britannus apud Heathium. *Brunck*. Sed ut parum intelligitur cui illud ἢ sensu carens intrudere placuerit, sic si πήματα πλεῖστον scripseris de metro est metuendum. Quare Herm. ap. Erf. ad Ai. p. 628 πήμαθ' ᾗ πλεῖστον coniecit, ut ᾗ eodem sensu quo ὡς iungatur superlativo. Eamque rationem, quamquam apud tragicos frustra huius usus exemplum quaesivimus, tamen, quia nec poëticus sermo (Pind. Ol. VI, 22 B. ᾇ τάχος) nec Attica dictio (Xen. Cyrop. VII, 5, 82. ᾗ ἂν δύνωμαι τάχιστα) locutionem respuit, diu veram esse iudicavi, eandemque medelam Antonino Lib. c. 31 adhibui: ταῖς δὲ νύμφαις πᾶν ὅσον ᾗ πλεῖστον ἐπίδωκεν εἰς κάλλος, pro eo, quod Bast. Ep. cr. p. 148 πᾶν ὅσον ἦν coniecit, ut et ᾗ πλεῖστον scribatur et πᾶν ὅσον absolute intelligatur, velut in μύριοι ὅσοι et θαυμαστὸν ὅσον. Sed altius inquirenti tanta mihi dubitatio exorta est de veritate illius emendationis, ut, quamvis nihildum in promptu esset, quod potius substitueretur, tamen non auderem in textum eam recipere. Vereor enim, ne h. l. sic intendendus sit superlativus, non ᾗ πλεῖστον, sed πολλῷ πλεῖστον requiratur; quae viae intendendi superlativi toto coelo distant. Nam qui ᾗ πλεῖστον, ὡς πλεῖστον, ὅτι πλεῖστον vel *quam maxime*, *ut cum maxime* dicunt, ab iis comparatur ea proprietas, quae cuique inest, secum ipsa vel cum idea sua, non, uti fit per πολλῷ πλεῖστον, cum aliis aut rebus aut hominibus, qui eiusdem participes sint proprietatis. Etenim *quam optimus* est: *tam bonus*, *quam quis potest esse*, unde plene ὅ,τι δύναιο μάκιστον noster in Phil. 849; sed *longe optimus* est: *multo melior*, *quam quisquam*

est. Iam sponte patet non posse unquam illi superlativo addi genitivos, et sensu pariter atque exemplis carere: *quam optimus omnium.* Quare Thuc. I, 1. *καὶ ἐπὶ πλεῖστον* addidit *ἀνθρώπων*, id quod in *ὡς ἐπὶ πλεῖστον* neque est additum II, 35 vel IV, 14 neque potuit addi. Atqui h. l. *ἡ πλεῖστον πόλεως*, h. e. *πάντων τῶν πολιτῶν*, iungeretur. Nunc Elmsleianis copiis optima suppeditatur lectio *πῆμαт' εἰς πλεῖστον*. Confer *εἰς πλέον* in Oed. T. 918 et quae congessit Stallbaum ad Plat. Euthyphr. p. 79. *Doed.*

V. 737. *ἱκοῦ* scribi iubet Elmsleius.

V. 738. *ἐκ δὲ τῶν πάντων.* Ed. Ald. *ἐκ δὲ τῶν μάλιστ'*. Scholiastes, *ἐκ δὲ τῶνδε μάλιστ'*, ubi *τῶνδε* manifeste vitiosum est, non item *τῶν*, si pro *αὐτῶν* accipiatur. Cf. Markland. in Appendice ad Suppl. Eur. p. 250. Apoll. Rhod. II, 1151. *φυξίῳ ἐκ πάντων Κρονίδῃ Διΐ.* Pind. Ol. VI stroph. 2. *κεῖναι γὰρ ἐξ ἀλλᾶν.* *Musgr.* Cf. Brunck ad O. T. 1082. Seidler ad Eur. Iph. T. p. 107. Eur. Alc. 274.

οἰκτρὸν φίλοισιν, ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐμοί.

Reiz. de A[illegible] inclin. p. 9. Buttm. ad Phil. 1243.

V. 739, 740. *πλεῖστον* cum *ἀλγῶ* connectere videtur Scholiastes, si sententiam spectes, non incommode. Sed obstare videtur hyperbaton. *Musgr.* — *πλέον.* Vulgo *γέρον*, quod nihil aliud est quam fartura, et versus fulcrum. Recte Eldikius in coniecturis mecum communicatis legit *πλέον· ὅσῳ πλέον ἀλγῶ τοῖς σοῖς κακοῖς. ἐκ δὲ τῶν*, id est *ἐκ δὲ τούτων, σῶν Καδμείων, ἐγὼ μάλιστα.* Pessima est Turnebi lectio, quam tamen aliquanto tolerabiliorem dedit, quam eam in codd. invenerat, in quibus est:

ἐκ δὲ τῶν πάντων ἐγώ.
ὅσῳπερ εἰ μὴ πλεῖστον ἀνθρώπων ἔφυν,
μάλιστα δ' ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς γέρον.

Ex Aldina κάκιστος adsumsit: in ceteris etiam poterat eam sequi, nisi Sophoclem, novitatis studio, prorsus interpolatum edere constituisset. *Brunck.* Brunckius ex coniectura πλέον. Id ipsum, s. μᾶλλον ad ὅσῳ περ, si placet, subaudi. Plato Euthyphr. c. 12 p. 41. Fisch. *Κινδυνεύω ἄρα, ὦ ἑταῖρε, ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς δεινότερος γεγονέναι τὴν τέχνην τοσούτῳ, ὅσῳ ὁ μὲν τὰ αὑτοῦ μόνον ἐποίει οὐ μένοντα, ἐγὼ δὲ, πρὸς τοῖς ἐμαυτοῦ, ὡς ἔοικε, καὶ τὰ ἀλλότρια.* Similiora etiam haec Luciani T. I p. 735. *καὶ μάλιστα τοῖς ἄρχουσι καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν, ὅσῳ καὶ πρὸς πολλὰ δεῖσθε τοῦ σώματος.* T. II p. 187. *μάλιστα δὲ παρ' ὑμῖν, ὅσῳ ἱεροί τέ ἐστε καὶ πάρεδροι τοῦ Πυθίου κ. τ. λ.* T. III p. 419. *καὶ μάλιστα, ὅσῳ νήφοντες ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀναιμωτὶ ἔξω βέλους ἑστιασόμεθα.* Sed quid talia insector, cum ipse Sophocles vulgatam scripturam satis tueatur? Nam vide mihi haec Trachin. v. 312 s. *ἐπεί νιν τῶνδε πλεῖστον ᾤκτισα βλέπουσ', ὅσῳ περ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνη.* *Schaef.* Latina exempla suppeditant Drakenborchius ad Liv. XLI, 22 et Intpp. ad Cic. Verr. II, 66. μάλιστα δ' εἰ Porson Tract. p. 217. Bothius coniecit ὅσῳπερ, οἶμαι, πλεῖστον ἢ 'νθρώπων ἔφυν κάκιστος, offensus superlativo iuncto cum πλεῖστον. — εἰ μὴ κάκιστος ἔφυν adseverandi formula est, ut in Phil. 558. εἰ μὴ κακὸς πέφυκα. *Hell.*

V. 741. δύστηνον. Gl. V. δυστυχῆ. δύστηνος ἄθλιος. τάττεται δὲ ἐπὶ οἴκτου ἢ παρὰ τὸ στῆναι, οἱονεὶ μὴ δυνάμενος στῆναι, ἢ ἀπὸ τοῦ στένω ὁ πάνυ στένων καὶ τοῦ δὺς ἐπιῤῥήματος ὁ ἀεὶ κακός.

V. 741. Latuit interpretes vis particularum *μὲν* et *δέ*. Hospitis quidem, inquit, iure et honore frueris, nusquam tamen diutius commorari licet, erroris instar semper circumvagaris. *Hell.* Legitima constructio haec foret: *ὄντα μὲν ξένον, ὄντα δὲ ἀεὶ ἀλήτην καὶ κ. τ. λ.* Phil. 1136. *ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας, στυγνὸν δὲ φῶτα . . ἀνατέλλοντα. Doed.*

V. 742. *κἀπὶ προςπόλου μιᾶς.* Hunc l. videtur respexisse Eustathius p. 394. *παρὰ Σοφοκλεῖ γοῦν ὁ Κρέων τὴν Ἰσμήνην πρόςπολον τοῦ Οἰδίποδος εἰπὼν, προϊὼν ἐτυμολογεῖ τὴν λέξιν ἐν τῷ τὰς κόρας τάςδε ἄσσον προςπολουμένας.* Ceteroqui bene, nisi quod Ismenen in Antigones locum substituit. Hanc, non illam, intelligi, Sophocleus vidit Scholiastes, qui tamen et ipse fallitur, *μιᾶς* eo referens, quod Ismene iam abrepta esset. Quod facinus tantum abfuit, ut Creon significare voluerit, ut in oratione, quae ad permulcendos Oedipi senumque animos spectaret, prorsus celare illud ac tegere necesse haberet. De sola Antigone loquitur, quippe quae sola adesset. Alteram enim ad sacra rite facienda secessisse constabat. De usu praepositionis *ἐπὶ* dativo alias sic iunctae vid. Matthiae ad Hymn. Hom. p. 64. Vertunt *cum:* sed est fere: *nixus, fretus,* vel etiam *adiutus. Hell.*

V. 745. *ὅσον πέπτωκεν.* Ad *ὅσον* repete *ἐς*, de qua ellipsi iam diximus ad Dionys. Hal. de Comp. Verb. p. 325. Plato T. VII p. 139. *ἐν πόλει ᾗ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρξειν.* Xenoph. Hier. I, 11. *ἔρχονται καὶ εἰς πόλεις ἃς ἂν βούλωνται.* Chandleri Inscr. 108 citata Schneidero Lex. Gr. v. *τριακάς: κατανεῖμαι αὐτὸν εἰς τριακάδα ἣν ἂν αὐτὸς βούληται.* Sic etiam Latini scriptores. Cic. de Leg. III,

15. *nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio.* ubi vera ratio Goerenzium meum fugit. Corn. Nep. V, 3, 1. *incidit in eandem invidiam, quam pater suus ceterique Atheniensium principes.* ubi v. Heusinger. Velleius Paterc. II, 115, 3. *ob ea, quae, si propriis gessisset auspiciis, triumphare debuerat, ornamentis triumphalibus — [donatus] est.* quae cum Ruhnkenio non solicitem. Ad *gessisset* subaudi *ea.* Nostra interpretatio placuit etiam Heusingero, scientissimo latinitatis viro, ad Vechneri Hellenolex. p. 321. Seneca de Benefic. VI, 29. in. *Opto in eo statu sit, quo semper beneficia distribuat. Ibid.* VII, 10, 2. *Video ferrum ex iisdem tenebris esse prolatum, quibus aurum et argentum.* Eutrop. VII c. 21. *ut in eadem familiaritate, qua antea, habuerit. Schaef.* Simillime Eur. Hipp. 473, 474. (Brunck) εἰς δὲ τὴν τύχην πεσοῦσ', ὅσην σύ. Adde Heind. ad Plat. Phaed. p. 91. Vell. Pat. I, 7. *Hesiodus vitavit, ne in id, quod Homerus incideret.* Cfr. Frotscher. ad Xenoph. Hier. l. l. *Hell.*

V. 746. σε — καὶ τὸ σὸν κάρα. Iunctum utrumque alias non memini. *Hell.*

V. 747. τηλικοῦτος dictum pro τηλικαύτη, quod notandum. Sic Electr. v. 614 Clytaemnestra de filia sua: καὶ ταῦτα τηλικοῦτος. Obiter moneo, in Philostrati Heroic. p. 40 Boisson., mutata interpunctione, scribendum esse: *Γέγονε μὲν γὰρ ἀμφὶ τὰ εἴκοσί που μάλιστα ἔτη, τηλικόςδε ἐλάσας ἐς Τροίαν· ἁβρῷ δ' ἰούλῳ βρύει, κ. τ. λ.* Iam coniunctionem δὲ non importunam esse Boissonadus meus fatebitur. *Schaef.*

V. 748. τοὐπιόντος ἁρπάσαι duabus locutionibus coniunctis ortum videtur: ἀλλὰ τοῦ ἐπιόντος οὖσα, *praeda cuiusvis, qui veniat* (ut ὄντες τῶν ἐπιτεθεμένων Plat. Polit. p. III, quem locum citavi in Gramm. gr. §. 371.) et τοιαύτη ὥστε τὸν ἐπιόντα ἁρπάσαι. *Matthiae.* Oed. T. 393 sq. τό γ' αἴνιγμ' οὐχὶ τοῦ 'πιόντος ἦν ἀνδρὸς διειπεῖν. 917. ἀλλ' ἔστι τοῦ λέγοντος. Blomf. ad Aesch. Pers. ἁρπαγὴ scribit, quod unde sit, non liquet. *Hell.*

V. 749, 750, 751. ἆρ' ἄθλιον τοὔνειδος. Mirum videri potest, cur enarratio calamitatum, tamquam exprobratio, misera vocetur, non ipsae calamitates: praesertim quum deplorationem illam potius dixeris, quam exprobrationem. Itaque olim putabam, ὄνειδος et ὀνειδίζειν per metonymiam, alioqui non inauditam, de eo dici posse, qui adduxisset aliquem in turpitudinem exprobrandam, sicut versa vice poetae, oratores, rerumque scriptores, eorum, quae narraverunt, ipsi perhibentur auctores. Tum hoc loco confiteretur Creon, se auctorem esse dedecoris et malorum Oedipi, quippe qui vel expulisset eum, vel certe expellentes non prohibuisset. Postea tamen decessi de ista opinione, simul quod nimia e Creontis ingenio videbatur talis confessio. Sensum igitur hunc esse arbitror: *Nonne miserrima sunt, quae modo turpiter et conviciorum instar de te praedicare coactus sum?* vel: *Nonne foedissima est rerum tuarum s. conditionis tuae imago, quam modo expressi? Verumtamen,* addit, *haec dissimulari nequeunt, quum omnes sciant: at tu re et facto dissimula et in oblivionem adduc* (ἵν' ἀμνήμων τύχη γίνοιτο Eur. Phoen. 64, 65 in simili causa) *obtemperando mihi domumque revertendo,* ut hominum adspectui te subducas. *Hell.* τοὔνειδος. Articulo

ideo opus fuit, quia ὄνειδος vocabulum μέσον est; vid. Creuzer. ad Plotin. p. 520. Item Eur. Iph. A. 305.

καλόν γέ μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας.

Caeterum v. sq. haud scio an sic distinguendus fuerit:

ἀλλ' οὐ γὰρ ἔστι τἀμφανῆ κρύπτειν· σύ νυν κ. τ. λ.

ut νυν sit coniunctionis loco. *Doed.*

V. 751. „ἀλλὰ γὰρ ex eo quidem ortum videtur, „quod Graeci enuntiationes, quibus caussa redditur, „ante eas ponere solent, quarum caussa reddenda est, „et ita particulae illae ab antiquioribus imprimis scri„ptoribus crebro usurpantur.“ *Matthiae.* ad Eur. Phoen. 371.

V. 754, 755. φίλως εἰπών est χαίρειν κελεύων. *Hell.* ἡ οἴκοι πόλις i. e. patria. *Brunck.* Est enim pro ἡ οἰκεία πόλις. *Doed.*

V. 756. δίκῃ. Bene sic ed. Turneb. Vulgo δίκη. Altrix Oedipi non erat ἡ οἴκοι δίκη, sed ἡ οἴκοι πόλις. *Musgr.* Contra Reisig. in Commentt. „δίκη „Oedipi πάλαι τροφός dicitur elegantissime. Nam et „iustitia aluit et auxit eum, quoniam digno suis me„ritis praemio potitus fuit Thebarum imperio: et rex „creatus ipse iustitiae acerrimus vindex floruit.“ Nec tamen alteram rationem prorsus inauditam dixerim.

V. 757, 758. κἀπὸ παντὸς — λόγου. Thuc. III, 92. ἀπὸ τοιᾶςδε γνώμης. Anacreon in Cicad. ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων. *Musgr.* παντός est neutrum. cf. Kidd. ad Dawes. p. 456. λόγου δικαίου pendent ex μηχάνημα. *O ad omnia audax, qui vel ex omni re comparare possis* (ἂν φέρων) *varium sive callidum iusti sermonis artificium.* Non obstat Phil. 407.

ἔξοιδα γάρ νιν παντὸς ἂν λόγου κακοῦ
γλώσσῃ θιγόντα καὶ πανουργίας.

Longe aliter locum reddit Brunckius: *O ad omnia audax et e quolibet iusto sermone machinas producens subdolas.* cf. Actt. Monacc. I p. 53. *Doed.* cf. 803 (807.) Fort. ὦ πᾶν σὺ τολμῶν. Cf. Epigon. Fr. II. [Add. Phil. 927.] *Erfurdt.* in marg.

V. 761. πρόσθεν τε exspectari iubet νῦν τε v. 768 (772), quapropter quae intersunt colis, non punctis, separanda sunt. *Doed.*

V. 763. οὐκ ἤθελες. Diod. Sic. IV, 65. τῶν περὶ τὴν οἰκίαν ἀσεβημάτων γνωσθέντων τὸν μὲν Οἰδίπουν ὑπὸ τῶν υἱῶν ἔνδον μένειν ἀναγκασθῆναι διὰ τὴν αἰσχύνην. Conf. Eur. Phoenn. 876. *Doed.*

V. 768. ἦν. Vid. Herm. praef. ad Oed. T. p. XXII.

V. 770. σκληρὰ μαλθακῶς λέγων. Winshemius: *animo acerbo blande loqueris:* quae ut graecis satis adcurate respondeant, vereor. Rectius Brunck. *aspera verbis mollibus loquens.* Ita aut ad praeterita referas, ut vel sit, quae facta sunt, *ea consulto elevas et extenuas;* vel *benigno et misericordi adloquio in oblivionem adducere studes,* (*quo facilius obsequium nunc paretur*), aut ad futura trahas, ad reditum in patriam, ut hic sensus existat: *tamquam de bono* vel commodo aliquo *loqueris de eo, quod mihi est odiosissimum. Hell.*

V. 771. καί τοι τίς αὕτη — interrogative. Sic liquido in B. T. ut legendum esse vidit Tyrwhittus. In aliis καίτοι τοσαύτη sensu nullo. *Brunck.* Thuc. III, 12. τίς οὖν αὕτη ἡ φιλία ἐγίγνετο. *Doed.*

V. 774. ὧν χρῄζοις. Codd. χρῄζεις, mendose. Structurae lex et temporum ratio flagitant omnino verbum optativi modi, ut in El. 629.

> πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει, μεθεῖσά μοι
> λέγειν ἃ χρῄζοιμ'.

[ex ed. rec.] *Brunck.* Brunckius χρῄζοις. Non opus. Sic statim sequitur φέρει, pro quo illum miror non dedisse φέροι. *Schaef.*

V. 775. Brunck. Anall. III, 238.

> ὠκεῖαι Χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ,
> πᾶσα χάρις κενεή, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

cf. Ai. 517. — οὐδὲν ubi exspectes οὐκέτι, vide Doed. Spec. p. 65.

V. 776. τῆσδ' ἂν ἡδονῆς. Gl. χάριτος. In B. T. τῆσδέ γ' ἡδονῆς. Librarium offendit forte repetitio particulae ἄν, quae sic geminata millies occurrit. *Brunck.* Idem vertit: *an inani ex dono voluptatem capias?* Ad sententiam non falso, minus adcurate ad verba: ἆρα est *nonne:* vid. Schaef. Mel. c. p. 89. Heind. ad Plat. Cratyl. p. 19. Herm. ad Vig. p. 823. Matthiae Gr. p. 897. Monk ad Eur. Alc. 351. Apud Nostrum [El. 804 ubi δεινῶς ironice accipiendum.] *Doed.* Ai. 277.

> ἆρ' ἐστὶ ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά;

et v. 1282.

> ἆρ' ὑμῖν οὗτος ταῦτ' ἔδρασεν ἔνδικα;

quamquam aliter Brunckius. Sic Latini non solum encliticum *ne* (cf. Heus. ad Cic. Off. III, 17.) sed etiam part. *an* ita usurpant. vid. Gernh. ad Cic. Off. I, 15, p. 59. Sensus est: *Nonne hanc volupta-*

tem ut inanem nanciscerere i. e. *nonne haec voluptas nulla tibi foret?* *Hell.*

V. 778. E duobus membris alterum distinguitur et mutato nominis numero et addito articulo. Vid. Pors. ad Phoen. 512. *Hell.*

V. 779. ὥς σε δηλώσω κακόν sc. ὄντα. „Participium ὤν post verba δεικνύναι, σημαίνειν omitti potest, si adiectivum additum est.“ *Matthiae.* ad Eur. Hec. v. 1191. Add. Herm. ad Ant. 467. Wunderl. Obss. ad Aesch. p. 95.

V. 781. πάραυλον. gl. ἀγρότην. *Brunck.* Imo vero πλησίον. vid. Brunck. ad Ai. 892. — πόλις δέ σοι. Elmsleius quod ad Heracl. 106. πόλις δὲ σή conieceerat recte omisit in editione. Nam hos dativos necessitudinis potissimum vocabulis addi, recte notat Buttmannus ad Phil. 434. ὅς σοι πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα. Adde Trach. 650. ἁ δέ οἱ τάλαινα. Ai. 515. σὺ γάρ μοι πατρίδα. Oed. C. 1508 (1518.) *Doed.*

V. 782. τῆσδ' — Perperam libri omnes τῶνδ'. Supra 601 (605) ὅτι σφ' ἀνάγκη τῇδε πληγῆναι χθονί. Aldus recte, ut membr. ἄνατος, quod compositum est ab ἄτη, βλάβη. Alii ἄνατος. *Brunck.* Omnino legendum cum Scaligero τῆσδ'. *Musgr.* Non dubitarem vulgatae lectioni patrocinari, si verbulo Oedipus Creonte coram mentionem aut antea iniecisset aut paulo post iniecturus esset eorum malorum, quae Thebanis imminerent ab Atheniensibus. Ita enim dictum foret pro τῶνδε τῆςδε χθονὸς κακῶν, de qua breviloquentia diximus ad v. 45 et 85. Nunc autem hoc unum reliquum fuerit, ut per hypallagen τῶνδε pro τῆςδε dictum putemus; quae licentia quamvis et frequens tragicis sit et in pronominibus

imprimis locum habeat, tamen h. l. abhorrere videtur a simplicitate sermonis. *Doed.*

V. 783. οὐκ ἔστι ταῦτα *non est ita.* Trach. 449. Ai. 470. *Doed.*

V. 785. ἔστιν. Eleganter Scaliger ἔσται. *Musgr.* Immo non solum, ut Reisigius monet, „praesens in „futuri speciem est positum, ubi res fato constituta „ostenditur," sed parallelismus quoque firmat vulgatam coll. v. 783 (787). Quum enim antithesis sit in σοὶ et παισὶ, non potuit tempus verbi mutare poëta, quin simul antithesin turbaret. *Hell.* Fortasse huc pertinet ἔστιν τάδ᾽· ἄρχε in Eur. Iph. A. 1033 ubi intt. pariter ἔσται requirunt.

V. 786. τοσοῦτον. — Non opus cum Brunckio [et Valck. ad Phoen. 1458] scribere τοσοῦτό γ᾽, quod falleretur si quis praeferret propter exempla a Valckenario congesta ad Eur. Hippol. v. 1250. In his enim exemplis enclitica non referenda ad τοσοῦτο, sed cohaerent particulae ἀτὰρ — γε, ἀλλ᾽ οὖν — γε, καίτοι — γε. Ceterum delevi comma post τοσοῦτον: iungenda enim τοσοῦτον μόνον. v. Valckenar. ad Eur. Hippol. v. 804. *Schaef.* Praecipue Oed. T. 830; τοσοῦτο et τοιοῦτο usurpasse tragicos negat Elmsleius. Sententiam exemplis illustrarunt Valck. ad Phoenn. l. c. et Iacobs Anth. VII, p. 125.

V. 788. ὅσπερ καὶ σαφεστέρων κλύω. Male in B. T. ἐκ σαφεστέρων. Verbum κλύω cum genitivo absque praepositione construitur, ut infra 1111 (1117.) τοῦδε χρὴ κλύειν. El. 877. ἴσθι τοῦτ᾽ ἐμοῦ κλύουσ᾽. *Brunck.* Nos utramque scripturam concinnavimus, κἀκ scribendo. *Doed.*

V. 789. φοίβου τε, καὐτοῦ Ζηνός. Potior de dua-

bus rebus per particulas τὲ et καὶ coniunctis saepe etiam posteriorem tenet locum. Herm. ad Trach. 454. — Ζηνός. vid. Wakef. ad Trach. 252. Aeschyli versibus scholiastae laudatis voc. θεσπίσματα addidit Brunckius ni fallor ex Macrob. Sat. V, 22. *Hell.*

V. 790. ὑπόβλητον, *fallax, subdolum. Musgr.* cf. Ai. 476. Sic ὑποβάλλομαι Ai. 188. *Ficto pectore fatur* Virg. Aen. II, 107. *Hell.*

V. 791. στόμωσιν. Aristoph. Nubb. 1106 Kust.

εὖ μοι στομώσεις αὐτόν· ἐπὶ μὲν θάτερα
οἵαν δικιδίοις· τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον
στόμωσον οἵαν ἐς τὰ μείζω πράγματα.

ubi Schol. στομώσεις· ὀξυνεῖς· ἢ εὔστομον ποιήσεις· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μαχαιρῶν. Attamen, si etymon spectes, potest etiam inverso ordine ad ferrum a lingua translatum videri vocabulum. *Hell.*

Ibid. ἐν δὲ τῷ λέγειν. Intenderetur vis sententiae, si scriberemus: ἓν δέ, commate post λέγειν collocato: ἓν μόνον, δηλονότι κακὰ ἀντὶ σωτηρίων: qualis structurae exemplum simillimum habes in Oed. T. 215. ἃ δ' αἰτεῖς, . . . ἀλκὴν λάβοις ἂν κἀνακούφισιν κακῶν. Quanquam ἐν praepositio minime per se est suspecta; vid. mox v. 797 (801) 562 (566.) Phil. 319. τοῖςδε μάρτυς ἐν λόγοις, p. e. *testor iis, quae modo narraturus sum.* Caeterum ad τῷ λέγειν supple τοιαῦτα sc. ὑπόβλητα καὶ στομωτὰ ἔπη. *Doed.*

V. 792. κἀκ' ἂν λάβοις. An legendum λάκοις? *Musgr.* Quam coniecturam acute defendit Reisigius, quod perspici non possit, quo pacto Creon plura ad suam ipsius perniciem comparata, quam ad salutem dicere videatur: igitur κακὰ et σωτήρια ad

Oedipum potius spectare, idemque significari, quod vv. 766 et 773, 774 (770 et 777, 778). Possis vulgatum ita defendere, ut universe dictum statuas, pro κακὰ λάβοι τις ἄν: sed rectius Creontem diserte adpellari dixeris. Bene igitur Brunckius: *hoc ex sermone mala auferes plura, quam commoda.* Ad minas enim iratus Oedipi animus provolvitur: quae minae vel eo spectant, ut futura Coloniatarum vis in defendendo et retinendo Oedipo iamiam intentetur, vel, quod malim, hoc tantum significant, eo pertinacius infestiusque denegaturum esse Oedipum, quo magis blandis et fallacibus verbis Creon instet. Quae quidem pertinacia conviciis praesertim iuncta quidni *malum* dicatur. *Hell.*

Ibid. τὰ πλείονα Hermannus ad Ant. 313 interpretatur τὰ πολλὰ vel πλεῖστα λάβοις ἂν κακὰ μᾶλλον ἢ σωτήρια. Herod. III, 24. βούλεσθαι παρθενεύεσθαι πλέω χρόνον (h. e. πολλὸν χρόνον μᾶλλον) ἢ τοῦ πατρὸς ἐστερῆσθαι. Liv. IV, 46. *Multi in ruina maiore quam fuga oppressi* h. e. *ruina magna potius, quam fuga.* Terent. Andr. II, 5, 16. *omnes sibi malle melius esse, quam alteri,* pro *sibi potius bene esse,* quod latuit Bentleium. Nec dubito, e duobus illis comparativis, velut *fortius quam felicius,* alterum saepe non per *magis* sed per *potius* explicandum esse. *Hell.*

V. 793. οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων. Nescio qua incogitantia pravam versionem priorum interpretum retinui. [Verterant illi tanquam legissent πείθοντ'.] Vertendum erat: *Quandoquidem scio, me tibi haec non persuadere.* Scilicet quae tibi praedixi, et istud maxime, fore, ut plus damni, quam commodi percipias ex hoc tuo sermone. *Brunck.* Planissime

assentior Viro docto emendanti *οἶσθα γάρ με ταῦτα μὴ πείθων. Musgr.* Dupuis distinguit:

ἀλλ' οἶδα γάρ σε· ταῦτα μὴ πείθων ἴθι,

vertens: *novi ego te: haec non persuadens* abi. Equidem vulgatam interpungendi rationem retinendam, et *ταῦτα* non de iis tantum quae futura praedixerat, id quod Brunckius et Elmsleius volunt, sed de omnibus, quaecumque elocutus erat Oedipus, intelligendum censeo: tamquam is copiosius dicat: *frustra tibi, quae in me et commisisti, et iamiam commissurus es, quaeque in te ipsum inde redundabunt, exprobravi ac depinxi: mirum quantum abest, ut tu unquam his fidem habeas, et ad sanam mentem redeas: itaque hinc facesse.* Reisigius *πείθοντ'* probat, quod et excogitavit Matthiaeus in Obss. p. 24, et praebet MSF. *Hell.*

V. 796. *δυςτυχεῖν ἔμ' εἰς τὰ σά.* Sensus postulare videtur *δυςνοεῖν. Musgr.* Verte: *Mihine putas, cum haec loqueris, male fore ex malis tuis an tibi ipsi?* Eur. El. 923. *ἤλπισας Ὡς εἰς σὲ μὲν δὴ μητέρ' οὐχ ἕξεις κακὴν Γήμας, ἐμοῦ δὲ πατρὸς ἠδίκεις λέχη.* Add. Or. 533. Responsum autem Oedipi ita est formatum, quasi Creon eandem illam sententiam his fere verbis fuerit complexus: *οὐ τἀμαυτοῦ, ἀλλὰ τὰ σὰ ἥδιω ποιῆσαι βούλομαι.* Egregie erravi, cum h. l. tractarem in Specim. Soph. p. 66. *δυςστοχεῖν* coniecit Erf. in margine. *Doed. ἐν τῷ νῦν λόγῳ* mihi non est, *quum haec loqueris* (ut Winshemius etiam), sed *haec loquendo, iis, quae nunc loqueris, durch dein Reden:* nec tam monentis esse haec verba puto, quam minantis. Diu iam irritatus Oedipi conviciis Creon et ipse ira exardescens illius minas v. 787, 788 (791, 792) ad verbum paene

retorquet, haud obscure significans, vim se paraturum. *Hell.*

V. 800. *φύσας φρένας* i. e. *φρόνιμος γενόμενος* vid. Brunck. et Lobeck. ad Ai. 1066. Herm. ad Vig. pag. 766. Wesseling. ad Herodot. V, 91. cf. Ant. 1078.

V. 801. *λῦμα τῷ γήρᾳ opprobrium senectutis.* Sic *ὦ κάθαρμ' Εὐριπίδη* in Schol. ad Orest. 554. *Musgr.* Ipsum *λῦμα* pro concreto, quamquam diverso sensu, legitur in Eur. Troad. 607, ubi vid. Seidl. Sensus est: *Quae laus est senectutis, ut sapientiam et moderationem didicisse senes existimentur, ea tuo exemplo imminuitur.* Vid. Actt. Monacc. T. I p. 52. Interrogationem si ex edd. vett. reposueris, et acerbitas dicti aliquantum minuetur, et responsio qualiscunque Oedipi desiderabitur. Brunckius vertit: *in senectute etiam noxium te dementia facit. Doed.*

V. 802, 803. *ἄνδρα.* Cogitandum de rabulis illis, qui caussae, quam susceperint, iustitiam nihil curantes, hoc tantum spectant, ut bene et probabiliter videantur dixisse. *ἐξ ἅπαντος εὖ λέγειν* est: *τὸν ἥττονα λόγον κρείττονα ποιεῖν. Iacobs.* Sic *ἐξ ἅπαντος κερδαίνειν* in Ant. 312. Vid. infr. ad v. 757 (761.) Addit Erf. in marg. Eur. Suppl. 299. *ἐξάπαντος,* quod Aldus praebet, est *omni modo;* vid. Lamb. Bos. de Ell. p. 496 ed. Schaef. Ad *εὖ λέγειν* Erfurdtius citat Eur. Suppl. 311. *ἀχρεῖον τὰς γυναῖκας εὖ λέγειν.* Burgess. ad Eur. Troad. 432 *καὶ δεινὸν* coniicit pro *δίκαιον. Doed.*

V. 804. *καὶ τὸ τὰ καίρια.* Tres codd. *καὶ τὰ καίρια,* ut in impressis. Aliquanto melius Suidas *καὶ*

τὸ καίρια. At verum est καὶ τὸ τὰ καίρια, quod iam acute viderat Toupius Emendat. in Suidam III, 316. In membr. et in T. Scholion integerrime habet καὶ ἄλλο τὸ τὰ ἀναγκαῖα λέγειν, ut etiam in Turnebi editione. Priorem articulum in Romana scholiorum editione omissum restituimus. *Brunck.* Elegantem lectionem conservavit Suidas v. χωρὶς, Gatakero Advers. cap. 1 merito comprobatam. *Musgr.* Adsentitur Schaeferus. Secuti sumus iudicium Seidleri ad Eur. El. 419. „Facile intelligitur τὸ εἰπεῖν ad τὸ „καίρια, aegrius desideramus articulum ad καίρια. „cf. Aesch. Sept. adv. Theb. 1. 621. Choeph. 578. „Eur. Iph. A. 829." Adde praeter ea, quae ad v. 584 (588) dicta sunt, Phil. 965.

τί δρῶμεν; ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς, ἄναξ,
ἤδη 'στί, καὶ τοῖς τοῦδε προςχωρεῖν λόγοις.

Et vindicanda ibid. 108 vulgata:

οὐκ αἰσχρὸν ἡγεῖ δῆτα, τὰ ψευδῆ λέγειν;

Plura vid. ap. Popp. Obss. ad Thuc. p. 64 not. Si quis τε minus exspectaverit, quia *distinguuntur* notiones potius quam *copulantur*, conferat Aesch. Prom. 925.

μαθήσεται
ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα.

ubi Elmsl. olim τό γ' coniecerat. Nunc idem apte comparat Eur. Alc. 531. χωρὶς τό τ' εἶναι καὶ τὸ μὴ νομίζεται. *Doed.* Sic Reisigius quoque quoniam facilius τὸ ab emendatore vulgatis adstrictam legibus Grammaticam observante proficisci potuerit, quam τά: addens ille, traiectam esse particulam τε, et vulgarem orationis structuram hanc fore: χωρὶς πολλά τε εἰπεῖν καὶ τὰ καίρια.

V. 805. Versum ita scriptum libri omnes exhibent: ὡς δὴ οὐ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις. Nullus hic locus adversativae particulae δέ, sententia copulam flagitat. Nihil verius Toupii emendatione, quam recepimus. ὡς hic valet λίαν. [ex ed. rec.] *Brunck.* Minime. Est coniunctio duarum enunciationum, *at tu pauca, haec pauca autem ut in tempore dicis!* Reisigius βραχέα τ', αὐτά. *Hell.* Non satis intelligo, quomodo dubitare quisquam de illo ταῦτα δέ potuerit, qui ironiam dicti perspectam habeat. Creon ab Oedipo in rabularum numerum relatus, *qui lingua multum valeat*, ambiguitate huius laudis perspecta, *se non tam copiose, quam recte oravisse* respondet; non enim eum se esse ait, qui multis verbis decipere consuerit, sed qui paucis recte orare. Suspectam quidem esse breviloquentiae in oratoribus laudem; quandoquidem paucis iisque sapientioribus bonae causae (quoniam ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας) et honesti virilisque animi documento sit, multitudini contra et levioribus ingeniis inopiae indicium et imperitiae dicendi; malle tamen se, falsa illa copiosi oratoris laude omissa, βραχέα μὲν λέγειν, ταῦτα δὲ καίρια, pauca quidem dicere, sed quanto pauciora tanto aptiora. Has duas virtutes, quas ita sibi assumit Creon, orationi eius inesse negat Oedipus, ironice affirmando: *Scilicet quam tu breviter quidem concise et simpliciter, sed apte oravisti!* Namque nec ita brevem Creon habuerat orationem et eam quidem, qua nullo eventu malam causam defendisset, ut nec ab honestate nec ab arte oratoria καίρια protulisse dicendus esset. Vides, adeo opposita sibi esse βραχέα et καίρια, ut μέν potius desiderare liceat in priori membro, quam δέ improbare positum in altero. Ad ea Creon satis commode respondet: *Non sane iis probabitur oratio mea, qui ita*

vel vesani vel obstinati sunt, ut tues. Caeterum βραχία non est, opinor, pro βραχέως, sed coaluit ex παῦρα et βραχέως. Vid. ad v. 1591 (1602.) Recte Elmsleius comparat Homericum: παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. *Doed.*

V. 806. Responsionem ad posterius tantum antecedentis versus membrum referendum esse sensit Scholiastes. *Non possunt haec mea verba videri opportuna, si cui eadem mentis perversitas, quae tibi. Hell.*

V. 807. ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε. Bothius: *priusquam hi dicant;* sed hoc tum imperiosius, quam pro hospitis supplicis persona, tum languidius, postquam v. 793 (797) Creontem iam abire iusserat, idque iubendo Coloniatas praevenerat. Placet igitur Brunckius, Winsh. secutus: *horum nomine.* Sic fiducia quadam anticipat chori sententiam et voluntatem Oedipus. Rarior hic praepositionis significatus. In eandem dubitationem adducit fortasse et v. 1514 (1524) et O. T. 10, quibus locis dissentire vides Brunckium et Winshemium, quamquam ad sensum ibi haud multum intersit, utram praeferas significationem. *Hell.*

V. 808. ἐφορμῶν. Malim: ἀφορμῶν, *abducens a loco ubi vivere me oportet. Musgr. Hortans* vertit Brunckius. Rectius gl. Vict. ἐφεδρεύων derivato participio ab ἐφορμεῖν, *stationem agere,* ut Creontis importuna custodia classi comparetur, quae hostes ubique circumvallatos teneat (διὰ τὸ ὑφ' ἡμῶν πολλαῖς ναυσὶν ἀεὶ ἐφορμεῖσθαι, Thucyd. I, 142), quoniam Attici poëtae ac praeter caeteros Sophocles notiones ex re nautica petitas mirum quantum venantur. *Doed.*

V. 809, 810. πρός γε τοὺς φίλους. Sic recte B. T. in aliis πρὸς δὲ τοὺς — locus vulgo male interpunctus. *Brunck*. Nonnunquam in magnis animorum commotionibus orationem imperfectam relinquunt poëtae, ut *Quos ego* — Virgil. Aen. I, vide et Oed. T. 333 (325) et 438 (430.) Hoc si hic secutus est auctor, scripsisse eum coniecerim:

Μαρτύρομαι τούσδ', οὔ σέ, πρός γε τοὺς φίλους
Οἷ' ἀνταμείβῃ ῥήματ'· ἣν δ' ἕλω ποτὲ —

Musgr. Huiusmodi aposiopeses non satis pro veteris tragoediae dignitate. Erfurdtius locum ita tractavit: „οὔ σὲ πρόσθε, τοὺς — ῥήματ', ἢ σ' ἑλῶ ποτε „sc. παύσεσθαι, *te non antea destiturum esse garrire, „quam te cepero, ex iis iudicans, quae amicis re„spondisti*. Non enim dicitur ἀνταμείβεσθαι πρός τι„να." Quam emendationem quo minus, ut ipse decreverat, in textum recipi velim, obstat, tum quod haec verbi παύσεσθαι ellipsis et ipsa aposiopeseos instar esset, tum quod verborum structura impeditior evaderet. Aliam medicinam adferre studuit Reisigius textum sic refingens:

μαρτύρομαι τούσδ', οὔ σύ, πρὸς δέ, τοὺς φίλους
οἷ' ἀνταμείβει ῥήματ', ἣν σ' ἕλω ποτε.

Hosce antestor, cuius rei gratia tu, atque insuper amicos qualibus redarguis dictis, ubi te cepero. Hell. Iungo: μαρτύρομαι τούσδε, ἣν σ' ἕλω ποτέ, in quibus verbis ἣν est *num*, quasi praecesserit non μαρτύρομαι, sed ὄψεσθε. „ἣν et quae idem „significant particulae sollicitudinem aliquam et *spem* „metumve de eventu indicant. Eur. Andr. 42." Herm. ad Vig. p. 835. Ἕλω autem Creon eodem sensu dicit, quo Oedipus supra v. 756 (760), *persuadendi, adducendi*, sicut νικᾶν et ἀναγκάζειν de ora-

tionis et consiliorum victoria usurpantur. Non dubitat quippe Creon, quin Oedipus, simulac filias unam audiverit interceptam, alteram vi divelli a se viderit, etiam sua sponte petiturus sit Thebanorum urbem, sive obsidum tam dilectarum cura impulsus sive sua inopia et solitudine coactus. Oedipus autem nihil tale quid accidisse augurans, ἕλω sensu vulgari intelligens ita respondet, quasi iam tum apertam vim minitatus sit Creon. Reliqua verba οὐ σὲ .. ῥήματα parenthesin efficiunt; οἷα est pro ὅτι τοῖα. *Non te antestor, inquit, tuo enim alloquio abstinere malo, ne forte contumeliosum responsum denuo feram, quoniam tam superbe respondere soles tuis.* Φίλους h. e. προσήκοντάς τε γένει καὶ φίλως λέγοντας. De constructione ἀνταμείβεσθαι πρός τινα neutiquam sum sollicitus; eandem enim hoc verbum assumit constructionem quam ἁμιλλᾶσθαι, e. gr. in Plutarch. Vit. Cat. p. 362 d, propter significatus cognationem. *Doed.*

V. 812. κἄνευ τῶνδε. Malim: κἄνευ τοῦδε, etiamsi te non abstulero. Scholiastes etiam τῶνδε hoc sensu interpretatur. Sed ea lectio invenustam ἀμφιβολίαν efficit. *Musgr.* Sed excusanda ambiguitas potius quam corrigenda. cf. 478 (485.)

τούτων ἀκοῦσαι βούλομαι· μέγιστα γάρ.

Ant. 467.

ἀλλ' ἄν, εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἰσχόμην νέκυν,
κείνοις ἂν ἄλγουν· τοῖσδε (morte) δ' οὐκ ἀλγύνομαι.

Ai. 328.

ἀλλ', ὦ φίλοι, τούτων γὰρ οὕνεκ' ἐστάλην,
ἀρήξατ' εἰσελθόντες, εἰ δύνασθέ τι.

Add. Herodot. I, 17. τῶνδε εἵνεκα. 22. 145. Ad sensum igitur recte Brunckius: *etiamsi non capiaris.* Dissentit Reisigius, interpretans: *hisce orbatus filialibus tuis. Hell.*

V. 813. ποίῳ ξὺν ἔργῳ. *Quanam re declarabis non verba esse minas tuas? Hell.*

V. 816. οἴμοι. Libri ᾤμοι. Promiscue ista adhibentur. At ex Creontis responso perspicitur prius hic poni debuisse. οἴμοι — τάχα μᾶλλον οἰμώξεις. Sic El. 788.

οἴμοι τάλαινα· νῦν γὰρ οἰμῶξαι πάρα. *Brunck.*

V. 817. Malim τήνδε τ' οὐ μακροῦ χρόνου [sic Bothius] *et hanc* (Antigonam) *mox habebo. Schaef.* Probant etiam Reisigius et Elmsl. coll. v. 331. El. 1416. Eur. Ion. 1501. Sed γε defendi potest ea potestate, quam illustravimus ad v. 475. *Doed.*

V. 818. ἢ προδώσετε restituimus. In priori enim interrogationis parte, τί δράσετε, inest fiducia quaedam auxilii. *Doed.*

V. 821. οὔτε πρόσθεν εἴργασαι. Libri perperam οὐδ' ἃ πρόσθεν. Ortus error ex male accepta voce τανῦν, quae nihil aliud est quam νῦν. οὔτε νῦν δίκαια πράσσεις, οὔτε πρόσθεν εἴργασαι. Sic infra 849 (853.) οὔτε νῦν καλὰ δρᾷς, οὔτε πρόσθεν εἰργάσω. In B. τανῦν scriptum una voce. Vide Koenium ad libellum de Dialectis p. 50. *Brunck.* Vulgatam vindicavit Schaeferus ad Greg. Corinth. p. 120. Erf. in marg. comparat Eur. Hec. 524 Pors.

V. 822. ὑμῖν γ' Bothius. Censor Eph. Ien. 1810 obiecit Hom. Od. II, 75. Si quid mutandum esset,

δὲ insererem. In El. 797 recte ut videtur πολλῶν δ' ἂν ἥκοις praebent MSS. Mon. et Aug. b. *Doed.*

V. 825. Locos de deorum hominumque desperatione in summa animi aegritudine collegit Lobeck. ad Soph. Ai. p. 282. *Hell.*

V. 826. τῆς ἐμῆς. In speciem et ad fraudem a Creonte hoc esse compositum pariter ac τοὺς ἐμοὺς v. 828 (832) nemo non videt. Quo enim praecipuo in Antigonam iure is gaudebat? Adfinitatis? Ad patrem illa multo magis pertinebat quam ad avunculum. Regiae potestatis? Non arctius illa obstricta tenebatur quam ipse Oedipus, quem tamen Creon nunc non vindicat suum. *Hell.*

V. 827. ὦ γῆς ἄνακτες. Vide ad O. T. 911. *Brunck.*

V. 831. βάσανον εἶ χερῶν. infra v. 1290. οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὔτ' ἔργου μολών. *Schaef.* Mnasalc. Ep. in Brunck. Anall. T. I p. 193.

ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης. *Doed.*

V. 832. μωμένου. De hoc verbo vide interpretes Hesychii ad v. μώμεθα. Exstat enim in versu Epicharmi, quem Xenophon in secundo Memorab. citat. *Musgr.* cf. Brunck. ad Trach. 1136, qui Hesthio praeeunte recte locum vertit: *non equidem a te* (sc. abstinebo manum) *si istaec moliris.* Winshemius: *prohibebo ita, ut ne tu quidem vituperare queas,* quasi legisset μωμωμένου. Reisigio videtur Helladius ap. Phot. p. 867 καὶ μώμεναι, ἡ μετοχὴ παρὰ Σοφοκλεῖ hunc locum recordatus esse et μωμένου posuisse. *Hell.*

V. 833. μαχεῖ correctio est Porsoni Adverss.

p. 176, quae commendationem habet ab Hom. Od. XVIII, 63, unde expressus videtur h. l.

ἐπεὶ πλεόνεσσι μαχήσεται, ὅς κέ σε θείνῃ.

Quod si Porsonus etiam πημανεῖς requirit, non assentior, quamquam amplecti videtur Elmsl. ad Heracl. 799, coll. Ant. 242. Trach. 872. Aesch. Suppl. 531. Eur. Andr. 1064. *Doed.*

V. 833. Optime venerandus Theologus, Zacharias Mudge, versum hunc Choro tribuit, proximum vero [seu potius priora eius verba] Oedipo, qui tale aliquid eventurum Theseo antea praedixerat, v. 681 (649) (653) et seq. *Musgr.* Equidem Oedipo neque verba οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγὼ ultro tribuere ausim, et illa, quae eidem in Codd. tribuuntur, πόλει μαχεῖ γὰρ εἴ τι πημαίνεις ἐμέ, in Creontis personam transferre cum Reisigio, quum praesertim MS. Laur. in Scholio ταῖς Θήβαις praebeat pro ταῖς Ἀθήναις. Oedipus ex quo tempore ultimo angore pressus v. 827 (831) sive Chori seu deorum auxilium imploravit, inde desperantis instar videtur obmutuisse; itaque ista certe verba non poterat interserere, quibus languidus antehac rerum spectator ipse censeretur. Quippe haec est rerum sententiarumque series ac nexus. Creon ubi manum iniecit Antigonae, manus contra tendentes sentit Chori. Abstinere iubet Chorum; quo non obtemperante, sanctum se Thebanorum legatum iactat violatumque ius legationis arguens civitatis ultionem prae se fert. Sed Chorus quoque quamquam non disertis verbis, violatum a Creonte hospitium iam prius incusaverat (v. 826 (830.)) ideoque Creontis crimini crimen idem, minis minas easdem obiectat ostentando Atheniensium vindicationem. Erf. in marg. sic h. l. constituit:

ΚΡΕΩΝ. πόλει μάχει γὰρ, εἴ τι πημαίνεις ἐμέ.
ΟΙΔ. οὐκ ἠγόρευον ταῦτ᾽ ἐγώ; ΧΟΡ. μέθες χεροῖν
τὴν παῖδα θᾶσσον. ΚΡΕΩΝ. μὴ 'πίτασσ', ἃ μὴ
κρατεῖς.
ΧΟΡ. χαλᾶν λέγω σοι. ΚΡ. σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν.
ΧΟΡ. προβᾶθ' ὧδε κ. τ. λ.

Ne quis ταῦτ' ἐγώ pro ταῦτ' ἐγώ requiri putet, vid. ad v. 1289. *Doed.*

V. 835. ἃ μὴ κρατεῖς. Nodell. Ep. ad Heyn. in Class. Iourn. 1815 Apr. p. 53 corrigit ὧν μὴ κρατεῖς coll. Theocr. Adon. 90. Aptius etiam citari poterat Oed. T. 409. τοῦδε γὰρ κἀγὼ κρατῶ. Sed nulla est corruptelae suspicio. Etenim si κρατεῖν non posset iungi accusativo (vid. ad v. 1374, et Oed. T. 1522. πάντα μὴ βούλου κρατεῖν) cogitatione repetendum foret ἐπιτάσσειν. *Doed.*

Ibid. παῖδα θᾶσσον pro glossemate habens Bothius, τὴν esse vult ταύτην. Ad sqq. cf. 1435 (1441.) *Hell.*

V. 837. προβᾶθ' ὧδε, βᾶτε, βᾶτ' ἔντοποι. Ex antistrophico versu 880 (884) perspicuum est sic legendum esse. In Aldina προβᾶθ' ὧδ', ἐμβᾶτε, βᾶτ' ἐντόπιοι. *Brunck.*

V. 838. Πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμὰ σθένει. Malim legere

πόλις ΑΝΑΙΡΕΤΑΙ, πόλις ΕΜ' ΑΣΘΕΝΕΙ.

Ἀναίρεται ut Eurip. Phoen. v. 1096,

Ἑστᾶσ' ἄθραυστοι, κοὐκ ΑΝΗΡΠΑΣΤΑΙ ΠΟΛΙΣ,

ubi vide Valckenarium. Deinde quod vulgatur πόλις ἐμὰ σθένει vertunt *urbs mea per vim*, quo sensu pro

σθένει, puto, βίᾳ poni debebat. Πόλις vero ἐμ᾽ ἀσθενεῖ, ut infra v. 1027,

μηδὲ τήνδε τὴν πόλιν
Ενὸς ποιῆσαι φωτὸς ΑΣΘΕΝΕΣΤΕΡΑΝ.

Eadem de causa dicitur v. 869 (873),

Τάνδ᾽ ἄρ᾽ οὐκέτι νέμω πόλιν.

Verte: *Urbs nostra diripitur, nec habet unde sibi ipsa auxilietur. Burgess.* Scribere voluit haud dubie ἐμὰ ἀσθενεῖ vel ἐμὰ ᾽σθενεῖ. Non dissimiliter Seidler. de Verss. dochm. p. 278 incertum an consulto: πόλις ἐμὰ στένει. Sed ita parum elegans est sedes voc. ἐμά. Eleganter enim dicitur πόλις ἐμὰ ἐναίρεται, πόλις ἀσθενεῖ, eleganter item πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμά, σθένει, ut πόλις ἐμὰ sit appositionis loco; non item πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμὰ ἀσθενεῖ, quia importune epitheton ἐμὰ repetito demum substantivo additur, cum tamen ad utramque enunciationem ἀπὸ κοινοῦ pertinens iam antea aut exspectaretur aut sponte intelligeretur. Non sane σθένει est i. q. βίᾳ *violenter*, sed *fortiter*, *et validius, quam ut resisti a nobis possit* (vid. Hom. Iliad. XIII, 678) ut non *iniuriam conatus* sed *periculi gravitatem* queratur Chorus. *Doed.*

V. 840. ἀφέλκομ᾽ ὦ δύστηνος praefert Schneider. de Dial. Soph. p. 55.

V. 841. πορεύομαι Passivum esse ut Ai. 1241, observavit Abresch. ad Aesch. I, 72. 576.

V. 844. ἐκ τούτοιν. Quod coniecerat Burgessius ἐν τούτοιν statim ipse deseruit. Sed quos locos ad significationem praepositionis ἐκ illustrandam attulit, v. 67. O. T. 235 (255) et 821 (831) Ant. 428 (430) ii parum quidem congruunt. Aptiora dat Reisigius.

Poterat etiam ἐπὶ poni, ut v. 742 (746) — σκήπτροιν. Polyxenam filiam βάκτρον adpellat mater Eur. Hec. 281. *Hell.* ἐκ dictum est, ut in ἐκ χειρὸς ἄγειν, et in Latinorum *pendere ex re*, non: *in re*. *Doed.*

V. 845. ὁδοιπορήσεις. Sic emendate in B. T. Soloece vulgo ὁδοιπορήσῃς. Vide supra ad v. 401 (408.) *Brunck.* Herm. ad Ai. 557. „Mihi ca- „non iste ut idonea ratione carens nunquam visus „est verus esse.“ Similiter iudicavit Heind. ad Plat. Phaedon. p. 44.

V. 847. καὶ τύραννος ὢν ὅμως. His verbis inde primum invidia conflatur Oedipo, quod parere nolit, quum tamen ipse Creon, quamvis rex, (vel certe regia stirpe ortus, ut vult Reisigius, laudans Schaef. ad Trach. 316) parere non dedignatus sit, suscipiens armatam hanc legationem. Et huic consilio aptius utique ὅμως, propterea quoque praeferendum, quod ὁμῶς pro ὁμοῦ raro apud tragicos legitur. Deinde obiicitur illi, quod obsequium patriae praestandum detrectet in re tam gravi, cui gerendae nemo, nisi rex, par sit repertus. Denique haud obscure monetur Oedipus pristinae suae dignitatis, unde non possit non optime callere, quid quum patriae tum regi debeatur. *Hell.* Vide, an illa verba ad Oedipum et νικᾶν θέλεις potius, quam ad Creontem et ἔρδω referenda sint, h. s. quanquam et rex Thebanorum olim fuisti, et iis, qui nunc regnant, genere es coniunctissimus, ut te vel minime deceat, ab exterorum partibus adversus tuos et populares stare. *Doed.*

V. 849. αὐτὸς αὐτόν. Sic B. T. In Membr. et in Aldina minus eleganter αὐτὸς σαυτόν. Tribus personis servit αὑτοῦ et valet ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ.

Infra 926 (930) *αἰσχύνεις πόλιν τὴν αὐτὸς αὑτοῦ.* Trach. 451. *εἰ δ' αὐτὸς αὑτὸν ὧδε παιδεύεις.* Vide not. ad Comici Nubes 1455. *Brunck.* Hodie non illud quaeritur, num possit *αὑτὸν* pro *ἐμαυτὸν* dici, quo usu ne prosarii quidem scriptores abstinuerunt; sed hoc potius, utram formam praeoptaverint poetae, ubi metri necessitate impellerentur nulla. Aristophanes in Nubb. 1454. *αὐτοὺς μὲν οὖν σαυτῷ σὺ τούτων αἴτιος* praetulit. *Doed.*

V. 851. *ὀργῇ χάριν δούς.* Erf. in marg. cft. Eur. Herc. F. 775 ed. Herm. *εὐνομίᾳ χάριν δούς.* Et hoc nomen potius supplendum videtur in *ἄλλοισι δούς* Phil. 972 et *ἡδονῇ δούς* Eur. Phoen. 21, quam aut pronomen reflexivum aut, ut Buttmanno visum est ad Phil. l. l. *χώραν.* Comparare libet Tac. Ann. 1, 7. *Dabat et famae, ut vocatus electusque potius a republica videretur, quam* etc. *Doed.*

V. 852. *ἐπίσχες αὐτοῦ ξεῖνε.* *Hîc resiste hospes.* Verba sunt Chori manum intendentis in Creontem. Meras nugas hîc agit Heathius, cuius versionem, *in eum manum iniice*, non admittit Graeci sermonis proprietas. Ista codd. omnes Choro tribuunt recte. *Brunck.*

V. 853. *ταῖνδε*, ut paullo inferius *ταύταιν μόναιν.* Libri omnes *τῶνδε.* *Brunck.* Vulgatam iure restituit Schaeferus. Tam morosa constantia non obtrudenda Sophocli: neque eadem utriusque loci forma et facies: „Creon enim," ut optime Reisigius, „suum extenuat facinus per dualem, ut longe gravius portendat: Chori nullum est eiusmodi consilium."

V. 854. *ῥύσιον*, proprie *pignus, quod aufertur*

ob rem debitam. Eustathius ad Iliad. *Λ.* p. 877. τὸ δὲ ῥύσια δηλοῖ τὰ ἀντί τινῶν ῥυόμενα, ὅ ἐστιν ἑλκόμενα, καὶ ἀντὶ τῶν προαρπασθέντων ἁρπαζόμενα· ὥςτε ῥύσια ἐλαύνειν, τὸ ἐρυσιάζειν καὶ λαμβάνειν ἀνθαρπάγματα ἤγουν ἐνέχυρα χρέους. Proinde μεῖζον ῥύσιον θήσεις πόλει significat, *facies, ut tuae civitati mox aliquod maius pignus a me auferendum sit: quippe non solas illas puellas ei abducam, sed alium etiam; quocirca maior erit praeda, ob quam abactam civitas tua ultionem a me sumere volet, et mea vicissim populari.* Tot verbis uti necesse habui, ut vim vocis ῥύσιον declararem, et sensum loci, quem neutiquam exprimit Iohnsoni versio: *Maius igitur redemtionis pretium urbi statim conflabis. Brunck.* ῥύσιον, *pretium, quod pro redimendo captivo solvitur. Musgr.* Phil. 959.

φόνον φόνου δὲ ῥ ύ σ ι ο ν τίσω τάλας.

V. 856. ἀλλ' ἐς τί in Actt. Monacc. T. I p. 54 in ἄλλ' ἐς τί emendare satius habueram, quam τί per τί ἄλλο explicare; quod commentum admirabili severitate perstrinxit Reisigius. *Doed.*

V. 857. δεινὸν λέγεις. Hac de locutione vid. Reisig. Coniectt. I, 216. *Hell.*

Ibid. ὥς „fortiter adfirmantis est ut ἴσθι „ὥς.“ Elmsl. ad Med. p. 174. Plena dictio est in Phil. 507.

ὥς ταῦτ' ἐπίστω δρώμεν', οὐ μέλλοντ' ἔτι. *Doed.*

V. 859. ὦ φθέγμ' ἀναιδές. Brunckius: *O vocem impudentem!* Sed tum scribendum ὢ. Appellatio potius est Creontis. Solentque hoc nomine compellari ii, qui oculis non cerhuntur; cf. infr. v. 1171 (1177) Ai. 14. — ψαύεις pro ψαύσεις revocavimus.

Praesenti inest significatio *voluntatis.* vid. Seidl. ad Eur. El. 1262, Iph. T. 1284. et infr. v. 853 (857) et 989 (993). *Doed.*

V. 861. τῆςδε τῆς ἀρᾶς. Aldus et codd. θεῖέν μ' ἄφωνον τῆςδε γῆς ἀρᾶς ἔτι, manifesto vitio. Neminem latere poterat librarii error saepissime observatus in permutatione literarum *T Γ.* Nihilque proclivius erat emendatione, qua facillime sanatur lectionis ulcus τῆςδε τῆς ἀρᾶς. Mihi tamen vix probabile visum huiusmodi mendam omnes invasuram fuisse codices, nisi aliquid reconditius olim scriptum fuisset, quod librarios turbasset, persuasique mihi Sophoclem reliquisse, θεῖέν μ' ἄφωνον σοί γε τῆςδ' ἀρᾶς ἔτι. Phrasis elegans est, sed paullo rarior, qualia sunt ista Comici: in Lysistr. 530. σοί γ', ὦ κατάρατε, σιωπῶ 'γώ; In Ranis 1134. ἐγὼ σιωπῶ τῷδ'; Et hoc quidem ipsum videtur Scholiastes interpretatus fuisse his verbis: μὴ ἄφωνος γενοίμην εἰς τὸ καταρᾶσθαί σε. *Brunck.* Optime editor Londinensis τῆςδε τῆς ἀρᾶς. *Musgr.* Nihil sane frequentius permutatione vocularum τῆς et γῆς. Oedipus dicit, se Furiarum praesidio tutum minime dubitare Creontem diris persequi. „*Noli existimare, me hisce dua-* „*bus tam parum confidere, ut diras effundere in te non audeam. Iacobs.* Adsentiuntur recentiores omnes, nisi quod Reisigius τῆςδε σῆς ἀρᾶς reponendum arbitratur. Vulgatam vindicaturis hoc unum supererit, ut δαίμονες τῆςδε γῆς coniungant, coll. v. 558. *Doed.*

V. 862. ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας. Brunckius *solum quo regebar oculum.* Debebat *tenuem, mancum oculum,* quem opponit Oedipus oculis vere sic dictis, quos pridem perdiderat; sed haud scio an ψιλὸν sit

masculinum ad με referendum *inermem* coll. Phil. 953.

εἴσειμι πρός σε ψιλὸς, οὐκ ἔχων τροφήν.

Aesch. Choëph. 694.

φίλων ἀποψιλοῖς με τὴν παραθλίαν. *Doed.*

V. 862, 863. Iam in eo erat Creon, ut Oedipum abduceret; saltem disertis id verbis minatus est v. 860. Attamen ab incepto paullisper destitisse videtur. Id quidem inde colligas, quod his versibus non de se, sive de amissa libertate odiosissimaque captivitate, sed de filia abrepta queritur Oedipus, quam insuper abreptam sibi vix queri poterat, si eadem via se ipsum abductum iri crederet. Accedit ἐξοίχει, quod quamvis alias, ut plura eiusmodi verba, periphrasi tantum inserviat, hic tamen indicare videtur, Creontem, ex Oedipi certe opinione, discessum parare, et iamiam abire. Continuata Oedipi convicia quum refrenare frustra conatus sit Creon verbis αὐδῶ σιωπᾶν v. 860 (864) (quibus verbis fere dehortatur, ne irritando ad extremum se compellat) oppido exacerbatus dimissum propositum resumit 368 (375). *Hell.*

V. 864. σέ τ' αὐτόν. Aldus et membr. mendose σὲ καὐτόν. In B. T. paullo melius σέ γ' αὐτόν. Copula hic desideratur, σέ τε αὐτὸν καὶ γένος τὸ σόν. *Brunck.* Vulgatum defendit Reisigius larga exemplorum copia.

V. 865. Ἥλιος non hoc uno loco apud Sophoclem ultoris munere fungitur. cf. El. 623. Gust. *Schwab* de relig. Sophocl. Stuttg. 1820 p. 16 not. 35. *Doed.*

V. 866. γηρᾶναι βίον. Aesch. Pers. 615. θαλλούσης βίον. *Hell.*

V. 869. Respexit h. v. Gram. Bekk. Anecd. I p. 59. ἔργοις παθὼν ῥήμασιν ἀμύνεται· οὕτως Σοφοκλῆς. Rarius quidem ῥήματα in oppositione ἔργων pro λόγοις. vid. Porson. ad Eur. Phoen. 512. *Hell.*

V. 871. βραδύς. Malim hoc prae βραχύς, quod habet Turnebiana, et βαρύς, quae, ut ex Scholiasta discimus, antiqua varietas fuit. *Musgr.* βραχύς placuit Iohnsono comparanti v. 876 (880); quam ob ipsam locorum similitudinem languere mihi videtur. Lectio Schol. memorata βαρύς, *gravis annis* non minus mihi placet quam Iacobsio, Spec. Emm. p. 28. Neque enim ad capiendum Oedipum *celeritas*, sed *robur* opus erat, nisi forte respici putes tanquam proverbium Hom. Od. VIII, 329.

οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα, κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν.

coll. Theogn. 328; βαρὺς haud secus quam *gravis* modo activam modo passivam potestatem induit. Passive *pressum*, *gravatum* indicat. Trach. 235. οὐ νόσῳ βαρύν. Herodot. IV, 150. ἐγὼ μὲν, ὦναξ, πρεσβύτερός τε ἤδη εἰμὶ καὶ βαρὺς ἀείρεσθαι, ubi vid. Wessel. nostrum ex nostra scriptura locum ita laudantem. Add. Miscell. Obss. Vol. II T. I p. 250. Recte igitur Erf. in Ai. 319 βαρύψυχος de homine *depressi animi* intelligit. Id. in marg. βραδύς defendit coll. Trach. 599, cuius loci longe alia ratio est. *Doed.*

V. 875. νέμω *censeo, existimo.* Sic εἴ τι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις Trach. 490 (483). Hesychius: νέμω: νομίζω. Suidas: νέμω, νομιῶ, ipsum hunc locum statim citans. cf. El. 151. *Musgr.* Sic et O. T. 1059. *Bothe.* Heind. ad Plat. Protag. p. 509 vestigia premens Scholii: νομιῶ, scribendum putat νεμῶ.

V. 876. *βραχὺς tenuis, inops*; ut Eur. Heracl. 614 et *σμικρὸν* infra 1013, 954 (958). *Musgr.* *τοῖς δικαίοις* noli putare instrumentalem ablativum esse; praetulisset enim singularem numerum poeta, ut in Phil. 1251. Recte Brunck. *in iusta caussa.* Sic *κακοῖς* pro *ἐν κακοῖς* Phil. 1387, et *σμικροῖς* Trach. 1223. *Doed.*

V. 877. *ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται.* Hemichoro adsignat Reisigius.

V. 878. Hic versus senarius esse debet, ut is qui ei in strophe respondet 835 (839.) Clausula librariorum culpa deficit, quod et indicavit Triclinius hac nota *λείπει.* Putidum mihi videtur Burtoni supplementum, *σὺ δ' οὐκ οἶδας, γέρον.* Istud forte Sophoclis colorem magis referet: *σὺ δ' οὐ βραβεὺς ἔσει.* *Brunck.* *σὺ δ' οὔ . . .* Mutilum versum non male suppleveris legendo: *σὺ δ' οὐκ, ἔργου πάρος. Musgr.* Utrumque versum 877, 878 sic scribendum censeo, ut respondeant, ut fas est, strophicis. *ΟΙΔ. ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται; ΧΟΡΟΣ. τά γ' οὐτελεῖ· — Ζεὺς ταῦτ' ἂν εἰδείη. ΚΡΕΩΝ. σὺ δ' οὐκ ἐπαρκέσεις.* In his Oedipi verba non minas Creontis, sed quam proxime iactaverat causae suae iustitiam spectant atque arguunt: hinc sibi victoriam fore. Ad id Chorus, eventura esse haec dicta negat; Iovem harum rerum fore conscium atque iudicem. Si quae verba cum *impia* Iovis commemoratione obiecit Creon, ea temporis iniuria interciderunt. Quamquam verisimile est, *ὕβριν* h. l. non tam *impietatem* quam *vim et iniuriam* indicare; et in iis, quae interciderunt, non *responsum* altercantis sed altercandi finem et apertae violentiae initium latere; id quod nostro qualicunque supplemento exprimere cupivimus. Ceterum *Ζεὺς ταῦτ' ἂν εἰδείη* formula est eorum, qui simul

implorant deorum fidem, simul confidunt eorum cura: *Iovem ultorem non fugiet haec iniuria*; ut in Phil. 843.

ἀλλά, τέκνον; τάδε μὲν θεὸς ὄψεται.

Eur. Andr. 258.

θεοὶ γὰρ εἴσονται τάδε.

Creon enim, dum manum iam iniicere parat Oedipo, *Bene facis*, inquit, *quod ad deorum videlicet auxilium refugis; tu autem non sufficies depellendis manibus meis.* σὺ δ' οὐ μάντις τάδε. Ita Reisigius versum supplet. *Doed.* Non satis constat utrum prima dipodia exciderit an tertia. Eur. Hel. 599. τοὐκεῖ με μέγεθος τῶν πόνων πείθει, σὺ δ' οὔ. *Elmsl.*

V. 879. ἀνεκτέα „i. q. ἀνεκτά" Ahlwardt. in Actt. Lips. I p. 125; male, nam scripsisset Sophocles ἀνασχετά, ut 1641 (1652) Trach. 721; non est *tolerabilis*, tanquam se excusaturus sit Creon, sed *quam tolerari necesse est*, cum ludibrio et violentia pronunciatum. Scilicet *vae victis! Doed.* Et repetitum ὕβρις praefractius fere, quam δίκαια v. 828 (852) et ipsum δοκῶ 875 (879). *Hell.*

V. 880. ἰὼ γᾶς πρόμοι. Sic Aldus et veteres codd. Copulam infersit Triclinius inepte, ἰὼ γᾶς τε πρόμοι, ut versus cum strophico congrueret 837 (841), in quo male legebat ἐντόπιοι, ubi nos recte edidimus ἔντοποι. — πρόμοι. gl. πρόμαχοι. *Brunck.* γᾶς πρόμοι elegantius, et in antistr. ἔντοποι legit. *Musgr.*

V. 883. περῶσιν dubito utrum cum Musgr. ad v. 152 (157) proprie intelligam: *fines nostros exeunt*

satellites qui cum virginibus evaserunt, an metaphorice: *modum excedunt, qui praesentes urgent*, ὑβρίζουσιν. coll. Erf. ad Oed. T. 670. Equidem priorem rationem praefero. *Doed.*

V. 884. ἔσχετ' *inhibuistis, moram iniecistis.* *Musgr.* Vid. Hom. Iliad. XIII, 51. XX, 27. De οἰκισταῖς cf. Thuc. V, 11. de ritu iis sacrificandi Herodt. VI, 38. De hoc templo Neptuni Thuc. VIII, 67. Pausan. I, 30. et Corsini Fast. Att. T. I, pag. 206. *Hell.*

V. 891. ξυνωρίδα. Winsh. *quod mihi solum erat auxilium.* Sed Wessel. Obss. p. 116: „Laudem meruisset interpres, si pro auxilio *par* posuisset; loquitur enim Oedipus de filiabus suis Antigone et Ismene, quas patri invitas abduxerat Creon; cf. Eur. Phoen. 1092. ubi recte Graecus enarrator: ξυνωρὶς ἡ δυάς, et Med. 1145." Obsecutus est Bothius vertens: *par liberorum, quod unicum supererat.* Alterum enim par, filiorum quippe, pro nullo habebat Oedipus. *Hell.*

V. 894. Locus prava distinctione mihi quidem laborare videtur. Non enim Theseum utrumque genus, ἀνίππους sc. et ἱππότας, ad locum, ubi coibant viae, misisse verisimile est, sed pedestres copias ad se congregari iussisse, equitum opera ad longinquiora usum esse. Unde sic interpungo:

Πρὸς τούςδε βωμοὺς πάντ' ἀναγκάσει λεὼν
Ἄνιππον· ἱππότην τε θυμάτων ἄπο
Σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος, ἔνθα —

Πρὸς τούςδε βωμούς, ad hosce tumulos. Non enim *aram* semper significat βωμός, ut Suidam inspicienti

patebit; Pindar. Olymp. VI. stroph. 4. Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ. — Ἀναγκάσει pro ἀναγκάσει ἐλθεῖν· Hippocr. lib. de Articulis ῥησ. 7. ἄνω ἀναγκάζειν τὸ ἄρθρον. Vid. et ῥησ. 63. cf. ad Antig. 1262 (1248). *Musgr.* Iungendum potius ἀναγκάσει (i. e. κελεύσει, ut 585 (589)) σπεύδειν. *Hell.* Praeclare voluit etiam copias Thesei ab sacris ad pugnam contendere. *Reisig.*

V. 896. ἀπὸ ῥυτῆρος. Sic Aldus et codd. veteres. Soli Triclinio debetur ἅπαι. Vide ad Oed. T. 847. At sensum locutionis σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος bene exposuit [ἤγουν ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἔχει ἕκαστος σχήματος. εἴρηται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν διωκόντων τινὰς στρατιωτῶν, καὶ πάσας ἡνίας χαλώντων ὥςτε ταχύτερον φέρεσθαι. ῥυτῆρας γὰρ τοὺς χαλινούς φασιν, οὐ τὰ ὑποδήματα, ὡς τὰ σχόλια λέγει. ex ed. rec.] Significat *effusis habenis currere, et festinare:* exemplis eam illustravit P. Wesselingius Observat. I. 30. *Brunck.* ἀπὸ ῥυτῆρος, *effusis habenis,* ut bene interpretatur Wesselingius ad Diodor. Sic. XIX, 26. Adde Plutarchum in Dione, vol. I p. 976, D. οὗτοι διελάσαντες τὴν ὁδὸν ἵπποις ἀπὸ ῥυτῆρος. Ἀπὸ ῥυτῆρος i. e. χωρὶς ῥυτῆρος. Sic Thuc. VI, 64. ἀπὸ τῶν ὅπλων, ubi Scholiastes: ἤγουν, χωρὶς ὅπλων. Philostrat. vit. Apoll. lib. V, cap. 42. λέοντα ἥμερον ἀπὸ ῥυτῆρος ἦγέ τις, ὥςπερ κύνα. Cf. et Trach. 393 (398). Pro ἀπὸ edd. Turneb. et Steph. ἅπαι, quod, utpote antiquior forma vocis, non temere ab Heathio reiiciendum fuit; vid. Hom. Iliad. *Λ*, 663. Aesch. Agam. 901. *Musgr.* Phrynich. Προπαρ. Σοφιστ. MS. ap. Bast. Epist. crit. p. 174 not. ἀπὸ ῥυτῆρος τρέχειν ἵππον· οἷον ἀπὸ χαλινοῦ ἢ ἄνευ χαλινοῦ. Ni fallor, ἢ h. l. non est *sive* sed *aut*, quo ambiguitas locutionis indicetur, tanquam sit aut *ope habenae,*

ut in illo ἀπὸ χειρὸς ἄγειν, aut *sine habenis*, i. e. *effusis habenis*. Hoc autem sensu ἄπο χαλινοῦ scripsere veteres, siquidem recte ἄπο ῥυτῆρος edendum curavit Reisigius. Sed cum hoc praepositionis ἄπο usu malim ἄπο γνώμης comparare ex Trach. 389, ubi vid. Musgravium, quam El. 1127 ἀπ' ἐλπίδων οὐχ ὧνπερ ἐξέπεμπον. Ibi enim (contra Aldi et Hermanni adeo autoritates, ἄπ' ἐλπίδων praeferentium) ἀπ' ἐλπίδων non aliter dictum esse existimo, quam ἐξ εὐμενῶν στέρνων supra v. 479 (486), ubi vid. *Doed.*

V. 896, 897. δίστομοι ὁδοὶ συμβάλλουσιν h. e. δυοῖν ὁδοῖν στόματα συμβάλλει, ut ἑπτατειχεῖς ἔξοδοι Aesch. Theb. 269 pro ἕπτα ἔξοδοι τῶν τειχῶν. Viae, ubi in bivium exeunt, ostiis fluviorum comparantur. *Doed.*

V. 898. γέλως δ' ἐγὼ — Ad haec verba μὴ esse ἀπὸ κοινοῦ repetendum monuit Brunckius ad Phil. 761.

V. 901. ἧκον. *si iratus adessem.* Oed. T. 807. παίω δι' ὀργῆς. Blomfield. ad Aesch. Pers. 511 p. 45. „διήκω dubito an alia habeat tempora quam prae„sens et futurum. In Soph. Oed. Col. 901 (905) pro „Εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον, locutione inaudita, reponen„dum, Εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἦλθον." Quae quid velint sibi, non intelligo. Nam si tantummodo hoc negat V. D., verbum compositum διήκω carere imperfecto; nec ratio subest ulla, nec noster versus, ut in quo nulla tmesis locum habeat, erat allegandus; sin de ἥκω in universum loquitur, cum aliis locis plurimis, tum nostrae fabulae v. 734 (738) meliora edoceri poterat. Sed occupatam video castigationem a Barkero, Aristarch. Antiblomf. p. 95. *Doed.* Fortasse dubitavit Blomfieldius de verbo ἥκειν in hac peri-

phrasi, quod tamen analogia verbb. ἔρχεσθαι, ἰέναι, βαίνειν, χωρεῖν defenditur. *Hell.*

V. 903. νῦν δ' οὕςπερ — Perperam libri omnes ὥσπερ. *Brunck.* Legendum οὕςπερ, *iisdem legibus, quibus huc venit*: i. e. quandoquidem sub amici specie venit, non pro hoste habebitur. *Musgr.* Mudgii scriptura οὕςπερ videtur egregie firmari coll. Ant. 404 ibiq. Erf. ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν, ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας. Nihilosecius ὥςπερ retinendum fuit: „Nam post ὁ αὐτὸς haud raro ponitur adverbium „ὥςπερ pro pronomine, quamquam saepe a viris doctis „mutatum.“ Verba sunt Bremii ad Demosth. Cherson. p. 84, 28. B. μενεῖν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀνοίας ὥςπερ νῦν, ap. Rauchenstein. de Oratt. Olynth. ordine (Lips. 1821) p. 90. Quatuor praeter hunc locos eadem ratione vindicavit vir amicissimus, nostrum quoque additurus, si, quid in libris MSS. legeretur, in mentem venisset. Nam τούτοισιν h. l. ad sensum quidem nihil aliud esse quam τοῖς αὐτοῖσι sponte apparet. Occupavit defensionem Reisigius, conferri iubens Heind. ad Plat. Phaedon. p. 129. Add. Lobeck. ad Phrynich. p. 426, et nos infra ad v. 1283. *Doed.* Musgravii interpretatio vix apta. Quomodo enim non pro hoste habeatur, qui armorum vi retinetur captivus? Duplici autem colore insignis est oratio Thesei: primum cohibentis se, et irae indulgere nolentis, quod quidem ad choricos potissimum pertinet: deinde vero minantis etiam, ubi mox Creontem adloquitur. τούτοισιν οὐκ ἄλλοισιν igitur tum ad antecedentia spectat, *non durius cum eo agetur*, tum vero etiam ad sequentia: *nihilo mollius tractabitur.* Id quidem manifesto probant verba οὐ γάρ ποτ' ἔξει. Sensum igitur ita constitueris: *quemadmodum is hospitii ius violavit, virgines captivas ab-*

ducendo, sic ipse nulla hospitii ratione habita captivus retinebitur. *Hell.*

V. 907. καταξίως. Elmsl. ad Heracl. 544, Addit. p. 138. „Satisne hoc Graece dictum? Ego certe malim κατάξια.“ Sed utrumque Graecum est, ut κακὰ δρᾶν *böses thun*, κακῶς δρᾶν, *schlecht handeln.* Aesch. Pers. 813. τοιγὰρ κακῶς δράσαντες οὐκ ἐλάσσονα Πάσχουσι. Nec diversum est, quod centies apud Platonem legitur: μὴ ἄλλως ποίει, et quod Latini perinde usurpant: *idem* et *item facere;* cf. Intt. ad Cic. Off. I, 1. *Doed.* Amare Sophoclem haec adverbia notat Schaeferus ad El. v. 800. Ceterum, quum quadruplex Creontei facinoris sit indignitas, id quod palmarium est, et loco et constructione et dicendi ubertate prae ceteris insignitur, iniuria adversus Athenas. *Hell.*

V. 911. ἀφεὶς τὰ τῆσδε τῆς γῆς κύρια Winsh. reddit *omisso iure loci;* Heathius *maiestate huius civitatis posthabita* sive *contemta:* et sic fere Brunckius *spretis iis penes quos est huius loci publica auctoritas:* cogitans fortasse de v. 922 (926). Mihi κύρια non sine praecipua Athenarum laudatione ita dictum videtur, ut ad δίκαια v. 909 (915) referendum sit: *Negligens iustitiam, quae urbi huic propria quasi est et peculiaris,* a qua ne Thebani quidem ceteroquin abhorrere dicuntur v. 916 (920). *Hell.*

V. 912. ἄγεις θ' ἃ χρῄζεις, καὶ παρίστασαι. Sic tres codd. ut Aldi et Turnebi editiones. Operarum errore, ut videtur, in Stephani editione excusum fuit ἄγεις τὰ χρῄζεις καὶ περίστασαι, quod in subsequentes fere omnes dimanavit: adeo parum curae iis adhibitum fuit ab imperitis hominibus, qui ne

paratis quidem subsidiis uti sciebant. Nam praeter illas, quas memoravi, duas editiones, Suidas etiam in *Παρίστασαι* sinceram lectionem exhibet. *Brunck.* — *παρίστασαι*, *in ditionem tuam*, vel *potestatem redigis.* Exemplum dat Suidas ex Arriano. Herodotus III, 45. *ἱκανοὶ ἦσαν Πολυκράτεα παραστήσασθαι.* Thucyd. I, 98. *πολιορκίᾳ παραστήσαντο.* *Musgr.* Simplicius *aggrediendi, invadendi* significatio retinetur, ut infra v. 989 (993) *κτεῖνοι παραστάς.* El. 917 *δαίμων παραστατεῖ.* Aesch. Theb. 487 *παρίστασαι βοῇ.* *Doed.*

V. 914. *τῷ μηδενί.* Dubium, masculino genere accipiendum sit, an neutro. Quod discrimen Reisigius statuit „*οὐδείς* is dicitur, qui nullo in numero „atque honore est: *οὐδέν,* qui exstinctus est et occidit" id vereor, ut ubique servetur. Ant. 1322. *τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα*, ubi Reisigius *μηδενός* vult. Trach. 1108, 1109.

— *κἂν τὸ μηδὲν ὦ*
κἂν μηδὲν ἕρπω, τήν γε δράσασαν τάδε
χειρώσομαι κἀκ τῶνδε.

Sic *ὑμᾶς — νομίσωσι τὸ μηδὲν* Aristoph. Av. 578, et *ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν ἐς μάχην* Eur. Phoen. 601. De locutione in universum egerunt Valckenarius ad Eur. l. l. et Locella ad Xen. Eph. p. 129. *Hell.*

V. 915. *οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν.* Pessime Iohnsonus: *atqui te Thebae non hoc docuerunt malum: παιδεύειν τινὰ σοφὸν, γενναῖον, κακόν*, eodem modo dicitur quo *διδάσκειν.* Vide Musgravium ad Eurip. El. 579 et Hemsterhusium ad Plutum p. 4. *Brunck.* V. not. ad Dionys. Hal. de Comp. Verb. p. 413. Eodem modo intelligendum quod statim sequitur,

ἐκδίκους τρέφειν. *Schaef.* Quid si ex h. l. corrigas Phil. 1360.

οἷς γὰρ ἡ γνώμη κακῶν
Μήτηρ γένηται, τἄλλα παιδεύει κακούς

pro vulg. παιδεύει κακά, h. s. *quos* semel *mens nostra* consulto *malis affecit*, *iis omnino nos* eadem *reddit infestos*. Collustratur haec sententia verbis Cleonis ap. Thuc. III, 40. μάλιστα δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρχονται καὶ διόλλυνται, τὸν κίνδυνον ὑφορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου ἐχθροῦ. *Doed.*

V. 918, 919. βίᾳ pertinet ad ἄγοντα: non autem ad συλῶντα, multoque minus ad τῶν θεῶν. Pessime vulgo hic locus interpunctus. *Brunck.* Adsentior: nam ad συλῶντα additum prorsus abundaret βίᾳ; lenior autem vox ἄγοντα tale quidpiam postulat. — Φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια Vauvillersio sunt *insignia supplicandi*, *quibus miseri mortales ad deos accedunt*. Placet Matthiaeus, qui ad Eur. Phoen. 1486 dictum vult pro φῶτας ἀθλίους ἱκτηρίους. Nimius autem genitivorum concursus, si Heathio praeeunte θεῶν adiunxeris. Ceterum pro ἄγοντα Porsonus Advers. p. 274 ἄγειν τά: nulla necessitate; saepius enim copula carent participia, ut Ant. 1199—1201. Eur. Iph. A. 80, 81. Hom. Iliad. VI, 470. VIII, 232. XI, 188, 855. Locell. ad Xen. Eph. p. 190. *Hell.*

V. 920. ὅςτις ἦν addit quasi non certo quodam alienae terrae exemplo usus σῆς, sed in universum ἀλλοτρίας τινὸς χθονὸς dixisset. Sensus est: *Equidem ne iustissima quidem in causa ne ullum quidem regulum quamvis invalidum vel obscurum adeo laederem*, *nedum iniusta in causa Atheniensium*, *clarissimae et iustissimae civitatis regem. Doed.*

V. 926. πληθύνων. Idem valet quod μακρὸς χρόνος supra v. 7. i. e. *longaevitas*. *Musgr.*

V. 929. τινά ironice pro σέ, ut in Ai. 1138. τοῦτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεται τινί. *Doed.*

V. 930. μέτοικος. Confuse Schol. de h. l. disserit. Μετοίκοις recte comparatur Creon captivi loco habendus, ut qui domicilium in ea civitate, cuius non esset civis, μετοίκων more, positurus erat. Eadem metaphora in Aesch. Pers. 319 de Artame Bactrio

σκληρᾶς μέτοικος γῆς ἐκεῖ κατέφθιτο. *Doed.*

V. 931. βίᾳ τε κοὐχ ἑκών. De rariore usu part. τε, etiam synonyma copulantis, vid. Spec. Soph. p. 49. Herm. ad El. 858. Similiter Ant. 439.

καὶ φημὶ δρᾶσαι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μὴ οὐ.

Rarius etiam Latini; et in Hor. A. P. 309.

Scribendi recte sapere *est et* principium *et* fons

haud scio an ob id ipsum praestet legere cum quibusdam

Scribendi recte sapere *esto* principium et fons.

Doed.

V. 932. τῷ νῷ. Miror quod Sophocles non maluit τοῦ νοῦ scribere, ut seq. praepos. ἀπὸ κοινοῦ sit capienda. Vid. Oed. T. 761. Phil. 1384. Erf. ad Ant. 564. Nam τῷ νῷ λέγειν non memini me legere, ἀπὸ τοῦ νοῦ et similia saepissime. Aesch. Ag. 778. ἀπ' ἄκρας φρενός. Poet. inc. ap. Schol. Oed. C. 1372. ἔγνω 'παφήσας, εἰπέ τ' ἐκ θυμοῦ τάδε. Adde Blomf. ad Aesch. Agam. Gloss. 1620, coll. Wyttenb. ad Sel. Hist. p. 414. ἀπὸ τῆς γλώσσης illustrat etiam Abresch. ad Aesch. I p. 147 et 348. *Doed.*

V. 933. *ἀφ' ὧν, unde,* complectitur et parentes, et patriam, [cf. 912.] *Hell.*

V. 936. *οὔτ' ἄβουλον, ὡς σὺ φῄς.* Nihil tale Theseus criminatus fuerat; cui Creon si stricte responsurus fuisset, dicere debuerat, *οὔτε δούλην.* Sed artificium huius responsionis a Scholiasta iam fuit observatum. *Brunck.* Verumtamen hoc artificium quid sibi velit, non intelligo. Si calumniari vellet Creon, crimina exaggerare debebat, si qua forte Theseus in ipsum contulisset, non ea, quae is a Creonte aut prolata aut cogitata questus erat. Quid, si *ἄβουλον* non cum *πόλιν*, sed cum *τοὔργον* iungas? *Non imprudenter a me factum est, quod feci.* Sic *ἄβουλον στάσιν γλώσσης* dixit Sophocles Oed. T. 634. Nec multum differt Euripideum *ἀβούλους ξυμφοράς, calamitates, in quas imprudenter aliquis incurrit.* Heracl. 153. Commode ita respondeat Oedipus ad illud *τοῦ νοῦ κενόν* v. 927 (931). Attamen quum propter membrorum, per duplex *οὔτε* inter se connexorum, concinnitatem, tum quod vocabulo *ἄνανδρον* quoque invidiosius aliquid inest, quam ei, quo Theseus usus erat, *κένανδρον*, praeferenda videtur Hermanni ratio. Qui quidem, postquam ad Soph. Ai. 1260 p. 155 falli Scholiasten dixerat, in literis ad me datis *ὡς σὺ φῄς* interpretatus est, *ut tu opinaris.* Nam *ἄβουλον* verbis *ἴσον τῷ μηδενί* v. 914 (918) respondere, ut Reisigius arbitratur, aegre crediderim. *Hell.*

V. 937. *γιγνώσκων, reputans, existimans. Musgr.* Est igitur pro *γνώμην ἔχων, νομίζων.* Utitur illo verbo, ut mox *ᾔδη*, quod paullo maiorem habet fiduciae significationem. Ficta autem est haec fiducia, ex oratorum more, qui, quae ipsi sentiunt, auditores

sentire fingunt: simul inest castigatio tacita, *debebat saltem ita esse. Hell.*

V. 938. *αὐτοὺς ἐμπέσοι.* Brunckiana coniectura *αὐτοῖς* commendatur assensu MS. LB. et Livineii. Sed Eur. Iph. A. 798. *οὕτω δεινὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως τῆςδε στρατείας Ἑλλάδ' οὐκ ἄνευ θεῶν*, ubi all. *Ἑλλάδι γ' οὐκ.* Vid. Elmsl. ad Heracl. 693. Eandem constructionem, quam h. l. damnaverat, intulit Brunckius etiam in Phil. 699. *φύλλοις . . . . εἴ τιν' ἐμπέσοι φορβάδος ἐκ γε γᾶς ἑλεῖν. Doed.*

Ibid. Αὐτοῖς. V. D. olim *ἀστοῖς.* Sed per synesin *πολίταις* ex v. 935 (939) repetendum. Durius etiam Trach. 260. *πόλιν τὴν Εὐρυτείαν τόνδε γὰρ* scil. *Εὔρυτον. Hell.*

V. 940. *ᾔδη.* Sic veteres codd. et Aldus. Turnebus e Triclinio male *ᾔδειν.* Vide notam ad Oed. T. 453. unde liquet quarto post hunc versu, libris etiam invitis, scribi debuisse *ἐξῄδη. Brunck.* „Tragicis communis forma *ᾔδειν*, quantum e codd. colligi licet, usitatior erat, Atticis Ionicam formam retinentibus.“ *Schneider.* de dial. Soph. p. 7.

V. 941. *δέξαιατ'.* Poterat *ᾠήθην ὅτι — οὐ* (vel *μὴ*) *δέξαιατο* ordine atque ratione dici: sed illud ne in cogitationem quidem cadit, ut scientia a rei contemplatione secernatur et in subiunctiva cogitatione unice nitatur. Quare illa correxi *δέξαιτ' ἄν*: scil. *πόλις*: in modum superiorum verborum *γιγνώσκων ὅτι οὐδεὶς ἂν ἐμπέσοι ζῆλος. Reisig. de ἂν partic. p.* 114. Sed res ipsa docet, *ᾔδη* h. l. nihil aliud esse, quam *εἰδέναι μοι ἐδόκουν* h. e. *ᾠόμην.* Herodot. III, 140. *Ὁ μὲν δὴ Συλοσῶν ἠπίστατό οἱ τοῦτο ἀπολωλέναι, δι' εὐηθίαν*, h. e. *liberalitatis gratia*, non, ut vulgo

vertunt, *stulte.* Vauvillersius δέξαιντ' ἄν, Elmsleius δεξοίατ' corrigunt. *Doed.*

V. 941, 942. γάμοι ἀνόσιοι τέκνων. Scholion: παρόσον αὐτός ἐστι τέκνον μητέρα γεγαμηκώς. Haec nota in Romana Scholiorum editione non comparet. In T. praeposita est Scholio ad versum 935 (939), quod huius notae tanquam continuatio est. *Brunck.* τέκνων. Constructionem non satis expedio, legendumque suspicor τοκέων, ut πόλεως supra v. 772, 735 (739) et Aeschyli Sept. Theb. 2. φονέως infra 1426 (1355) (1361). Γάμοι τέκνων essent *nuptiae cum liberis contractae,* ut si Oedipus Antigonen matrimonio duxisset. Nisi malis τέκνοις. *Musgr.* Ex adiectivo pendet genitivus: eae nuptiae, *quae liberis nefastae habentur;* quod potuit sane Sophocles scribere τέκνοις, id adspernatus est, ut vulgare; latissime patet genitivi usus apud Graecos. Sic ἐλπίδων ἄπιστον οἰκούρημα in Phil. 867 h. e. *quod incredibile visum est speranti,* vel *incredibilius quam pro spe;* Ai. 1405 τρίποδα λουτρῶν ἐπίκαιρον *idoneum lavacro.* Aesch. Ai. 1148 ὀλέθριος φίλων, ubi dativum expectes. Similia dabit Schaefer. Melett. critt. p. 157. *Doed.* Possis etiam interpretari: *nuptiae inter parentes et liberos nefarie contractae.* Ex duobus ad se relatis unum saepius ita commemoratur, ut alterum simul intelligatur. Minus placet Brunckius, vertens: *qui incestis ex nuptiis liberos procreasse compertus sit;* nunc enim non hoc potissimum spectatur. *Hell.*

V. 943. Ἄρεος. Non alia forma utitur Sophocles. Vide Antig. 125. El. 1423. Fallitur Koenius ad Gregor. p. 286, Ἄρεος hic semel a Sophocle positum fuisse ratus ob versum. A recto Ἄρης, Atticis usitato, non alius formari potest genitivus, quam

Ἄρεος. Ab *Ἄρευς* est *Ἄρεως*. Vide Eustath. p. 518 quem iam laudavimus ad Comici Aves 835. [ex ed. rec.] *Brunck*. Hodie inter omnes convenit non nisi metri causa dici *Ἄρεος*, ut *πόλεος*, *ὕβρεος*, similia. *Elmsl.*

V. 944. *χθόνιον*, i. e. *ἐγχώριον* vel *αὐτόχθονα*. Apollon. Rhod. II. 506. *χθονίης — νύμφαις*, ubi Scholiastes *ἐγχωρίαις*. Vide et Ai. 202 et Hesychium ibi laudatum. *Musgr.* *ξυνῄδη*. Vid. ad v. 940 (944).

V. 944, 945. *οὐκ ἐᾷ τοιούσδ᾽ ἀλήτας*. Plutarch. Sol. 22. *τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν, ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν*. Add. Philoch. ap. Athen. pag. 247. *Doed.*

V. 950. *οὐδέν ἐστι γῆρας ἄλλο*. Sic ordinatae voces in membr. Vulgo *οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο*. *Brunck.* *γῆράς ἐστιν* restitui in Spec. Soph. p. 70. *Doed.* Ad proverbialem orationem cf. Suidam v. *θυμός*, laudatum Burtono et Brunck. ad Phil. ult.

V. 951. *θανεῖν*. Infinitivum sine articulo notavit Blomfield ad Aesch. Ag. p. 181. Adde Phil. 283. Ad seqq. Erf. in marg. cft. Aesch. Theb. 684 et Mich. Apostolium p. 121 *θυμὸς ἔσχατον γηράσκει*. Add. Eur. Alcest. 940.

τῆς μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλγος ἅψεται ποτε.

Aeschyl. ap. Stob. Serm. CXXI.

ἄλγος δ᾽ οὐδὲν ἅπτεται νεκροῖς.

Soph. El. 1170. *τοὺς γὰρ θανόντας οὐχ ὁρῶ λυπουμένους*. Blomf. ap. Monk. ad Eur. Alc. 958. *Hell.*

V. 955. *κεἰ δίκαι᾽ ὅμως λέγω* h. e. *κεἰ δίκαια λέγω*,

ὅμως. Wunderl. Obss. p. 129. — Vid. ad v. 1599 (1610) et 1655 (1666) Monk. ad Alcest. 957. Blomf. ad Pers. 500. Elms. Mus. cr. [ad Soph. Ai. 15] I p. 351. Herm. ad Ai. 15.

V. 956. λῆμ' ἀναιδές. Hinc quoque scholiastae lectio in Aesch. Theb. 448. αἶθον τέτακται λῆμα pro αἴθων firmatur, cuius in gratiam Blomf. comparat Eur. Iph. A. 1423. — τοῦ καθυβρίζειν δοκεῖς τόδε; id est κατὰ τίνος δοκεῖς ὑβρίζειν τόδε; *Brunck.*

V. 959. τοῦ σοῦ διῆκας στόματος. *per os tuum ire passus es.* Non nimium discrepat διαβάλλειν. Fons est Homericum φύγεν ἕρκος ὀδόντων. *Hell.*

V. 960. ἤνεγκον ἄκων *quarum autor insons fui.* Vid. ad 516 (521). *Doed.*

V. 961. τάχ' ἄν. Particulae ἐκ παραλλήλου positae: cave enim ἂν iungas participio μηνίουσιν. *Schaefer.* Illud Iacobsius quoque monuerat Exercit. p. 45. Elmsleius τάχ' οὖν proponit, coll. Phil. 505. Eur. Hec. 1247. Iph. T. 782. — μηνίουσιν. Priscam hanc formam Tragicos prae altera μηνιᾷν retinuisse docet Lobeck. ad Phryn. p. 82. *Hell.*

V. 962. αὑτὸν, id est ἐμαυτόν. Vide notam ad v. 849 (853). *Brunck.*

V. 963, 964. ἀνθ' ὅτου. Vexavit interpp. breviloquentia. Sensus est: *cuius ulciscendi caussa factum (a diis iratis) est, ut talia adversus me meosque committerem sc. scelera,* non ut Brunckius, *flagitia,* quae vox ne λέχει μητρῴῳ quidem par est. Aliena sunt, quae Winsh. adfert: *non invenies in me aliquod probro dignum facinus, quod vel contra me, vel contra meos commiserim. Hell.* ἀνθ' ὅτου

est *praeterquam quod*, per attractionem pro ἀντὶ τούτου, ὅτι positum, uti οὕνεκα, *quia*, non ex οὗ ἕνεκα, (quod foret *quamobrem*) sed ex τούτου ἕνεκα, ὃ seu ὅτι ortum est. Οὐδὲν est pro οὐδὲν ἄλλο, et ἀντὶ pro ἤ, ut Trach. 577.

ὥςτε μήτιν' εἰςιδὼν
στέρξαι γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.

Ant. 182. Aesch. Prom. 467.

θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ
λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.

Hesiod. Theog. 892. Sed „ἄλλο seq. ἤ interdum apud „Graecos omitti ut *aliud* apud Latinos satis notum est," quae est nota Bremii ad Aeschin. Tim. p. 46. καὶ ἔγωγε οὐκ ἂν ὤκνησα αὐτὸν οὐδὲν αἰτιᾶσθαι, ἢ ὅπερ ὁ νομοθέτης παῤῥησιάζεται, ἡταιρηκέναι μόνον. Quod sequitur εἰς ἐμαυτόν cave de *oculis effossis* intelligas, sed finge ita scriptum esse: τάδε εἰς τοὺς ἐμοὺς, τούτεστιν εἰς ἐμαυτὸν ἡμάρτανον. Satis enim constat, verba αὐτοκτονεῖν et similia ad *parentum, fratrum, liberorum* caedes transferri, ut Ai. 841. Ant. 57. (quod non de *mutua* caede interpretor) Aesch. Eum. 330. Eur. Med. 1250. Sed maxime huc pertinet locus Herodoti III, 49 de Corinthiis et Corcyraeis: νῦν δὲ ἀεὶ, ἐπεί τε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι, ἐόντες ἑωυτοῖσι, quem locum et vindicavi et illustravi in libro: Philol. Beitr. aus der Schweiz, p. 250 not. *Doed.*

V. 965. τοῦτο non ad πρὸς παίδων θανεῖν, verum ad θέσφατον referendum esse, probant vss. 968, 969 (973, 974) (τότε). Oraculum quidem non exprobraverat Creon, nec poterat, si sanae mentis esset: nihilo secius talis stultitiae eum insimulat Oedipus,

tanquam ipsum facinus sine oraculo, sola facinoris caussa et quasi forte, ne cogitari quidem possit. *Hell.*

V. 966. παίδων pro singulari, ut saepe. In Oed. T. 713. ὡς αὐτὸν ἥξει μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν verum fortasse est, quod MS. Aug. b. praebet: πρὸς παίδων, quanquam v. 722 in πρὸς παιδὸς omnes MS. conspirant. Vid. Ernest. ad Tac. Ann. II, 57, praecipue Gell. N. A. III, 13. *Doed.*

V. 968. ὅς οὔ τι βλάστας πω. Aldus ὅς οὔτε βλάστας πῶς. In solo B. πως sine accentu scriptum. οὔ τι πω scribi debuit, ut 1364 (1370.) haud infrequens est haec particularum aggregatio. *Brunck.* οὔτε τι. Brunck. οὔ τι. V. quae congessi ad L. Bos. Ellips. p. 229. In Oppiani Halieut. V. in. revoca antiquam scripturam: ὡς οὐδὲν μερόπεσσιν ἀμήχανον, οὔτ' ἐνὶ γαίῃ Μητρὶ καμεῖν, οὐ κόλπον ἀν' εὐρώεντα θαλάσσης. Ioannes Chrysostomus Orat. II in laud. Pauli Apost. pag. XXXVIII Valcken. καὶ οὔτε σώματος ἀσθένειαν, οὐ πραγμάτων περίστασιν, οὐ φύσεως τυραννίδα, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ᾐτιάσατο. Add. Theocrit. Idyll. XV v. 137 sqq. *Schaefer.* Elmsl. ad Heracl. 615. Med. 1316. Haud scio, an hoc graecismo vindicandus etiam Taciti locus sit in Ann. I, 32. *quod neque disiecti, nil paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent;* ubi nunc ex coniectura *nec paucorum* legitur. *Doed.*

V. 970. φανεὶς opponitur voci ἀγέννητος, ut viderunt Winsh. et Brunckius. Additur ὡς ἐγὼ φάνην, quod in Grotii (Excerpt. p. 100) modum verterim: *ut sane natus sum.* Reisigius iis, quae ad 266 (273) adlata sunt, exemplis hoc quoque adnumeratum voluit. At nostro loco nihil silentio praeteri-

tur, nihil coniectura divinandum relinquitur: diserte omnia exponit et vox *δύστηνος*, et sequens versus. *Hell.* Sensus est: *Sin constat, fati me iniquitate adactum, non consilii pravitate, sicut sane constat, manus conseruisse cum patre. Doed.*

V. 972. *μηδὲν ξυνιεὶς, ὧν ἔδρων, εἰς οὓς τ' ἔδρων.* Winshem.: *ignarus et quid facerem et contra quem.* Pariter Brunckius: *nec quod facinus admitterem, nec in quem, sciens.* Ita autem quaeritur, quid sibi velit prius membrum *ὧν ἔδρων*, et quomodo differat ab altero? Nesciveritne Oedipus, homicidium se facere, quum ignotum occideret? An nefas ex antiqua opinione fuerit inculpata, quam dicunt, tutela; et si fuerit, poteratne hoc Oedipus ignorare? An dicere vult, non consulto interfecisse se Laium, sed imprudenter hoc esse factum, ut in tumultu et pugna? Horum quodvis quum omni verisimilitudini careat, ab utroque interprete temere duplicatam copulam esse patet, quum *εἰς οὓς τε* non nisi epexegesis sit pronominis *ὧν*, ut v. 551 (555) *σὲ καὶ τὸ δύστηνον κάρα.* *Hell.*

V. 973. *ἄκον ἀκούσιον Σοφ. Οἰδ. Τυρ.* Hesych. quem recte vel ipsum memoria falli in citanda fabula adnotant vel a librariis corruptum esse. Talibus fere glossis nixi, ni fallor, statuerunt quidam (e gr. Haackius ad Thuc. III, 31) *ἄκων* de *hominibus*, *ἀκούσιος* de *rebus* dici; *ἄκων φονεύς, ἀκούσιος φόνος.* Utut est, migrant prope saepius quam observant hanc legem Attici. Sic *ἀκόντων ἔργων* supra v. 232 (240), *ἑκόντα κακά* Oed. T. 1261, *ξύμμαχοι ἑκούσιοι γιγνόμενοι* Thuc. I, 32 coll. VI, 44. Sed prae caeteris lusit illi praecepto Soph. Phil. 617. *ἑκούσιον λαβών, εἰ μὴ θέλοι δ' ἄκοντα.* *Doed.* De duplici

γε ne sis sollicitus, nam „prius vim addit particulae „πῶς, alterum adiectivo τὸ ἄκον, *quomodo tandem* „*rem, quae quidem non consulto facta sit, vituperare* „*queas?*“ Matthiae ad Eur. Med. v. 125. Add. Lob. ad Ai. pag. 302. Erf. ad Ant. 743. Herm. ad Ai. 1318. et nuperrime ad Phil. 440. „πῶς γ' ἂν i. e. „οὐδαμῶς γ' ἂν τό γ' ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις: „particulae γὲ eadem ratione bis posita, qua ἂν bis „posita est.“ Reisigius τόδ' ἄκον, Elmsleius πῶς ἂν legendo prius γε sustulerunt. *Hell.*

V. 976. οἵους ἐρῶ τάχα. Per exclamationem haec dicta: *Quales modo nuptias memorabo!* Soph. Ai. 222. οἵαν ἐδήλωσας . . . . ἀγγελίαν. *Doed.*

V. 977. στόμα hîc *sermonem* significat. Vide ad Oed. T. 426. *Brunck.* — στόμα, *sermonem.* Vid. supra v. 131 (130) (132) Ai. 1129 (1110). *Musgr.* De h. l. adsentior: non adsentior de Aiacis l. ubi propria significatio haud minus obtinet, quam supra v. 959 (965). *Hell.*

V. 978. ἔτικτε γάρ. Brunckiana versione *peperit* vereor ne importunitas quaedam vel saltem ambiguitas sensus subnascatur, quod, dum pariat, inscia dicatur inscium peperisse. Debebat potius: *pepererat* me sive *mater mea ignara ignari erat;* nam τίκτειν constat, ut θνήσκειν, ὄλλυσθαι, οἴχεσθαι, κλύειν, ἀκούειν, saepe perfecti potestatem induere. Hom. Iliad. XVI, 40. γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα. El. 770. δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστί, quod recte non de *doloribus puerperarum*, sed de *insito matribus amore liberorum* accepit Brunckius. cf. v. 355 (342). Eur. Iph. T. 1285 [Seidl.] Andr. 9. *Doed.*

V. 979. οὐκ εἰδότ', qui nihil prorsus scirem ideoque innocentissimus essem (cf. 967 — 969 (971 — 973)). οὐκ εἰδυῖα, quae nesciret, puerum sibi olim tanto dedecori atque sceleri fore. Illud si vellet poeta, etiam in sqq., ni fallor, non τεκοῦσα, sed τίκτουσα scripsisset. *Hell.*

V. 981. ἀλλ' ἕν γ' ἄρ' οὖν. Minus bene vulgo ἓν γὰρ οὖν. In his particulis scribendis saepe peccarunt librarii. *Brunck.* Vid. Porson. ad Eur. Med. v. 585 et Heind. ad Plat. IV, p. 421. Ipsum Brunckii γ' ἄρ', saepius substitutum, graecum esse dubitat Lobeck. ad Ai. 534. *Hell.*

V. 982. δυσστομεῖν. Perperam impressi διστομεῖν. Codd. minus bene δυστομεῖν. Scribendum δυσστομεῖν, ut δυσσεβὲς, δύσσειστον, aliaque similis compositionis. *Brunck.* δυστομεῖν. Canteri coniectura est, licet ita iam antea dedisset ed. Flor. Vulgo διστομεῖν, quod nullum hic locum habet. *Musgr.* Notandus est infinitivus pro participio post εἰδέναι. Exempla quaedam adtulit Matth. Gr. §. 550 p. 795, quibus adde sis Phil. 1329. ἴσθι μήποτ' ἐντυχεῖν. Dubia scriptura est in Ant. 469. ἀλλ' ἴσθι τοι, τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα Πίπτειν μάλιστα ubi quidam MSS. πίπτει. Et Thuc. II, 40. ὁ δ' ἀντοφείλων ἀμβλύτερος, εἰδὼς οὐκ ἐς χάριν, ἀλλ' ἐς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων, all. ἀποδώσειν. De discrimine harum constructionum, si quod est, acutiores videant. *Doed.*

V. 985. αἰέν. At semel tantum hoc obiecerat Creon, et uno quidem voc. v. 940., πατροκτόνον. Quid ergo? Exaggeratio est oratoria, acerbe facta. *Reisigius.* ἐμφέρεις pro προφέρεις dictum notavit Abresch. ad Aesch. I, 392. Nos *herbringen.* *Hell.*

V. 989. *κτείναι. occidere vellet.* Aiac. v. 1126. *δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν, κτείναντά με;* quod, more apud Graecos pervulgato dictum, non erat cur Teucer cavillaretur. *Schaefer.* Brunck. ad Oed. T. 1454. Wakef. ad Herc. F. 508. Elmsl. ad Heracl. 1003. Praeiverat iam Hom. Od. XVI, 431.

τοῦ νῦν οἶκον ἄτιμον ἔχεις, μνᾷ δὲ γυναῖκα,
παῖδά τ' ἀποκτείνεις, ἐμέ τε μεγάλως ἀκαχίζεις.

— *παραστάς* ad Homericum *οὖτα παραστάς.* Vid. ad v. 916. *Doed.* Ex Camerarii opinione potest etiam esse *pulset.*

V. 990. *πατήρ' σ' ὁ καίνων.* Notat hanc pronominis enclitici sedem Seidler. ad Eur. El. 262. *σ' ἡ τέκουσα.* Add. *τίς δέ σ' ὁ φύσας* ex Hom. Batrach. 13. Similia reperies ap. Herm. ad Ai. 1007. *Doed.*

V. 991. *δοκῶ.* H. l. ceteris praeponitur. V. Adnotat. ad Theocrit. p. 220. Sic *οἶμαι*, vulgo intersertum, passim praemittitur. Apollonius Rhodius III, v. 479 s. *τὴν εἴ κεν πεπίθοιμεν, ὀΐομαι, οὐκέτι τάρβος Ἔσσετ' ἀεθλεύοντι δαμήμεναι.* Idem monendum de verbo *οἶδα*, cuius praemissi ceterae orationi exemplum vide infra v. 1191 (1197). *Schaef.* Vid. El. 61, 557. Eur. Alc. 798, 811. Heind. ad Horat. Sat. I, 3, v. 53 p. 71 et Bremi Philolog. Beitr. p. 221, qui ironicum huius constructionis animadvertit colorem. *Immo* verti posse Hermannus docet ad Eur. Suppl. p. 57. — *φιλοῖς* corrigit Erf. in marg. *Hell.*

V. 994. *θεῶν ἀγόντων. diis impellentibus.* Vid. Ant. 620. Valcken. ad Eur. Hippol. 1435. *Hell.*

V. 994, 995. Si *οἷς* ad *θεῶν* referas, sensus est: *quorum supremae voluntati ne patris quidem anima,*

si revivisceret, resistere auderet; si ad τοιαῦτα κακά, sensus erit: *ea, quae* πεπονθὼς *feci* (vel εἰσέβην κακά) *facinora igitur, ne pater quidem verbis impugnaturus esset.* Rectius tamen generatim ad orationem refertur, *his quae* modo excusandi mei caussa *dixi, ne pater quidem haberet, quae contraria diceret.* Sic etiam commodius additur ἐμοί, quamquam vid. ad 1508, 1509 (1518, 1519). *Hell.*

V. 996, 997. ἅπαν καλὸν λέγειν νομίζων, *existimans quidvis dictu honestum esse. Musgr.* Sic Brunckius quoque. cf. 751, 758 et 803 (761, 762 et 807). Sensus, propter sequentia, hic esse videtur: *nec turpia proferre dubitas.* — ῥητὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος. Demosth. Mid. p. 540, 8. ed. Reisk. πάντας ἡμᾶς ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα κακὰ ἐξεῖπεν. Dionys. Halic. Archaeol. XI, 38. ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα κατ' αὐτοῦ λέγουσι. Alio sensu ῥητοί τ' ἄῤῥητοί τε, Hesiod. Opp. 4. Hor. Ep. I, 7, 72. *dicenda tacenda locutus.* Virg. Aen. 595, 596. *digna atque indigna relatu Vociferans.* Huc etiam locutionem *fanda atque nefanda* [s. *infanda*] trahunt, qua tamen nec Virg. Aen. I, 543 neque Catull. LXIV, 406 hoc sensu usus est. In his omnibus autem pleonasmus haud dissimilis ei, de quo memoratum est ad v. 796 (792), nam nec *dicendorum* nec *fandorum* proprie ratio habetur: adiiciuntur ea fere non nisi ornatus causa *tacendis nefandisque.* Qua in re haesisse video Benedictum, V. D. *Hell.*

V. 998. τοιαῦτ' ὀνειδίζεις. Erf. in marg. cft. Eur. Andr. 659. Aristoph. Nubb. 572. Respice inprimis ad vv. 940—945 (944—949) — ἐναντίον, *coram* vid. Brunck. ad Eur. Andr. 952. cf. Iliad. I, 534.

Magnam in hoc inesse vim, nemo non sentit; itaque frustra Ioh. Fosterus *ἀναίτιον*. *Hell.*

V. 999. *ὄνομα* periphrasi inservit. vid. Musgr. et Seidl. ad Eur. Iph. T. v. 875. Schwenck ad Aesch. Eum. 9. *Hell.*

V. 1000. *κατῴκηνται καλῶς*, non vertendum, ut Winshemius voluit, *pulchre sit habitata*, neque ut Brunckius, *praeclaris habitetur incolis*, sed recte solus cepit Vauvillersius, *sint legibus institutae bonis*, s. *bene administrentur*. Sic infra 1525 (1535) *εὖ τις οἰκῇ*. cf. Eur. Andr. 572. Bothius haec per interrogationem enunciavit. *Hell.* Comma tantum post *καλῶς* posuimus; nam verba *καί σοι τὸ Θησέως* usque ad *κατῴκηνται καλῶς* ad sensum protasin efficiunt eorum, quae sequuntur, quasi scriptum sit: *τὸ Θησέως ὄνομα θωπεῦσαι καλὸν νομίζων, καὶ τὰς Ἀθήνας, ὡς κατῴκηνται καλῶς, εἶτα τοῦδ' ἐκλανθάνει* etc. Similia vide in Actt. Monn. I, p. 47. Spec. Soph. p. 24. Aesch. Pers. 382.

καὶ νὺξ ἐχώρει, κοὐ μάλ' Ἑλλήνων στρατὸς
κρυφαῖον ἔκπλουν οὐδαμῇ καθίστατο.

καλόν sive *ἐν καλῷ* h. e. *καιρός ἐστι* vel *δοκεῖ*. Buttm. ad Phil. 1155. Copula legitime omittitur; cf. 1196 (1202). El. 384. *Doed.*

V. 1001. *κᾆθ' ὧδε* et tamen, ut in Oed. T. 1023.

κᾆθ' ὧδ' ἀπ' ἄλλης χειρὸς ἔστερξεν μέγα;

Frustra Bothius *καθ' ὧν, ἤγουν, ὡς κατῴκηνται καλῶς*. *Doed.*

V. 1003. *τιμαῖς σεβίζειν*. Sic recte Turnebus. Codd. et Aldus *τιμάς* — *ἥδε τοῦθ' ὑπερφέρει*. Sic

membr. a prima manu. Vulgo τοῦδ' perperam. ὑπερφέρειν construitur cum dativo rei, qua quis alios antecellit, vel cum accusativo adiuncta, vel subaudita, ut hîc, praepositione κατά. ὑπερφέρει κατὰ τοῦτο. Mendose in Aldina εἰ δὲ τοῦδ' — *Brunck.* Non intelligo cur Reisigius aperte, Elmsleius per ironiam si quid video, deterreant a participio vulgatae sustinendo. Confusa dictio est ex τοὺς θεοὺς τιμαῖς σεβίζειν, (quae et legitima constructio est et legitur in Aristoph. Thesmoph. 134 Inv. Φοῖβον ἄγαλλε τιμᾷ quem locum attulit Reisigius) et ex τῶν θεῶν vel τοῖς θεοῖς τιμὰς σεβίζειν ut Pind. Ol. XIV, 43.

ἀέναον σέβοντι πατρὸς Ὀλυμπίοιο τιμάν.

Eur. Hel. 1357. θυσίας οὐ σεβίζουσα θεοῖς. Vid. ad λιτὰς ἐκτείνειν v. 499. De talibus constructionum confusionibus non est quod post Hermannum multis agamus; vid. Schaefer. ad v. 270. Unum addam ob locutionis similitudinem, Aesch. Eum. 898. τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ πρεπτῶν ἀγώνων . . . τιμᾶν h. e. ἔντιμον ποιεῖσθαι. *Doed.*

V. 1008. ἀρωγούς. Legere potest, si quis homoeoteleuton vitandum putat, ἀρωγὰς ab ἀρωγή. Vid. ad Oed. T. 1279 [1248]. *Musgr.* Schema ἐκ παραλλήλου offendit Reisigium, Blomfieldiumque ad Aesch. Pers. p. 160, ξυμμάχους τε probantes. Sed Elmsleius comparat Eur. Rhes. 637. Ἐγὼ δὲ τῷδε σύμμαχος Κύπρις Δοκοῦσ' ἀρωγὸς ἐν πόνοις παραστατεῖν. Nec abhorret ἀρωγὰ προσταθέντα βέλεα in Oed. T. 206. *Doed.*

V. 1011. ἀμυνάθειν Graecum esse negans, ἀμυναθεῖν aoristum scribi iubet Elmsleius, coll. ad Med. 186.

V. 1012. ἐξηρπασμένοι medii perfectum est, (vid. Matth. Gr. p. 493) non passivi. Antonin. Lib. cap. 41. αὕτη, συνεχῶς ἐκ τοῦ Τευμησσοῦ κατιοῦσα πολλάκις τοὺς Καδμείους ἡ ρ π ά ζ ε τ ο. Quantopere placuerint Sophocli mediae formae pro activis, ostendit Erf. ad Oed. T. 1014. Et cum rara sunt apud poëtas Atticos perfecta ἥρπαχα, similia, tum senario inhabilis forma ἐξηρπαχότες. Elmsleius autem cum scriberet: „οἱ ἐξηρπασμένοι sunt Antigone et Ismene. Herm. „ad Vig. n. 50.“ primum non meminit, masculinum pro feminino tum demum poni, cum de una muliere agatur. „contra ubi de pluribus mulieribus „sermo est, ita ut viri non debeant intelligi, femi„ninum genus usurpatur.“ Herm. ad Vig. l. l. Deinde parum adtendit ad antithesin οἱ παθόντες. Postremum demonstrare omisit, quo iure ii, qui vi trahuntur, σπεύδειν dici possent. *Doed.*

V. 1014. ἀμαυρῷ pro Turnebiana scriptura, quam tuetur Brunckius „ἀφαυρῷ i. e. ἀσθενεῖ“ restituimus, ut ἀμαυραῖς χερσὶ infra v. 1628 (1639). Nam etiam ἀμαυρὸς cum proprie esset *non splendidus*, οὐ μαρμαίρων, plane in *tenuitatis* vel *infirmitatis* notionem abiit; unde γ ή ρ ᾳ δὲ τρομερὰ γυῖα κ ἀ μ α υ ρ ὸ ν σθένος Eur. Herc. F. 231. In Aesch. Choeph. 157 ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός, ad Agamemnonem illud quidem referendum, sapit Homericum νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα. *Tenuis* autem ideo dicitur Creon, quia copiis desertus est, ut recte adnotavit Reisigius coll. σμικρός v. 954 (958) et βραχύς v. 876 (880). Addere poterat βαιός ex Oed. T. 750. *Doed.*

V. 1015. τῆς ἐκεῖ. Bothius edidit τῆς γε δεῖ, „nam nesciebat Theseus, quo abductae essent puel„lae.“ Sed δεικτικῶς quasi et cum emphasi dicitur

eo, sc. quocunque abduxerit. *Hell.* Caeterum ἐκεῖ notandum, quod aperte pro ἐκεῖσε positum est. Vid. Spec. Soph. p. 44. Iacobs in Actt. Monacc. T. I, p. 294. Herodot. VII, 147. καὶ ἡμεῖς ἐκεῖ πλέομεν. Thuc. III, 71. τοὺς ἐκεῖ καταπεφευγότας. *Doed.*

Ibid. πομπὸν δ' ἐμοὶ — Hanc scripturam sensus manifesto flagitat. Male in libris nostris πομπὸν δέ με. *Brunck. Ut viam, qua puellae abductae sunt, praeeundo monstres: ego vero tibi comes esse volo.* Cf. supra v. 719 (723). Hom. Iliad. XIII, 416. III, 88 et 90. *Schaef.* Sensum hunc utique inesse credo, sed explicandi duae sunt viae. Poteris sane θέλω mutuari ex praec. προςτάσσεις vel προςτάσσω. At videndum, an non potius concinnitatis gratia id quod animo conceperat, πομπὸς δ' ἐγὼ χωρήσομαι, poeta maluerit ἐκ παραλλήλου ponere infinitivo κατάρχειν, nexu ratus satis illustrari sententiam, etiamsi non ad praesectum unguem castigarit constructionem. Simillime Phil. 1395.

ὡς ῥᾷστ' ἐμοὶ μὲν τῶν λόγων λῆξαι, σὲ δὲ
ζῆν ὥςπερ ἤδη ζῇς, ἄνευ σωτηρίας.

quo loco sensus exigit: σὺ δὲ βιώσει. Thuc. V, 111. καὶ οὐκ ἀπρεπὲς νομιεῖτε πόλεώς τε τῆς μεγίστης ἡσσᾶσθαι . . καὶ . . . μὴ τὰ χείρω φιλονεικῆσαι pro: καὶ οὐ τὰ χείρω φιλονεικήσετε. Verbali adiectivo ἐμὲ additum esse pro ἐμοῦ statuit cum Erfurdtio ad Trach. 615 Reisigius coll. Ant. 788 σε φύξιμος et Trach. 554 λυτήριον λύπημα. Addere praecipue debebat χοὰς πρόπομπος in Aesch. Choeph. 21. Vid. Herm. ad Vig. p. 895. Sed recte Elmsleius monuit, haec ratio si vera esset, dicere potuisse Sophoclem: ὁδοῦ κάταρχε τῆς ἐκεῖ, πομπὸς δέ με χώρει. *Doed.*

V. 1017. τὰς παῖδας ἡμῶν Oedipi filias a suo in eas studio vocat Theseus, quippe quas haud segnius tueatur, quam si suae sint filiae. Hanc orationis elegantiam extenuat Elmsleius ad Eur. Bacch. 217 ἡμῖν suadens; prorsus delet Bothius ἦ μὴν reponens. Similiter nostro loco Tecmessa loquitur Ai. 260. Interdum urbanitatis tantum caussa usurpatur hoc loquendi genus, sic Nestor Iliad. I, 260.

καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ἡμῖν (all. ὑμῖν)
Ἀνδράσιν ὡμίλησα.

Tautiaplus Thuc. III, 50. Ἀλκίδα, καὶ ὅσοι πάρεσμεν ἄρχοντες. *Hell.* Praecipue huc pertinet Ai. 1311, ubi Teucer de *Helena* cum *Agamemnone* colloquens: τῆς σῆς ὑπὲρ Γυναικὸς, ἢ τοῦ σοῦ 'νθομαίμονος (vid. ad v. 1192) λέγω. G. Schneider ad Trach. 143 ἡμῶν cum ἐν τόποισι coniungendum esse arbitratur. *Doed.*

V. 1018. ἐγκρατεῖς *raptores* sunt Brunckio. Sed haec vox supplenda potius in subiecti locum, ἐγκρατεῖς autem pro parte praedicati habendum: *si illi virginum potentes* i. e. *una cum virginibus* fugiunt; ut τόξων ἐγκρατής Phil. 75. Consentit Elmsleius. *Doed.* Ad virgines referunt Winsh. et Burton.: hic reciproca significatione *iam liberae* [i. e. *sui potentes*], passiva ille, *in manibus aliorum* interpretans. Equidem Bothium sequor: *contentis viribus*, ut sit pro ἐγκρατῶς — Pro οὐδὲν Porsonus ad Hec. Praef. p. XXXVII legi vult: οὐδ' ἕν. *Hell.*

V. 1019, 1020. οὐ μήποτε ἐπεύξονται. Sic legendum ad linguae normam. οὐ μὴ, quod saepe observavimus, cum futuro indicativo formae activae vel mediae construitur. In B. T. ἐπεύξωνται a secunda

manu: a prima, ut in membr. et apud Aldum ἐπεύχονται, peiori menda: nam nihil tam apertum est, quam futurum tempus hîc requiri. Eadem fere sententia mulier in Comici Thesmoph. 710 Mnesilocho ait:

ἀλλ' οὔθ' ἥξεις ὅθεν ἥκεις,
φαύλως τ' ἀποδρὰς οὐ λέξεις
οἷον δράσας διέδυς ἔργον.

Brunck. ἐπεύχωνται, *insultent, irrideant. Nunquam fiet, ut terrae huiusce diis irrideant. Musgr.* Spaldingius apud Heind. ad Plat. Protag. p. 341 correxit:

ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες, οὓς οὐ μήποτε
χώρας φυγόντες τῆσδε φεύξονται θεούς,

probante Solgero, h. s. *Si iamiam aufugerunt ex finibus, nil amplius opus, alii enim* [scil. dii] *etiamsi ex nostra potestate aufugerint, nostra vice auxilium vel ultionem administrabunt, quam haud sane effugient.* Qua in ratione Solgero, ut erat vir elegantissimus, illud displicuit aliquantulum, quod regis animus, quasi Christiani hominis ad exemplum formatus esset, res gerendas diis commendare satius haberet, quam sua manu peragere. Recte fere Musgravius. Per οἱ σπεύδοντες Thesei satellites vel armati Athenienses intelligendi. Bifariam enim auguratur de captis virginibus Theseus, ut eas aut in aliquo circum loco attineri atque occultari putet, donec Creon, suae periculo captivitatis vacuus, pergendi et finibus Atticis egrediendi signum daturus sit, aut, non exspectato Creontis adventu, iam nunc continua fuga trahi ab satellitibus. Hoc posterius si verum sit, τοῖς σπεύδουσιν hostibus [v. 1013 (1017)] iam versu 896 (900) edocti sumus, quale ἀπ' ἄλλων

σπευδόντων periculum instet. Sin prope substiterint raptores, Creon ipse iubetur viam praeire, quae ducat ad locum istum. Sed *χώρας τῆςδε* unde pendeat, quaeri potest. Quodsi coniungis cum *φυγόντες*, coll. Buttm. ad Phil. 613. Herm. ad Ant. 489, nihil grammatica intercedit; nam et *φεύγειν τινὰ ἐκ* recte dicitur, (ut Ant. 408 *ὀσμὴν ἀπ᾿ αὐτοῦ, μὴ βάλῃ, πεφευγότες* et quem locum laudat Erf. in marg. Eur. Or. 1520. *ποῦ 'στὶν οὗτος, ὃς πέφευγε τοὐμὸν ἐκ δόμων ξίφος;*) et *ἐπεύχεσθαι θεοῖς* preces indicat sive *flagitantium* aliquid sive *gratias agentium*. Elmsleius: „*ἐπεύχεσθαι* est *gratias agere*, ut *εὔχεσθαι* ap. Eur. „El. 761." Favetque huic rationi et ordo verborum. Contra Reisig. Coni. Aristoph. I p. 298 *χώρας τῆςδε θεοῖς* connectit, dativum explicans: *adversus deos* sive *irridentes huiusce terrae deos*, coll. *mihi etiam gloriabitur* ex Cic. Pis. §. 2. Quae interpretatio ideo aptior est, quod non semel auxilium Furiarum et ab Oedipi vel filiabus et a Choro fuerat imploratum; vid. 451, 861. Patet inde, *οὐδὲν δεῖ πονεῖν* quod praecessit, non de *solertia* vel *industria*, sed de *sollicitudine* esse intelligendum. *Sin in fuga sunt, ne ita quidem angi nos oportet.* Denique restat aliquid difficultatis ab intt. nec explicatum nec notatum. Quippe *ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες* non potest solvi in *ἄλλοι γὰρ σπεύδουσιν*, *alii sunt, qui festinent*, (quoniam praedicato in huiusmodi enunciationibus articulus nullo modo convenit) sed in *οὗτοι γὰρ, οἳ σπεύδουσιν, εἰσὶν ἄλλοι*, *ii qui festinant, alii sunt*, ut *οἱ σπεύδοντες* potius subiecti locum occupet, *ἄλλοι* praedicati. Ita quum *ἄλλοι* prorsus langueat, olim *πολλοὶ* coniеci, in quod idem etiam Iacobsium incidisse video. Sed *ἄλλοι*, ni fallor, est pro *ἀλλοῖοι* dictum, cum ironia quadam pronunciatum: *quos ego σπεύδειν iussi, ii pernicitate longe praestant;* persequitur enim

eques peditem. Cuius significatus etsi Graecum exemplum, nisi quis forte Ev. Ioh. V, 32. *ἄλλος γάρ ἐστιν ὁ μαρτυρῶν*, huc trahere volet, non est in promptu, tamen sufficere puto rei probandae, vel quod *ἄλλος* pro *ἀλλότριος* legitur in Oed. T. 231, vel *πάντες* pro *παντοῖοι* (Herm. ad Vig. p. 728) vel quod et nos dicimus: *das sind ganz andere Leute!* Et *alius* ita explicandum videtur in Tac. Ann. III, 68. *Cn. Lentulus separanda Silani bona (quippe alia parente geniti) reddendaque filio dixit,* ut recte monuit Waltherus (Obss. ad Tac. p. 8, Stollberg. 1819) coll. Liv. XXXIV, 18. *Doed.* Simpliciorem rationem Winshemius et Brunckius praeiverunt, quam paullo fusius exposuisse haud ab re fuerit: *Etiamsi equis remis, ut aiunt, aufugerint, tamen minime solliciti esse debemus. Nam sunt et alii festinationis nec ipsi expertes* (equites scilicet Athenienses v. 595 (599)) *quos nunquam effugient.* Postremum hoc verbum, quod primariam continet notionem, sueto Graecorum, tragicorum inprimis, more in participium abiit, cedens alteri, quod secundariam rem significat, quamvis haud prorsus levem: gratia enim, diis tutoribus referenda, non sine magna dignitate commemoratur. *Hell.*

V. 1022. *καί σ' εἷλε θηρῶνθ' ἡ τύχη.* Suspiceris *ἡ Δίκη* potius scriptum a Sophocle fuisse, quandoquidem Iustitiae illud potius, quam Fortunae tribuere debebat Theseus. El. 518.

ἡ γὰρ Δίκη νιν εἷλεν, οὐκ ἐγὼ μόνη.

Eur. Heracl. 941.

ὦ μῖσος ἥκεις· εἷλέ σ' ἡ Δίκη χρόνῳ.

cum praesertim voces *δίκη* et *τύχη* saepe permuten-

tur; cf. Brunck ad Ant. 387. Sed τύχη cum proprie indicet *eventum poenae, lege propositae*, vel *vindictam*, hinc in Ultricis deae notionem transiit. In Aesch. Prom. 1095

τί πάθ' (vel τοῦδ') εὐτυχῆ τι χαλᾷ μανιῶν

haud scio an recte coniecerim:

εἴ γ' οὐδὲ τύχῃ τι χαλᾷ μανιῶν.

i. e. *quoniam ne ultioni quidem* (seu *ne nunc quidem, cum tamen certa ultio immineat*) *iras suas remittit*. Eur. El. 654, 896. Thuc. V, 104. πιστεύομεν τῇ μὲν τύχῃ ἐκ τοῦ θείου μὴ ἐλασσώσεσθαι, ὅτι ὅσιοι πρὸς οὐ δικαίους ἱστάμεθα, coll. c. 112. „Nam secundum veteres providae dei curae suberat etiam, „quae *Fors* dicebatur, sive *Fortuna*, *Τύχη*. Vid. „I. F. Gronov. ad Liv. I, 4." Sic Valck. ad Herodot. III, 153 pag. 275. Et cum ex Hor. Od. I, 28, 31

Fors et
Debita iura vicesque superbae
Te maneant ipsum.

lectio *Forsan* eiecta sit a Bentleio, nolim id quod substituit *Fors et* ita explicare, ut nihil aliud sit quam Forsan (vid. Heins. ad Val. Flacc. I, 488) sed de *vindicta* intelligere *Fortem*. Caeterum conf. Zoëga: Tyche und Nemesis (in Zoëgas Abhandl. ed. Welcker) et Ephr. Schmidt de notione fati apud Sophoclem. Lips. 1821. — θηρᾶν de diis ultoribus scelerum usitatum. Eur. Bacch. 888. Hell. 50. Matth. Animadv. ad Hom. Hymn. p. 127. *Doed.*

V. 1022, 1023. τὰ γὰρ δόλῳ . . . . . κτήματα i. q. κτηθέντα. Est figura ὑφ' ἕν, nisi quod adverbii vi-

cem sustinet casus nominis, saepissime genitivus, haud raro accusativus, uterque cum praepositione, minus frequenter dativus, isque absolutus, ut h. l. Aliud enim est Trach. 658. τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων, simile iis, quae Herm. ad Vig. p. 895 anacoluthis accenset. Plura collegit Stallbaum ad Plat. Euthyphr. p. 104. Erf. cft. Eur. Suppl. 1047. Ad sententiam Plautum laudat Burtonus Poen. IV, 2, 22. male partum male disperit. In μὴ δικαίῳ ICti sententiam, *dolo malo*, agnovit Reisigius. *Hell.*

V. 1024. εἰς τάδ᾽. Sic B. T. Alii εἰς τόδ᾽. Sensus est, si quid video, perspicuus, qualem eum in versione expressi: *neque alium habebis*, qui tibi opituletur, εἰς τάδε, *in peragendis his meis mandatis.* ἄλλον Gallicus interpres, eo quo est acumine, ad nomen δόλῳ refert in praecedenti gnome; quae relatio ut manifestior sit, coniicit legendum ἄλλο, sicque latine vertit: *non alium habebis dolum in hoc.* Euge, euge, lepide! laudo commentum tuum. *Brunck.* κοὐκ ἄλλον sc. δόλον ut recte Vauvill. δόλον ἔχειν i. q. δολοῦν, ut μομφὴν, βοὴν ἔχειν. (Herm. ad Vig. p. 753.) Unus enim Creontis dolus is fuerat, quod cum hostilia moliretur, sub amici specie fines Atticos intraverat et modo placidis iisque mendacibus verbis, modo vi usus Oedipum abstrahere conatus erat; iam vero altero dolo fore suspicatur Theseus, ut Thebani (haud aliter atque Argivi in scena simillima Eur. Heracl. 276 sq.) copias suas habeant expeditas, quae invadant Atticam non indicto bello. Eo igitur haec verba spectant, ut intelligat Creon, Athenienses quoque, sicuti v. 894 (898) imperatum erat, iam intentos paratosque esse ad bellum sustinendum. *Doed.* Ego sic locum intelligo: *Non alium* i. e. *Neminem eorum, quos tecum Thebis*

eduxisti, socium habebis ad perpetrandum, quod ausus es, facinus. Addicunt sequentia, ad quae incassum provocans Vauvillersius „Significat, inquit, „Theseus, nulli se hanc Creontis deductionem alii, „quam sibimet ipsi commissurum." Longius aberravit Burtonus interpretans *non aliam praeter hanc praedam obtinebis.* τόδε Reisig. praefert, quem vid. *Hell.*

V. 1027. πιστὸς id est πίσυνος, πεποιθώς. *Brunck.* Ut in Aesch. Prom. 916. Adde Porson. ad Eur. Hec. 1125. *Doed.*

V. 1030. νοεῖς τι τούτων; Hic cum seq. vers. haud scio an Choro aptius tribuatur; etenim cum aperte illa perstringantur, quae ludibrii causa Creon v. 854 (858) dixerat, minus bene Theseus, qui tunc absens fuerit, eorum quae tunc agebantur, gnarus inducitur; quanquam mutando textui neutiquam sufficit haec causa. — τι τούτων i. e. ταῦτα, urbana quadam Atticorum moderatione, quam euphemismis non male accensebis. Oed. T. 1140. λέγω τι τούτων ἢ οὐ λέγω πεπραγμένον; Ant. 35. Trach. 668. Eur. Hec. 715. Thuc. I, 83. καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν προΐδωμεν. coll. II, 35. Aesch. Eum. 468.

εἰ μή τι τῶνδ' ἔρξαιμι τοὺς μεταιτίους.

In eundem sensum *Hinc canere incipiam* explicat Vossius in Virg. Georg. I, 5. *Doed.*

V. 1031. ὅτε ταῦτ' ἐμηχανῶ. Tum enim nihil illorum pensi habuerat. Eadem vero consilia longe diversa apparent post res male peractas et in ipso agendi fervore. *Iacobs.*

V. 1032. *οὐδὲν σὺ μεμπτόν.* Tangit Creon ius fortioris. Frustra Burgessius mutat in *μεμπτὸς*, collato *πιστός* v. 1027 (1031). *Hell.*

V. 1036. *ἣν μὴ θάνω 'γὼ πρόσθεν.* Quare V. D. in Class. Iourn. 1813, 16, p. 402 scribi iusserit: *ἣν μὴ πάθω τι πρόσθεν*, non intelligo: *ἐγώ* non sine pondere additum a Theseo propterea, quod Oedipus *se ipsum* brevi moriturum esse vaticinatus erat. Vid. etiam v. 722. *Doed.*

V. 1041. *ἐπιστροφὴ* in re bellica dicitur, quoties exercitus vel cohors, conversione facta, versus hostem fertur. Plutarchus in Timoleonte: *πυκνὰς ἐξ ἐπιστροφῆς ποιεῖσθαι τὰς ἐπελάσεις.* Vol. I p. 249, D. Sic Trach. 575 (566) *χὠ Ζηνὸς εὐθὺς παῖς ἐπιστρέψας.* Proprie igitur hic adhibetur, ubi sermo est de Creontis satellitibus, quibus pugnaturis, ex fuga se convertere necesse erat. Confer Thucyd. II, 90. 91. *Musgr.* Argutatur Musgr. Est *commissio pugnae* simpliciter, ubi vir in virum conversus, aut in qua viri versantur; *ξενοτίμους ἐπιστροφὰς δωμάτων* dixit Aesch. Eumenid. 553. *Iacobs.* Vel *impetus hostiles*, opp. *ἀποστροφαί*, ut 532 (537) *μυρίων ἐπιστροφαὶ κακῶν*, quod male explicat Schol. Abresch. Anim. ad Aesch. p. 130. Sed *δωμάτων ἐπιστροφὰς* ex Aesch. Theb. 645 non bene comparat Blomf. ad h. l. p. 200. Gl. V. *λέγεται ἐπιστροφὴ καὶ ἡ φροντίς, ἐπιστροφαὶ πλῆθος.* *Doed.*

V. 1045. *Πυθίαις.* Intelligendus pagus Atticae *Πύθιον* dictus, quem Strabo ex Philochoro Megaricae ditionis terminum fuisse tradit p. 392, C. Eiusdem meminit Suidas v. *Παράλων.* Aliud est *Πύθιον* Apollinis templum sub Acropoli. — Plato pag.

522. *Musgr.* Apollinis Pythii templum prope Eleusinem situm intelligit K. O. Muellerus in Erschii et Gruberi Encycl. T. VI p. 224 s. art. *Attica*, scholiastam notans male commiscere Oenoen Hippothoontidem, quae ad fines Megaridis, cum Oenoe Aeantide, quae ad Marathonem adiacebat. — ἀκταῖς scil. βωμίαις, i. e. βωμοῖς. Vid. Erf. ad Oed. T. 184, qui comparat ἀκτὴ χώματος ex Aesch. Choeph. 718. *Doed.*

V. 1045. σεμνὰ τέλη. coniecturam Valck. ad Hippol. 25, insigni editorum consensu probatam, admisimus, olim Σεμναὶ restituendum rati. Sed Osannus ad Philem. Gramm. s. τελούμενοι p. 162 nomen τῶν Σεμνῶν θεῶν Eumenidibus apud Athenienses tam proprium fuisse iudicat, ut sine alienae interpretationis periculo de aliis deabus nuncupari vix posset. cf. Aristoph. Thesmoph. 230. Schol. ad Oed. Col. 42. *Doed.*

V. 1046. θνητοῖσιν ὧν. Brunckius ὧν tamquam ex κλῄς aptum ad deas retulit. Atqui non assequor, quid καὶ velit. Nos hunc in modum construimus: θνητοῖσιν, ὧν ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε χρυσέα προςπόλων Εὐμολπιδᾶν κλῄς. Descriptio haec est non dearum, sed eorum mortalium, qui initiati sunt Eumolpidarum ministerio. Eumolpidae enim, dearum ministri, silentium imponebant iis, qui initiabantur; quod ideo monuerim, ne quis per προςπόλους cum Schol. *initiatos* quam *initiantes* intelligere malit. — ὧν καὶ i. e. ὧν καὶ αὐτῶν ὥςπερ καὶ ἐπὶ τῶν Εὐμολπιδῶν τῇ γλώσσῃ. Rarus hic usus atque haec sedes particulae καὶ et quae congruat cum nostro *auch* ita postposito nomini suo, ut intendatur voce et ictum sumat; veluti nos dicimus vel: *das weiss auch ich*, vel: *das weiss ich aúch.* Hom. Iliad. XX, 165

λέων ὥς,
σίντης, ὄντε καὶ ἄνδρες ἀποκτάμεναι μεμάασιν.

h. e. *ceu leo, quem, ut caedem ediderat* (ἐσίνετο), *iam et ipsum caedere cupiunt homines.* Thuc. II, 32. χαλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπεῖν, ἐν ᾧ μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιοῦται, h. e. ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ μόλις sive: ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ, μόλις, *quod et ipsum etiamsi contigerit, tamen aegre fidem habet.* Fugit hic usus passim viros doctissimos, velut Soph. El. 1251 ἔξοιδα καὶ ταῦτα, Hermannus ἔξοιδα, ναί, ταῦτα edidit, et Phil. 81

ἔξοιδα καὶ φύσει σε μὴ πεφυκότα
τοιαῦτα πράσσειν.

Gernhardus olim ἔξοιδα μὲν, Erfurdtius favente Buttmanno ναὶ substituit. Denique haud scio an huc pertineat Liv. V, 3. Tribuni militum *tanquam artifices improbi, opus quaerunt; qui et semper aegri aliquid esse in rep. volunt.* in quibus perperam artifices, non tribunos intelligunt per relativum quidam interpretes. *Doed.* — χρυσέα. Erfurdtius χαλκέα margini adscripsit, nescio qua ductus ratione, quum, quae ad deos pertinent, nullo fere discrimine aurea dicantur. *Κλεῖς* Blomf. ad Aesch. Ag. 35. p. 153, ubi ceteros quoque adeas interpp. *Hell.*

V. 1049. τὸν ἐγρεμάχαν. Diversa lectio scholiastae memorata τὸν ὀρειβάταν, est in membr. et in Aldina editione. *Brunck.* Desperat de h. l. Herm. Ell. p. 550. Corruptelam variae lectionis ratio ac natura prodit. Lachmann. Chor. p. 171 ἔνθ' οἶμαι τὸν Ἄρεα μαχατάν. Pallas ἐγρεμάχη ex Hom. Hymn. in Cer. 424 laudatur Reisigio.

V. 1050. καὶ τὰς etc. Virgines, hostium adhuc

quidem praeda, ponuntur pro hostibus ipsis, cum quibus certamina mixturus sit Theseus. Vix enim bifariam dictum putes βοᾷ, ut Thesei quidem et Atheniensium ἀϋτήν, puellarum autem ὀλολυγμὸν indicet. Bothius κατά. *Hell.*

V. 1051. ἀδελφεὰς ita tuetur Seidler. ad Eur. El. 154, ut ultimae syllabae in unam contrahantur, ut mox in Ῥέας.

V. 1053, 1054. In τὸν ἐφέσπερον subaudi χρόνον, et vid. ad Electr. 1081 (1075). *Musgr.* τόπον intelligit Bothius, laudans simul Eur. Andr. 1168 δῶμα πελάζει et Erf. „ex anteced. vs. repete χῶρον.“ *Hell.* ἤπου hic ἴσως valet. Vid. ad Med. 1275 p. 278. *Elmsl.* Idem interrogationem sustulit post ἁμίλλαις.

V. 1055. Legendum πέτρας νιφάδας accus. plur. Πέτραι νιφάδες forte sunt Cithaeron, ut Euripid. Bacch. 680. *Musgr.* Schol. intelligit τὴν οὕτω λεγομένην λείαν πέτραν, unde suspiceris, eum legisse λισσάδος. *Iacobs.*

V. 1056. Οἰάτιδος. Hoc nomen diversimode Grammatici veteres accipiunt. Vide Lexicon. Scholiastae explicatio probabilior videtur. *Brunck.* Negat Hesychius convenire hic pagum Οἴην dictum, οὐ γὰρ ἐγγὺς εἶναι, *non enim satis propinquum esse.* De quo dubitari non potest, si is pagus in insula Oea, cuius meminit Ptolemaeus, situs est. Mentio quidem pagi eius apud Suidam v. Οἴηθεν, sed nihil inde de situ eius discimus. Urbis in Laconia, Οἰήτιδος dictae, meminit Pausan. in Arcad. p. 625. — Idem Hesychius Οἰάτιδος *ovibus depastae* exponit, consentiente Eustathio in Iliad. p. 1225, ubi sic:

ἀπὸ δὲ τῶν οἰῶν καὶ οἰάτιδος νομοῦ μέμνηταί τις παλαιός, τοῦ ὑπὸ προβάτων κατανεμομένου. Nec adversatur analogia, siquidem recte Clisthenes ille apud Herodotum ex *ὗς, ὄνος, χοῖρος* formaverit *Ὑᾶται, Ὀνεᾶται, Χοιρεᾶται,* lib. V, 68. Suidas: *Οἰάτειον κρέας, τὸ προβάτειον.* Ab *ὄϊς* fluit *οἴα*, *ovile*, (quae vox habetur Apollon. Rhod. II, 159 et alibi) inde *οἶατις*. *Νομὸς regio* foeminini generis est. *Musgr.* Hesychii locus T. II p. 721 hic est: *τῆς προβατευομένης ἐκ νεμήσεως·* (sic Elmsleius recte pro *ἐκνεμήσεως*) *οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ δήμου* (sic coniicio pro *ἀοιτοῦ δήμου; Brunck.* in Lex. Soph. *ἀπὸ τοῦ*) *κακῶς· οὐ γὰρ ἐγγὺς κεῖται.* Sed K. O. Mueller in Ersch. Encycl. T. VI p. 225 not. 21 *Οἶον* prope Deceliam situm intelligit coll. Diodor. (calami lapsu, ni fallor, Philochorum nominavit V. D.) ap. Harpocr. Lex. pag. 260. *ἔστι δὲ τὸ μὲν Κεραμεικὸν Οἶον τῆς Λεοντίδος φυλῆς, τὸ δὲ Δεκελεικὸν τῆς Ἱπποθοωντίδος, ὡς Διόδωρος. Doed.*

V. 1059. Perperam vulgo post *ἁλώσεται* distinguunt — *δεινὸς ὁ* — Triclinius *γε* infersit, ob metrum scilicet, quia in strophico versu *σεμναὶ* legebat. *Brunck.* *ἁλώσεται* scil. *ὁ ἀγών*, ut v. 1142 (1148) *χὤπως μὲν ἅγων ᾑρέθη*, et nescio an huc respexerit Hesych. T. I p. 256. *ΑΛΩΣΕΤΑΙ· ληφθήσεται· πολεμηθήσεται.* Casu in textu nostro omissa interterpunctio, quam Schaeferus pridem revocaverat, consentientibus Elmsleio et Reisigio. Contra eos, qui cum Brunckio iungunt *ἁλώσεται δεινὸς* scil. *ὤν*, recte monet Reisigius, *ἁλίσκεσθαι* de malo facinore dici, de re praeclara non item. *Doed.*

V. 1060. *Θησειδᾶν.* Theseus cum militibus suis. Similiter *Ἀτρεῖδαι* in Euripidis Elect. 707, ubi vid.

Seidler. *Hell.* Θησεῖδαι *duces*, opponuntur προςχώροις, *vulgo*, Coloni praesertim pagi incolis. *Doed.*

V. 1062. Constructio videtur esse πᾶσα δὲ πώλων ἄμβασις ὁρμᾶται κατ' ἀμπυκτήρια φάλαρα. — Πᾶσα πώλων ἄμβασις, *omnis equitatus*, *omnis numerus* ἀναβατῶν. Nam ne de equis ipsis interpretemur, sequens clausula facit, οἳ τὰν ἱππίαν τιμῶσιν Ἀθάναν, quod de equis dici absurdum foret. — κατ' ἀμπυκτήρια φάλαρα. Proprie vertendum foret, *prope phalerata capitis amicula*: sed *prope* hoc in loco Litotes est pro, *cum*. — Ἀμπυκτήρια. Sic Aeschylus Sept. c. Theb. 467.

Ἵππους δ' ἐν ἀμπυκτῆρσιν ἐμβριμωμένας.

Vide et Eurip. Suppl. 588. Helen. 1587. *Musgr.* Iunge, ὁρμᾶται κατ' ἀμπ. φαλ. πώλων. Obscura autem significatio praepositionis. *Iacobs.* Ad sensum κατ' ἀμπυκτήρια ὁρμᾶσθαι idem esse videtur quod supra v. 896 (900) σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος. Similis praepositionis usus obtinet in κατὰ γλῶσσαν κλύων Trach. 747. Lachmannus Chor. p. 22 legit:

πᾶσα δ' ἀστράπτει χαλινοῖς, πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατὰ
ἀμπυκτήρια φάλαρα πώλων.
ἄμβασις.

Hermann. Ell. p. 55.

πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμ-
πυκτήρια φαλάρων πώλων
ἄμβασις.

coll. Hesych. Ἀμπυκτήρια· τὰ φάλαρα. Σοφ. Οἰδ. ἐν Κολωνῷ, unde coniicit, φάλαρα interpretamentum esse. Reisigius:

πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμ-
πυκτήρια φάλαρ' ἄμβασις
πώλων,

ut sit versus glyconeus, coll. praef. ad coniect. pag. XXV. — Erf. in marg.

πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατὰ
πώλων ἀμπυκτήρια
ἄμβασις. *Doed.*

V. 1064. Ἱππίαν Ἀθάναν. Bekker. Anecd. Gr. T. I p. 351. Ἀθηνᾶ ἱππία ἢ ὅτι ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς, ὡς ὁ μῦθος, μεθ' ἵππου ἀνήλατο· ἢ ὅτι ὡς Μνασέας ἢ Ποσειδῶνος καὶ Κόρης τῆς Ὠκεανοῦ θυγάτηρ Ἀθηνᾶ τὸ ἅρμα τῶν ἵππων ἐξεῦρεν· ἄλλοι δέ φασιν ὡς Ἄδραστον φεύγοντα καὶ ἐπὶ κολωνοῦ (scrib. Κολωνοῦ) στήσαντα τοὺς ἵππους Ποσειδῶνα καὶ Ἀθηνᾶν ἱππίους προςαγορευθῆναι. Add. Pausan. I, 31. *Doed.*

V. 1066. γαιάοχος quaeri potest utrum h. l. sit *terram mari cingens*, an *huius terrae tutor*, ut δημοῦχος et πολισσοῦχος. Vid. v. 55. ἔχει δέ νιν σεμνὸς Ποσειδῶν. Musgr. ad Oed. T. 160. Aesch. Suppl. 817. Alia epitheti originatio, quam inter alios servavit Hesych. T. I p. 790, ut a γαίω et ὄχος descenderet, (ὁ ἱππικὸς, ὁ ἐπὶ τοῖς ὀχήμασι) si vera esset, maxime huc pertineret. *Doed.*

V. 1068. ἔρδουσιν ἢ μέλλουσιν. Interrogationis signum tollit Anon. Angl. vertens: *aut iam rem gerunt, aut cito gerent:* coll. Trach. 75.

V. 1070. ἂν δώσειν. Margo Turnebianae ἐνδώσειν, quod esset *dedere*, sicut etiam ἐνδιδόναι χωρίον vel πόλιν non raro dicunt. Recepissem igitur, nisi animo incidisset cogitatio, annon praestaret ἀνδώσειν

una voce pro ἀναδώσειν, reddituros sc. Thebanos. *Musgr.* τάχ' ἄν. Noli sollicitare. Ceterum hae particulae seorsum per se intelligendae, neque altera ἄν referenda ad δώσειν. V. ad v. 965. *Schaef.* ἐνδώσειν Scholiasten legisse apparet, qui ὁ Κρέων subaudit. Dura ellipsis. Pro ἄν δώσειν aut ἐνδώσειν verbum *redeundi, revertendi* malles legi. Auguratur animus, mox redituram esse puellam, quae multa sustinuit, multa a cognatis pertulit. Num: τάχ' ἄν νοστεῖν? vix tamen tam facilis lectio immutata esset. *Iacobs.* δώσειν est pro ἀποδώσειν ut in Phil. 668, ad quem locum Schaeferus laudat Heynium ad Apollod. II, 4, 2. Subiectum infinitivi *hostes* sunt, non aliter atque in ἔρδουσιν ἢ μέλλουσιν scil. ἐκδώσειν; Sed valde placet ea lectio, quam Reisigius e Scholiis eruit, de qua vid. ad v. sq. *Doed.*

V. 1071, 1072. τᾶν τλασᾶν et εὑρουσᾶν Reisigius quia multitudinis numerus requireretur dedit, ita ut genitivi penderent ex προμνᾶται γνώμα: *praesentit mens aliquid de virginibus.* Enimvero ut omnino in poeta vix quemquam offendere potest, si post duas v. 1050 (1055) commemoratas filias unius tantum nunc quidem fiat mentio: sic inprimis Antigone magis et obversari poterat choro, et curae cordique esse, quacum non solum ut prius conspecta diutius et plura collocutus esset, sed quam etiam indignissime abripi sibi suis oculis viderat; quum altera, absens quidem rapta, tantopere animos commovere non posset. *Hell.* Adsentiens Reisigio de genitivis recipiendis Elmsleius, de interpretatione longe aliter statuit: „Unice verum est ἐνδώσειν: significat *remissura*, eo sensu, quo corporis animique dolores „*remittere* dicuntur, i. e. *sedari* aut *decrescere.* „Steph. Thes. T. I p. 996 A. Hoc igitur dicit Cho-

„rus: τάχα ἐνδώσει ἢ ἀνήσει ἢ παύσεται τὰ πάθη τῶν „παρθένων δεινὰ παθουσῶν.“

V. 1072. εὑροῦσαν πρὸς ὁμαίμων πάθη. Sic legendum: πρὸς αὐθομαίμων, syllaba redundante. *Brunck.* αὐθαίμων Bothius metri causa; cui causae aliam addit Reisigius: „Creon enim avunculus „virginum erat, αὔθαιμος sane vel αὐθαίμων: at non „item αὐθόμαιμος. Hoc non potest nisi in fraternam „consanguinitatem cadere.“

V. 1075 *sqq.* Eurip. Phoen. 165 comparavit Matthiae.

V. 1077, 1078. θεωρήσασα. Malebat Canterus θεωρήσεις, quod non videtur mihi recipere constructio. Nam si ὄμμα, ut in hac lectione, pro nominativo habetur, nihil relinquitur a quo pendere possit genitivus ἀγώνων. Mihi multo potius videtur:

θεωρήσασ᾽ ἄκοσμον ὄμμα.

Contemplans invenustum et immundum proelii spectaculum. Musgr. θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα. Sensu postulante emendavi olim in Spec. Emendatt. c. V. p. 26 θεωρήσασα τερπνὸν ὄμμα, *laetum spectaculum*, quae illud vegetis his et animosis sensibus videri debebat. Sic in Ai. 1025. ὦ δυςθέατον ὄμμα. Similiter Electr. 902. ἐμπαίει τί μοι ψυχῆς ξύνηθες ὄμμα. Vid. Heindorf. ad Platon. T. I, p. 274. Aeschyli Choeph. 236 ὦ τερπνὸν ὄμμα τέσσαρας μοίρας ἔχον ἐμοί. Musgravius, qui ὄμμα recte interpretatur, tamen a poetae mente aberrat ἄκοσμον ὄμμα corrigens. Hoc a senum illorum indole alienissimum. *Iacobs.* Triplicem stribliginem inesse ait Reisig. „primum „θεωρεῖν ut relicua verba ad visum pertinentia cum

„genitivo iungi nequit, deinde viri de se loquentes „inepte adhibent femininum genus θεωρήσασα, spe- „ctatione proelii nullam columbae similitudinem ob- „tinente, cuius tantum cum aetherio volatu sit com- „paratio; postremo ὄμμα nequit pro ὄμματι usur- „pari.“ Quartum vitium accusare poterat, immo debebat, quod, quanquam neque metri necessitas urget (poterat enim id quod Canterus coniecit θεωρήσεις scribi) neque periodi vel amplitudo vel artificium anacoluthiae ansam dedit, tamen participium per coniunctionem δέ adiungitur verbo finito. Quae omnia tollere olim in Actt. Mon. T. I p. 58 instituí, coniectura proposita hac:

κύρσαιμι, τῶνδ' ἀγώνων
θεωρήσασ' ἕτοιμον ὄμμα.

vel si ea, quae Passovius pridem in literis ad me datis de masculini importunitate monuit, probarem,

θεωρήσας ἕτοιμον ὄμμα.

utinam in columbam mutatus summam nubem assequar, paratum huius pugnae spectaculum visurus. Neque nego multo minus languere ex meo animi iudicio epitheton ἕτοιμον quam quod Reisigius (etiam Erf. in marg. „Mihi in mentem venit ἄπουρον vel ἄμωμον ὄμμα“) excogitavit

θεωρήσας ἄπουρον ὄμμα

coll. Oed. T. 194. nam fabella illa, quam vir ingeniosus coniecturis suis cum aliis, tum huic adiecit, enarrans, quem ad modum error errorem duxerit, donec absoluta corruptela fuerit, mihi quidem nihil fidei faciet. Sed quod secundo loco de genere dubitat Reisigius, hoc acutius est quam verius. Haec eius verba sunt: „Viri de se loquentes inepte ad-

„hibent femininum genus *θεωρήσασα*, spectatione „proelii nullam columbae similitudinem obtinente, „cuius tantum cum aetherio volatu sit comparatio."

Comparationem, ni fallor, statuit V. D. in qua *ὡς*, *quasi*, suppressum sit, ut in Hom. Iliad. XV, 623 *λαμπόμενος πυρὶ πάντοθεν* et Odyss. III, 408 *λίθοι ἀποστίλβοντες ἀλείφατος*. Hoc si verum esset, ne ita quidem *θεωρήσας* foret scribendum. Quod enim Porsonus praecepit: „Quum personam circumloquu„tione significant Graeci, quam citissime ad ipsam „personam revertuntur" ei praecepto aliam, si non legem, at observationem opponimus, quae multo magis huc pertinet: „Quum comparationis causa „nomen nomini additur, genus eius nominis, quod „oppositum est, latius saepe dominari solet, quam „vel ex rei natura vel ex praeceptis grammaticis „debebat." Cuius rei insigne exemplum est in Cic. Brut. 75. *nudi sunt* (Caesaris commentarii) *recti et venusti, omni ornatu orationis tanquam veste detracta*, quod recte ab Ernestii *detracto* vindicat Bremius ad Sueton. Caes. 56, coll. Corn. Nep. Them. VII, 5 *illorum urbem ut propugnaculum oppositum esse*. Accurate de hoc attractionis genere egit nuperrime Krügerus in Seebodii Archiv für Paedagogik T. II pag. 266. At ne est quidem nostro loco comparatio, sed *mutari* se in columbam cupit Chorus quae desuper intueatur pugnam. Comparat Erf. in marg. Fragm. Oenom. IV.

γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας,
ὡς ἂν ποταθείην ἀτρυγέτου
γλαυκᾶς ὑπὲρ οἶδμα λίμνας.

et Eur. Hipp. 737. Phoen. 165. An vero in tantum duntaxat temporis mutari se volunt senes, donec *attigerint* nubes, dein humanam formam recipere?

Ita sane altius coniectantibus timendum videretur, ne pessime illis exitura esset commutatio. Itaque *θεωρήσασα* non dubitavi retinere. Sed vide an, postquam correctione *κύρσαιμι τῶνδε* et genitivi et anacoluthiae molestia sublata est, caetera servari queant. Hoc ita fiet, opinor, si eam potestatem nominis *ὄμμα*, quam Musgrav. feliciter aperuisse quasi visus est, ut *spectaculum* significet, h. l. missam fecerimus. Iam primum iungenda sunt *πελειὰς αἰθερίας νεφέλας*, quae dicta sunt ut *λευκῆς χιόνος πτέρυγι* in Ant. 114, quo de genere consulendus est Herm. ad Vig. p. 891; deinde *τῶνδε ἀγώνων* non ex *ὄμμα* pendet, sed ex *κύρσαιμι*. Quod si quis dubitet, an recte *κυρεῖν ἀγώνων* dicantur, qui conspectum pugnae solum nanciscuntur, eadem brevitate Aesch. Suppl. 158 *μὴ τυχοῦσαι θεῶν Ὀλυμπίων*, vel Eum. 921

ὁ δὲ μὴ κύρσας, βαρέων τούτων,
οὐκ οἶδεν ὅθεν πληγαὶ βιότου

(sic enim distinguendum in loco vexatissimo, ut genitivi sint absoluti) pro *εὐμενείας θεῶν τυχεῖν* sive *κύρσαι* scripsit. Quae restant, *θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα*, in iis *ὄμμα* non inepte nominativum esse dixeris, per *σχῆμα καθ᾽ ὅλον καὶ κατὰ μέρος* adiunctum, seu per appositionem, ut in Aesch. Prom. 902

μηδὲ κρεισσόνων
θεῶν ἔρως ἄφυκτον ὄμμα προσδέρκοιτό με

ut vulgo legitur. Sed praestat haud dubie Hermanni ratio, per literas nobiscum communicata, qui *θεωρεῖν* sensu causativo accipit, pro *ποιήσασα, τοὐμὸν ὄμμα θεωρεῖν* scil. *αὐτούς*. Sic *κατοικτίζειν* saepius; sic *συμμαθεῖν*, explicante Herm. ad Ai. 854, sic et *δειμαίνειν* in Aesch. Pers. 600

ὡς, ὅταν κλύδων
κακῶν ὑπέλθῃ, πάντα δειμαίνειν φιλεῖ

unde vindicandus locus in Eum. 519, qui valde suspectus putatur. Sic, ni omnia me fallunt, ποθεῖν vindicandum in Mosch. Id. VIII, 3

οὐδ' ἔτι μοι γᾶ
ἐντὶ φίλα, ποθέει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα

h. e. desiderio accendit; idem quod coniecturis virorum doctorum ποτάγει vel πείθει efficitur. Eademque ratione τὸ ποθοῦν in Soph. Trach. 195 intellexeram, donec meliora Hermanni editio docuit. Quid quod ipsius verbi θεωρεῖν synonymum ὄπτομαι sensum causativum adsciscit in Luc. Actt. Ap. XXVI, 16. εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα ὧν τε εἶδες ὧν τε ὀφθήσομαί σοι, nisi forte breviter ita dictum est pro ὧν τε ὄψει· ὀφθήσομαι γάρ σοι. Itaque haec est totius loci interpretatio: *Utinam una ex columbis velocibus sim, quae aetherias nubes tangunt, ut fruar hoc certamine, spectaculum eius commodans oculis meis.* Erfurdtius etsi Hermanni emendationem probare videtur, margini adscripsit:

κύρσαιμ' ἄνωθ' ἀγώνων

et ad ὄμμα laudavit Eur. Herc. F. 221. *Doed.*

V. 1080. παντόπτα. cf. Berg. ad Aristophan. Av. 1058.

V. 1081. δαμούχοις h. e. *regi*, ut v. 1342 (1348), aut, si displicet pluralis pro singulari h. l. positus, *incolis.*

V. 1083. εὔαγρον τελεῶσαι λόχον. Aldus et codd.

τελειῶσαι. Antithetici versus, ut eos edidimus, examussim quadrant. Asynarteti sunt e dactylica et iambica syzygia.

εὔρου | σαν πρὸς ὁ | μαίμων | πάθη
εὔαγρ | ον τελε | ῶσαι | λόχον.

Brunck. τελειῶσαι restituendum v. stroph. *Doed.* Winshemius: *Conficiant hanc cohortem, quae facile capi potest.* Sed τελειοῦν non esse *interimere*, verum *perficere*, post Heathium Vauvillersius recte animadvertit; recte idem εὔαγρον active accipiendum monuit, quo de addito vid. ad 1194 (1200). λόχος non tam *insidias*, quam *expeditionem* significat. *Hell.*

V. 1086. ὀπαδὸν ἐλάφων h. e. ἀγροτέρα seu Ἀγραία; cf. Paus. I, 41. Schol. ad Aristoph. Eqq. 657. Eust. ad Iliad. p. 361. Rom. p. 273. Bas. Bekker. Anecd. T. I p. 334. Heind. ad Plat. Phaedr. p. 144. Class. Iourn. 1810 Dec. IV p. 87. *Doed.*

V. 1088. στέργω, *rogo, oro, amanter precor.* Sic Latini verbo *amo* utuntur. Plautus Men. II, 3, 71. Sed scin' quid te amabo ut facias. III, 3, 1.

Menaechme, amare te ait multum Erotium,
Ut hoc nunc una opera ad aurificem deferas.

Brunck. cf. eund. ad Oed. T. 11.

Ibid. ἀρωγὰς, *auxilia.* Vid. ad Oed. Tyr. 1279 [1248]. *Musgr.*

V. 1090. τῷ σκοπῷ i. e. τῷ σκοποῦντι, ἐμοί. *Iacobs.* Vid. v. 290.

V. 1091. ψευδόμαντις. Subaudi ἐστί. *Musgr.* Vid. eundem ad Eur. Herc. F. et Bothium ad Trach. 863 [886]. *Hell.*

V. 1094. s. τίς ἂν θεῶν — δοίη. *utinam aliquis deorum — daret.* Sic πῶς, quod vulgo simpliciter *utinam* vertunt, accuratius, h. e. verius, sive optativo iunctum sit cum particula ἂν, sive coniunctivo sine illa particula, (v. Melet. Crit. I p. 100.) vertes *utinam aliquo modo.* Hae enim similesque formulae vi nativa sunt πευστικαὶ, sed adiunctam habent notionem optandi, quae cum in ipsis minus eluceat, in Latina interpretatione aliquanto magis exsistit. Conf. Markland. ad Euripid. Supplic. v. 796. *Schaef.* Verterat ita Bothius, ad Oed. T. 746 laudans Valck. ad Hipp. 208. cf. Heind. ad Plat. Phaedr. p. 218. *Hell.*

V. 1096. ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον; sic statim v. 1104. προσέλθετ', ὦ παῖ. et deinde v. 1112 ἐρείσατ', ὦ παῖ. Sic passim Graeci scriptores; maxime, opinor, in sermone. Solere enim ἐν τῇ κοινῇ συνηθείᾳ ἔστιν ὅτε τοὺς λόγους οὕτω ποιεῖσθαι, monet Scholiastes ad Aristoph. Plut. v. 66. V. Brunck. ad Aristoph. Ran. v. 1479 et Lobeck. ad Sophocl. Ai. p. 248. Idem lexeos schema in Latinis tetigit Iulius Rufinianus p. 252 Ruhnk. *Schaef.*

V. 1099. βαστάσαι. *contingere, contrectare.* vid. ad El. 911 (905) *Musgr.* Ed. Glasg. coniicit μ' ἀσπάσαι. Sed recte Erf. adscripsit ex Suid. βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι καὶ διασηκῶσαι καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν. cf. Ai. 827, 920. Aesch. Ag. 37 et cum ironia Prom. 1019. Musgr. ad Eur. Cycl. 389. Adde Blomf. ad Ag. p. 152. Ignoratio huius significationis alteram peperisse videtur lectionem τόδε., quam sequuntur Winsh. Heath. Burgess. Vauv. *corpus meum suffulcite.* Huic lectioni patrocinari quodam-

modo possit adpellatio σκῆπτρα 1103 (1109) et supra 844 (848). *Hell.*

V. 1100. αἰτεῖς ἃ τεύξει. De constructione vid. Porson. et Elmsl. ad Euripid. Med. 756 (741) Herm. ad Vig. n. 198. Buttm. Sophocl. Phil. 509. *Hell.*

Ibid. σὺν πόθῳ γὰρ ἡ χάρις, i. e. *gratiam petis, quam ipsae ultro praestare cupidissimae sumus. Musgr.* αὐτὴ γὰρ ποθοῦσα ταύτην σοι χάριν παρέχουσά εἰμι. *Iacobs.* ξὺν πόθῳ i. e. ποθουμένη. Vid. ad v. 542 (546). *Doed.*

V. 1102. τῷ τεκόντι π. φ. Similiter de matribus Eur. Phoen. 568, 69. *Hell.* Vid. ad v. 520 (525).

V. 1105. φωτός scil. τοῦδε coll. v. 645 (649) si Elmsleium audis; sin Brunckium, δυςμόρου additurus fuit Oedipus, praeventus filiae sermone.

V. 1106. πλευρὸν ἀμφιδέξιον, recte vertit Brunckius: *Applicaminor utrumque ad latus.* Sic Oed. 1259 ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς h. e. ἀμφοῖν χεροῖν et Fr. Aesch. Teleph. ἀμφιδεξίοις χερσίν. Sed notandus utique numerus singularis, ut Eur. Hec. 891 δισσὴ μέριμνα, si certa est lectio. *Doed.*

V. 1107. κἀναπαύσατον. Activum pro passivo. Sic παῦε μάχης Hesiod. Asp. 449. παῦε τοῦ λόγου. Aristoph. Ran. 588. Conf. ad Oed. Tyr. 155 (153). *Musgr.* Recte; nam πλάνος non Oedipi deserti, sed virginum raptarum intelligitur. Recte autem iter illud quod virgines cum raptoribus fecerant, etiamsi non incerto consilio huc illuc tractae, πλάνος dicitur. Nam si recte observavi, πλανᾶσθαι et ἀλᾶσθαι ita differunt, ut ἀλώμενοι nullo certo consilio

vel itinere circum circa *errent*, πλανώμενοι autem fixa sede quietaque vita carentes *vagentur*; quapropter pastor Laii in Oed. T. 1029 ἐπὶ θητείᾳ πλάνης vocatur. Aliter Brunckius, qui με vel τὸν φύσαντα supplet. Si futurum κἀναπαύσετον revoces, ut polliceatur potius requiem pater, quam ad eam excitet, eleganter per καί haec adiunguntur, ut El. 1207. Ai. 550. Pro ἐμφῦτε Elmsleius ἐμφύντε edidit. *Doed.*

V. 1108. τοῦ τε δυστήνου πλάνου. Bothius probante Erfurdtio et Reisigio τοῦδε coniecit, non iniuria offensus articulo, cuius sane repetitioni nullus est locus in epithetis eiusdem nominis connectendis. Nam per τὸν πρόσθε ἔρημον καὶ τὸν δύςτηνον πλάνον iure *duplicem eumque* diversum intelligeres. Sed τοῦ ἐρήμου neutrum videtur esse pro τῆς ἐρημίας, more Thucydidio, et ipsius Sophoclis, v. 1113 τὸ λιπαρές, v. 1228 τὸ καταμεμπτόν, v. 1223 τὸ νέον. *Doed.*

V. 1110. Sensus est: adolescentia vestra satis excusat infantiam vel breviloquentiam. *Hell.*

V. 1112. ὧδ' ἔσται ex Livin. recepimus; vere enim Matthiaeus ad Eur. Hec. 438: „ὥς pro οὕτως; „nisi ubi καὶ ὥς, οὐδ' ὥς iunguntur, vel ὥς ad aliud „ὡς respicit, in poëtis Atticis rarissima sunt. Soph. „Oed. C. 1112 (1118) καὶ σοῦ γε τοὔργον τοὐμὸν ὧς „ἔσται βραχύ. ὧς est a Brunck. MS. p. e quo varias „lectt. margini ed. Ald. adscriptas exhibet Classic. „Iourn. nr. XIV p. 428 sqq. lacunam sic explet: „ὧδ' ἔσται βραχύ. Id. El. 65 vett. edd. ὡς κἀμ' ἐπαυ„χῶ, quod cum praecedd. iungendum, non ὧς, ut „Brunck. edidit.“ Quum per metrum licet, ubique, in senariis certe, ὧδε praeferunt tragici. Et hanc

unam ob causam in Phil. 731 reiicienda Gernhardi Erfurdtiique coniectura ὥς ἔχει pro ὧδ' ἔχει. Sed ὧδ' ἔσται βραχύ genuinum puto; neque enim ad sensum facile aptius quidquam excogites. Theocr. id. III, 52. κεισεῦμαι δὲ πεσών, καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδονται. Et Gottleb. ad Thuc. I, 76. οὕτως οὐδ' ἡμεῖς θαυμαστὸν οὐδὲν πεποιήκαμεν „*quapropter, proinde.* Sic „c. „81. item VI, 92. Abresch. Dilucc. p. 77." Omissum saepe ὧδε a librariis notat Herm. ad Ai. 909. Vid. infr. v. 1489. Aspernatus est Hermannus ad Trach. 527 hanc scripturam ideo, quod γε nusquam adderetur, ubi non vim aliquam haberet. Ac profecto σοι h. l. encliticum videtur esse. Sed excudendum fuit καί σοί γε, ut γε non ad pronomen, sed ad ὧδε potius referendum sit. Saepissime enim γε divelli ab eo nomine, quocum coniungi debeat, ab ipso Hermanno alicubi notatum me legere memini. Sin hoc cuipiam improbetur, quid si καὶ σοί τε assumatur ex Iuntina? *Ex Theseo*, inquit, *si haec resciscere males* quam ex me, non mihi soli, utpote taciturae, sed *tibi etiam*, ut muliebris narrationis et ambagum auditione supersessuro, *facile erit negotium, quod iniunxisti mihi.* De καί — τε coniunctis vid. ad v. 295 (300). Eadem fere sententia eruitur Hermanni coniectura, ut elegantissima, ita paulum audaciore:

καὶ σοί τε τοὔργον τοῦτ' ἐμοί τ' ἔσται βραχύ.

Alii aliter suppleverunt senarium. Erf. in marg. ἔρχεται coll. v. 1171 (1177) aut εἴσεται coll. Aesch. Choeph. 302. Guil. Schneider de dial. Soph. p. 23 ἔσσεται. Reisigius: ἔστ' αἰνεῖν. Bothius: χαίροντα· τοὔργον τοὐμὸν οὖν ἔσται βραχύ. Doed.

V. 1113. πρὸς τὸ λιπαρές. Sic εἰ φοβῇ πρὸς τοῦτο. Trachin. 1227 (1211). Conf. et Eurip. Helen.

464, 5. *Musgr.* cf. Buttm. ad Phil. 578. Bast. Ep. Crit. p. 142, 143. (ed. lat.) Thuc. II, 22. πρὸς τὸ παρὸν χαλεπαίνοντας. VII, 47. ἐβουλεύοντο πρός τε τὴν γεγενημένην ξυμφορὰν καὶ πρὸς τὴν . . . . . ἀῤῥωστίαν. Propius accedit usus praepositionis εἰς v. 1121. Sensum recte talem constituit Iacobsius: *Noli mirari, quod his puellis inhaereo, cum his loquor, te neglecto.* Voc. λιπαρὲς perperam τὸ ἀρέσκον interpretatur Scholion, quod sequitur Spanhem. ad Call. pag. 427. Elmsleius πρὸς τὸ λιπαρὲς cum μηκύνω iungens ita reddit: *si produco sermonem usque ad fastidium.* Idem μηκυνῶ praefert. *Hell.*

V. 1114. τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα. Sic recte in B. T. In aliis τέκν' ἐμφανέντ' — τέκνα φανέντα accusativus est absolutus: ἄελπτα, neutrum plurale pro adverbio. Ordo est: εἰ μηκύνω λόγον, τῶν ἐμῶν τέκνων ἀέλπτως φανέντων. *Brunck.* Quoad constructionem, recte H. Stephanus τέκνα φανέντα ἄελπτα pro τέκνων φανέντων ἀέλπτων, accusativum utique pro genitivo, positum putat. Exempla si quaeris, dabit N. Forsterus Indice in Plat. v. Accusativus. Vide et Oed. Tyr. 100. Eur. Ion. 984. Alii, ut Kuhnius in Indice ad Aelian. Var. Hist., nominativum potius vocant. Conf. Gregor. de Dialecto Attica sect. 35. *Musgr.* Brunckium adeas etiam ad El. 480. Aliter Hermann. in Wolf. Mus. Ant. St. I, p. 177. statuens, priorem constructionem abruptam esse, quum poëta dicere vellet: εἰ τέκνα ἀέλπτως φανέντα μηκύνειν με ποιεῖ λόγον. Elmsleius ex omisso ὁρῶν aptos facit accusativos coll. Ai. 136. σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω. Bothius: τέκνων φανέντων δ' ἀλπνά. Si quid mutandum, μηκύνει suaderem. εἰ φανέντα recte tuetur Reisigius e Thesei responsione 1133, 1134 (1139, 1140). *Hell.*

V. 1115. τήνδε σήν. Omnino legendum τήνδε τήν. *Musgr.* Sed σήν praedicatum est obiecti, non epitheton; quasi παρὰ σοῦ, παρ' ἄλλου μηδενός, πεφασμένην. Supple οὖσαν, quod non raro omittitur post verba *sciendi*. Verissime Brunckius: *quod enim ex illis gaudium capio, id tuum esse scio*. Simillimus verborum ordo, si tamen recte emendavimus, est in Oed. T. 572.

ὁθούνεκ', εἰ μὴ σοὶ ξυνῆλθε, τάςδ' ἐμὰς
οὐκ ἄν ποτ' εἶπε Λαΐου διαφθοράς.

Neque enim intelligo, quid in vulgatis τὰς ἐμὰς articulus velit. *Doed.*

V. 1117. νιν, *eas*: pluraliter. Vide ad Electr. 626 (624). *Musgr.*

V. 1118. ὡς ἐγὼ θέλω. Saepius utuntur Graeci scriptores, inprimis poëtae, particulâ ὡς, ubi ὅσα, ἅ, aut simile quid exspectes: quod non attendentes viri docti passim indulserunt coniecturis vanissimis. V. Mitscherlich. ad Homer. Hymn. in Cerer. v. 137 (ubi hunc ipsum Sophoclis locum apte citat) 295 et 416. Hermann. ad eiusd. Hymni v. 172. In Hesiodi Op. et D. v. 688 (653 Brunck.) scribendum, quod tot librorum (etiam Lanzii) auctoritas tuetur: φράζεσθαι τάδε πάντα μετὰ φρεσὶν, ὡς ἀγορεύω. *Schaef.* Cui adde insigne exemplum ex Ai. 789.

τοῦδ' εἰςάκουε τἀνδρὸς, ὡς ἥκει φέρων
Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγώ.

ibid. 978.

ἆρ' ἐμπόληκας, ὥςπερ ἡ φάτις κρατεῖ.

Aesch. Theb. 375.

εἰδὼς εὖ τὰ τῶν ἐναντίων,
ὡς ἐν πύλαις ἕκαστος εἴληχεν πάλος.

Similia supra congessimus ad v. 907. Matth. Gr. §. 485. Ad idem loquendi genus referendum censeo ὡς ὀργῆς ἔχω Oed. T. 345, et, quod centies legitur, ὡς ποδῶν εἶχον. *Doed.*

V. 1122. ἀμύνω. Winshemius, quem sequitur Schwenkius ad Aesch. Sept. 414 *testificor.* Debebat: *rependo.* cf. Valcken. ad Eur. Phoen. p. 691. Sensus est: *Expertus et probe conscius hoc dico, et sunt haec mea verba debitae instar gratiae referendae. Hell.*

V. 1125. θ' ἣ θέμις recepimus pro τ' εἰ θέμις, consentiente Elmsleio. Quae enim sequitur particula καίτοι (*quanquam*, ut Ai. 550. 885. Herm. ad Vig. p. 840) ea vehementior iusto foret, si Oedipus iam prius haesitavisset, (εἰ θέμις) liceretne sibi Theseum amplexu tenere. Sic potius statuas: Oedipum modo pristinae regiaeque fortunae recordatione eo abreptum fuisse, ut suam sortem aequare Thesei dignitati vellet regemque mendicus osculari cuperet; tum vero, cum praesentis miseriae et squaloris, piaculi quoque conscientia rediisset, quasi perhorruisse, quod tam familiariter rege uti ausus esset. Quod autem Valck. ad Phoen. 902, citatus Erfurdtio in marg. „usu diversissimo, inquit, frequentan„tur εἰ θέμις et ἣ θέμις, quorum prius saepenumero „recurrit apud Sophoclem, alterum apud Apollo„nium Rhodium frequens, in Sophocleis ne semel „quidem invenitur“ id parum me deterret. Nam ut apud epicos ἣ nulla nisi locali potestate legi credo

Buttmanno (Lexil. T. I p. 240) ob id ipsum *ᾗ θέμις* emendanti in locis Homericis, ita ab Atticorum certe usu *ᾗ*, *quomodo*, non est alienum; cf. Trach. 550, 676. El. 338. *Doed.*

V. 1126. *ἄθλιος*, *infelix*: per Euphemismum pro *impurus, piaculo inquinatus.* Similis Herculi cura, ne Theseum contaminaret apud Euripid. Herc. Fur. *Musgr.* De *πῶς δέ* vid. Herm. ad Vig. p. 846.

V. 1128. *κηλὶς*. Adeas de voce Lobeckium ad Ai. p. 235. Translatum verbi *συνοικεῖν* usum illustravit Valck. ad Eur. Hipp. p. 252. vid. et Musgravium ad Ai. v. 605 (ed. Erf.) *Hell.*

V. 1128, 1129. *οὐδ' οὖν ἐάσω.* Malim *οὐδ' οὖν σ' ἐάσω*, nempe *θιγεῖν ἐμοῦ. Non sinam te meum corpus attingere.* Hinc mox ait: *σὺ δ' αὐτόθεν μοι χαῖρε*, *salve mihi, eo in loco ubi nunc consistis. Musgr.* Ad *οὐκ ἔγωγέ σε* tum supplendum *θίγοιμ' ἄν*, et in hunc modum verterant Heathius et Brunckius. Nam Winshemio, reddenti *non ego te, non sane relinquam*, repugnant sequentia. Libentissime accederem Reisigio, statuenti, Oedipum, dupliciter commotum, pudore pariter atque amore in Theseum, sic loqui: *non ego te attingam, nec tamen dimittam;* dummodo locum attulisset, ubi in antithesi verbum contrariae significationis ita omittitur. Aliter enim est in Oed. T. 90, quo provocat. *Hell.* Haereo in his. Mentem poetae bene perspexit Musgravius, corrigens, *οὐδ' οὖν σ' ἐάσω.* Vide an fuerit: *οὐκ ἔγωγέ σε τοὐμοῦ γ' ἐάσω*, i. e. *ἐμοῦ γε.* Dixerat Oedipus, se nolle Theseum manibus contrectare, nefas enim. Iam addit: neque te patior me attingere. Solent Tragici possessivis uti pro personalibus, Eurip. Med. 347. *τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντὶς*

εἰ φευξούμεθα, Κείνοις δὲ κλάω. Multa huius generis congessit Schaefer. ad L. Bos. p. 171. Sic etiam accipio verba v. 1135 (1141) οὐδ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη i. e. πρὸ ἐμοῦ. si sermonem cum filiabus mihi praetulisti? *Iacobs.* Plena dictio fuerit: οὐκ ἔγωγε σε θίξομαι, οὐδ' οὖν ἐάσω θιγεῖν βουλόμενον. Theseus enim ubi cunctabundum Oedipum videt, ultro amplexum eius petere putandus est; quem modeste declinat Oedipus; οὐδ' οὖν est *aber auch nicht*, ut οὔτ' οὖν in Oed. T. 90. *noch auch.* Nam οὖν, ὦν, αὖ, *auch*, eadem fere sunt vocabula. Reisigium sequentia, opinor, in errorem induxerunt. Per ἐμπείρους non Theseum, quamvis et ipsum miseriarum non inexpertum (cf. v. 559), sed filias, squaloris paterni comites et pridem assuefactas malis, intelligas. *Doed.*

V. 1129, 1130. Modestiam Oedipi, familiares Thesei amplexus reverenter declinantis tum demum perspicias, si v. 562 memineris, ubi socium se malorum hic erat professus. *Hell.*

V. 1132. δικαίως. Expectares εὔνους; sed respicit Oedipus, quod Theseus dixerat v. 904 (908). *Hell.* Verte: *ut par est*, ut Oed. T. 675, et ἀξίως Ant. 637. *Doed.*

V. 1134. οὔτ' εἴ τι μῆκος. Vel locum verte, *Neque si verba multo prolixiora fecisses:* ita enim τι sensum saepissime intendit: vel scribe, οὔτ' εἴπε *neque etiamsi. Burgess.* Errorum numero insignis est haec nota. Primum εἰ ἔθου non significat *si verba fecisses*, quia in apodosi praesens tempus, non εἶχον ἂν vel ἴσχον ἂν legitur, sed ut ex θαυμάζειν pendens, notissimo Graecismo, est *quod fecisti.*

Deinde τὶ tantum abest, ut *intendat*, ut etiam imminuat, modo serio, modo per λιτότητα; h. l. aut μῆκός τι iungendum, aut εἴτι, *si forte*. Postremo εἴτε nusquam significat *etiamsi*; vid. ad v. 1482. *Doed.*

V. 1156. οὐδ' εἰ. Elmsleius οὔτ' εἰ dedit. Sed vid. ad v. 421. Magis enim eius rei excusatione et venia opus erat, quod filias Oedipus, non regem primum appellasset, quam quod longior iusto fuisset in laudandis Thesei beneficiis. *Doed.*

V. 1142. Hic versus sic in Aldina et in codd. legitur: χὤπως μὲν ἀγὼν οὗτος ᾑρέθη, τί δεῖ μάτην — prorsus ἀμέτρως. Legendum:

χὤπως μὲν ὅδ' ἀγὼν ᾑρέθη, τί δεῖ μάτην —

Voculae ὅδ' superscriptum glossema οὗτος in versum irrepsit. Mihi olim, ut Heathio, legendum videbatur, χὤπως μὲν ὡγὼν ᾑρέθη — At magis blanditur postmodo nata coniectura. *Brunck.* Septenarium, quem exhibent MSS. nullo negotio in senarii formam rediges aut οὗτος expungendo aut μάτην. Sed οὗτος in textum illatum fuisse, postquam ἁγὼν in ἀγὼν corruptum esset, non absonum videtur, μάτην autem nihil redolet glossam. Nec spernenda Bothii sententia: „Interpretantis est ἀγών. Vid. Bos. h. v. Bel- „latorem imprimis decet haec ellipsis.“ At non tam Bosium laudare debebat, qui nullum exemplum huic simile attulit, quam ἁλώσεται supra v. 1059. *Doed.*

Ibid. ἀγὼν — ᾑρέθη *certamen profligatum est.* Sic Plutarchus συνῃρηκὼς τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον. vid. I. p. 432, A. Idem συναιρήσων τὴν πολιορκίαν. ibid. pag. 574, E. Vide et ad Eurip. Phoeniss. 530. *Musgr.* Est potius pro ἀνῃρέθη: cf. ad 417 (424). *Doed.*

V. 1143. ἅ γ' εἴσει. Consulto Sophocles h. l. omittere videtur occasionem inserendae episodi epicae, quod ornandi genus cum alii tragici, tum ipse alias non magnopere aspernari consuevere. Ex puellis enim primum exegerat Oedipus pugnae narrationem v. 1109 (1115). Harum responso reiectus ad Theseum a Theseo rursum ad filias reiicitur. Nec ulla amplius fit huius rei mentio. *Doed.*

V. 1144. λόγον, *rem*, πρᾶγμα: quod de ἔπος observavi supra 453: seu *nuntium*. *Brunck.* λόγον. Stephanus, constructioni prospiciens, legendum putat λόγου. Vulgatam tamen tueri videtur ἓν μὲν πρῶτά σοι μομφὴν ἔχω. Eurip. Orest. 1075. Conf. Trachin. 342 (338). *Musgr.* λόγος restituit Porsonus ad Orest. 1645. Conf. Trach. 285. Oed. T. 449. Hom. Iliad. X, 416. *Doed.*

V. 1145. συμβαλοῦ γνώμην. Stephanus iungit cum λόγον. Sed hac de formula aliisque similibus vid. Valck. ad Hipp. v. 500. *Hell.*

V. 1147. οὐδὲν ἄνθρωπον. Perperam in libris οὐδέν' ἀνθρώπων. Sensus est, ἄνθρωπος οὐδὲν πρᾶγμα ἀτίζειν δεῖ. Seu ἄνθρωπον ὄντα οὐδὲν πρᾶγος ἀτίζειν δεῖ. Vide Marklandum ad Suppl. 19. *Brunck.* οὐδὲν ἀνθρώπων. Optime Suidas οὐδέν, v. πρᾶγος. Quanquam neque sic versus integer est. Legendum enim ἄνθρωπον. χρεὼν δὲ ἄνθρωπον [ὄντα] ἀτίζειν οὐδὲν πρᾶγος, *oportet hominem natum nullum negotium contemnere. Musgr.* Reisigius spreta Marklandi coniectura, Porsono quoque Adv. p. 167 probata, οὐδὲν ἀνθρώπων dedit, ut dictum sit in pervagatam sententiam Terentianam *homo sum, humani nihil a me alienum puto;* elevari enim argumenti dignitatem, si

ad omnes res pateat. Idem suaserat post Burtonum Benedictus, ne veram quidem alioquin esse putans sententiam, quum certe negotia quaedam contemtu digna sint. Mihi tamen sic a Theseo praecipi videtur: *ne minimam quidem rem esse negligendam, quippe quae interdum maximam ex se pariat.* ***Hell.*** οὐδὲν et ἄνθρωπον agnoscit Schol. ***Elmsl.***

V. 1149. ὡς μὴ εἰδότ' — η ει in unam syllabam coalescunt, ut η οι, η ου, η ω. Vide Antig. 265. 535. Trach. 321. Μὴ ante diphthongum aut vocalem longam cum ea coalescit, nunquam eliditur. Corrigendus Bentleius ad Menandrum pag. 30. *Brunck.* Stephanus et edit. Glasg. μὴ delendum censuere.

V. 1150, 1151. ἔμπολιν οὐκ ὄντα. Submonentis esse videntur verba, unde aliquid iam suspicari possit Oedipus. *Hell.*

V. 1152. De hoc ritu cf. Brunck. ad O. T. 142. Klotz. ad Tyrt. p. 104. *Hell.*

V. 1153. θύων ἔκυρον. Licet futura κύρσω et κυρήσω promiscue usurpasse videantur tragici, vereor ut praesens barytonum κύρω magis illis in usu fuerit, quam δόκω aut ὤθω. *Elmsl.* Contra statuit Herm. ad Ai. 307, addens: „Restituenda ea forma „est Aesch. Eum. 398. Usus ea fuerat etiam Eur. in „Hipp. 746, ubi nunc reposuit eam Matthiae. Mon- „kio ibi ad v. 743 de Nioba Aeschyli fraudem fecit Valckenarius.“ κύρεται habet Hom. Iliad. XXIV, 530. *Doed.*

V. 1156. πλέων. Sic codd. In impressis πλέον, neglecto Atticismo, quem aliis in locis etiam resti-

tuimus. Vide Antig. 721. Ai. 1150. πλέως occurrit Phil. 1074. pluralis πλέῳ Ai. 1112. *Brunck.*

V. 1157. σμικροῦ λόγου. Herodotus I, 120. λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Περσέων. Idem III, 4. ἐόντα λόγου οὐ σμικροῦ. Vid. et cap. 139. *Musgr.* Quod in ara consedit, minime rem parvi momenti videtur indicare. *Iacobs.*

V. 1158, 1159. ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς. Copulam a librariis omissam, quae salva constructione abesse non potest, bene reponit Heathius. φασὶν αὐτὸν αἰτεῖν ἐλθεῖν μολόντα σοι ἐς λόγους, ΚΑΙ ἀπελθεῖν — Sic infra 1282 (1288) διδοὺς ἐμοί, λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ' ἀσφαλεῖ ξὺν ἐξόδῳ. *Brunck.* μολόντ'. Malim μόνον τ', *et duntaxat. Musgr.* „Quod si quis versus il„los, quos adscripsimus (Oed. T. 29. 332. 785. 1184. „1224. El. 1017. Oed. C. 16. [Boeckh. de tragg. princ. „p. 139 addit Ant. 1031.] Eur. Iph. T. 968.) recte „pronunciare sciat, is intelligat necesse est, elisiones „istas in extremis versibus non modo non esse du„ras, aliquid etiam habere suavitatis. Unus tamen in „his locus est, qui quum nullam ab interpunctione „habeat excusationem, de vitio suspectus est:

σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μολόντ'.
αἰτεῖν.

„Vauvillersius, probante, ut videtur, Wyttenbachio „in Bibl. crit. II, 2, 51, μολόντ' in μόνον mutabat. „Agnoscit tamen hoc participium scholiastes, ita scri„bens: τὸ ἑξῆς, φασὶν αὐτὸν μολόντα αἰτεῖν εἰς λόγους „σοὶ ἐλθεῖν." *Hermann. Progr. de diall. L. Gr. p. XVII,* qui nunc etiam hoc in loco interpunctionem quae est post αἰτεῖν caussam esse censet, ut in

recitando recte iungantur μολόντ᾽ αἰτεῖν. Quos Reisigius, insigni arte vulgatam defendens, in auxilium vocat locos, non satis illi proficere videntur: asyndeta enim, ut ὠθεῖν, ὠθεῖσθαι, ἔλεγχ᾽, ἐλέγχου, Com. Ran. 855 δάκνειν, δάκνεσθαι, 861 ἔπαιον, ἐπαίοντο, Xenoph. Cyrop. lib. VII, 1, 38, gravi cum adfectu, nec sine manifesto acumine ita iuncta, ut non alia facile ulla dirimantur voce, nihil omnino habent offensionis, et in utroque sermone crebro reperiuntur. Dissimillimum autem omnium est Xenophonteum alterum ex Hellenicis, libro IV Cap. 3 §. 19 συμβαλόντες τὰς ἀσπίδας ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον, ubi quatuor eiusmodi asyndeta, chiastico quidem ordine, eoque propter confusionis speciem minime ineleganti, copulantur, ut animus lectoris ne tantillum quidem suspensus teneatur. Neque omnino molestus copulae defectus, ubi plura duobus membra ita consociantur. Quae omnia secus deprehenderis nostro loco. *Hell.* Hoc quoque Reisigius vellem demonstrasset, ἀσυνδέτως talia iungi, ἐλθεῖν, μολόντα ἀπελθεῖν. Nam quod Latini promiscue iungunt: *hostem fundit, fusum persequitur* vel *fusumque persequitur* (vid. exempla ap. Heind. ad Hor. Sat. II, 3, 104) id non temere transferendum ad orationem Graecam. In iis certe locis, quos collegit Heind. ad Plat. Phaedr. p. 253, ne unus quidem est, ubi participium eiusmodi, quod pronominis vice fungatur, careat particula δέ. Nihilominus librorum lectionem ita restituimus, ut Reisigius iussit, quia ne si Brunckianum τε quidem admisissemus, vacaret locus difficultate, repugnans quippe Hermanni praecepto. Quanquam μολόντα etiamsi cum ἐλθεῖν iungeretur, nulla ex parte abundaret, ut Schaefero visum est, coll. not. ad Ai. 1185; nam ἐς λόγους ἐλθεῖν nihil aliud est, quam διαλέγεσθαι, opp. ἐς χεῖρας

ἐλθεῖν i. q. μάχεσθαι. Sensus est: *Hoc postulare dicitur Eteocles, ut, postquam venerit, etiam colloqui cum patre sibi liceat.* Elmsleius cum Vauvillersio μόνον praetulit. *Doed.*

V. 1160. τήνδ' — ἕδραν, *hanc sessionem.* Constructio eadem est quae in γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ σε, Eurip. Phoeniss. 304. *Musgr.*

V. 1161. κατ' Ἄργος. Inde hoc colligit Theseus, quod λεύκασπις aderat Polynices; ut Ant. 114. λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός. *Doed.*

V. 1162. ὅστις post εἴ τις notavit Elmsl. ad Heracl. 977 et ad Med. 775. De optativo προσχρῄζοι egit Heind. ad Plat. Phaed. p. 4. *Hell.*

V. 1163. ὦ φίλτατ', ἐπίσχες οὕπερ εἶ. Haec est librorum omnium lectio, eaque optima, quam anapaesti in secunda sede metu alii aliter depravatum iverunt, temere omnes, partim vero imperitissime. Iis quae observavi ad Eurip. Hecub. 832, ubi ostendi ἴσχες ne graecum quidem esse, addam in Menandri fragm. apud Stobaeum, in Floril. Grotii p. 115 v. 2. ex auctoritate Regii codd. legendum esse:

τοῦ δέ γ' εὐτυχεῖν ἀεὶ
παράσχες αὐτὸν τοῖς ὁρῶσιν ἄξιον.

Quum Io. Burton affirmantem viderem se *Florentinae Editionis* auctoritate reposuisse ὦ φίλτατ' ἴσχες οὕπερ εἶ, indagavi quaenam illa esse posset Florentina Editio, cuius mihi nullum iudicium dabat Fabricii Bibliotheca. Nullam tum aliam noveram praeter illam, quam anno MDXXII excuderunt heredes Phil. Iuntae, in qua liquido conspicitur nostra lectio ἐπίσχες: vixque mihi temperabam, quin crede-

rem notulam illam ab homine male sobrio scriptam fuisse. Tandem multo post tempore in notitiam meam venit, supellectilique meae librariae accessit alia Florentina Editio anni MDXLVII in eadem Iuntarum officina excusa, quae revera lectionem a Burtono indicatam exhibet, ὦ φίλτατ' ἴσχες. Sed illius tanta non est auctoritas, ut barbarismum in Sophoclis poësin invehamus. *Brunck.* Pierson. ad Moer. p. 423 ὦ τᾶν, ἐπίσχες, caeteroquin non male, nisi quod dubitari potest, num ὦ 'τᾶν cothurno Sophocleo ubique satis dignum sit; nam eo quod Philoctetes a Neoptolemo v. 1387

ὦ 'τᾶν, διδάσκου μὴ θρασύνεσθαι κακοῖς

et in Oed. T. 1145 (quem locum omisit Elmsleius ad Eur. Bacch. 801) servus a nuncio

ὅδ' ἐστὶν, ὦ 'τᾶν, κεῖνος, ὃς τότ' ἦν νέος

compellatur, neutiquam efficitur, etiam Theseum regem ab Oedipo, errone supplici, sic potuisse compellari. Tutius sane foret, ὦ ξεῖν' ἐπίσχες coll. v. 1113 vel tale quid reponere. Heathio ac nuperrime Reisigio placuit ὦ φίλτατε, σχὲς, qua scriptura tollitur quidem pedis secundi vitium sed totius versus structura aliquantulum depravatur:

ὦ φίλτατε, | σχὲς οὗπερ εἶ. | τί δ' ἔστι σοι;

Nos ex lectione ἴσχες elicuimus: ὦ φίλτατ', ἴσχε σ' οὗπερ εἶ. Non inauditum σε, με etiam cum verbo eiusdem personae coniunctum pro reflexivis ἐμαυτὸν, σεαυτόν. Oed. T. 579.

Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί.

Ant. 32. λέγω γὰρ κἀμέ. Trach. 706. ὁρῶ δ' ἔμ' ἔργον δεινὸν ἐξειργασμένην. Eur. El. 503. 923. Androm. 256.

Eundemque usum infra v. 1205 in adoptanda Reisigii emendatione σὲ δὲ σῶν ἴσθι non dubitanter admisimus. Sed cum paulo rariora haec exempla sint, recte in universum Hermannus ad Trach. 457 statuit „ἐμαυτὸν constanter ab Atticis pro ἐμὲ cum „verbo eiusdem personae coniungi." *Doed.*

V. 1164. δεηθῇ proposuit Benedictus „quia Oedipus haud dubie non timet Thesei preces, quibus „se sit aditurus, sed potius preces Polynicis." Quidni Thesei preces timeat, unde ipsi necessitas imminet, aut eum, cuius beneficiis summa quaevis deberet, offendendi, aut tristem odiosissimi filii adspectum tolerandi? Neque „indignum fuisse auctoritate The„sei, si Oedipus miser, cuius tota vitae conditio „nunc ex Oedipi arbitrio pendebat, Theseo adcla„mare μή μου δεηθῇς — voluisset" persuadere mihi possum, qui, quas recentiores sibi fortasse finxerint decori leges, iisdem veteres quoque adstringendos esse, nunquam putaverim. Neque igitur in antecc. pro οὗπερ εἶ „quasi loco suo esset retinendus [The„seus]" οὗπερ ᾖ scribendum censeam, *retine eum* [Polynicen], *ubi nunc fuerim:* bene enim ad Theseum haec referuntur: *mane, ubi* (in quo sermonis tui loco) *es, ne ultra loquendo* (i. e. proponendo, persuadendo) *progredere.* *Hell.*

V. 1165. προστάτης, *supplex*, ἱκέτης. Raro hac potestate invenias. Habet tamen Noster infra v. 1343 (1272) (1278). Idem λιπαρεῖ προὔστην χερὶ Electr. 1396 (1378). *Musgr.* Schneidero sic scriptum videtur pro προςστάτης. Id non improbabile videatur, si cogites προςτρόπαιος [Schol. προςεστηκὼς *Doed.*] Neque tamen verum est: nam deducitur a προστῆναι. Electr. v. 1378. *Schaef.*

V. 1166. *ὃν ἂν ἐγὼ ψέξαιμί τι.* Perperam codd. *ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι.* Deterius impressi *ψέξαιμί τι.* Particulam *ἂν* reposuimus, quae salva constructionis lege abesse non potest. *Brunck.* Herm. ad Eur. Herc. F. 616. ad Vig. p. 925. „Quum significetur: *Et quis tandem est, quem ego reprehenderim?* non intelligens „Brunckius hoc, *ὃν ἂν ἐγὼ ψέξαιμί τι* edidit, quod „significat: *Quis est, quem ego possim reprehendere?*" Adsentitur Iacobsius: „Particula *ἂν* h. l. „non magis egemus, quam ap. Aesch. Choeph. v. „169. *οὐκ ἔστιν, ὅςτις πλὴν ἐμοῦ κείραιτό νιν.* Theognis 374. *οὐδ' ὁδὸς, ἥν τις ἰὼν ἀθανάτοισιν ἅδοι.*" Aliter Reisigius. *Hell.*

V. 1168. *ἐξαναςχοίμην.* Non vacat praepositio, cuius vim senties, si verba sic ordines: *οὐ ἐκ πάντων ἀνδρῶν ἄλγιστα ἐγὼ ἀνασχοίμην ἂν κλύων λόγων.* *Brunck.*

V. 1170. *τί σοι τοῦτ' ἐστὶ λυπηρὸν κλύειν;* Fortasse: *τοῦδ' ἐστι,* scil. *τοῦ υἱοῦ.* *Iacobs.* Post *λυπηρὸν* interpunximus, ut *τοῦτο* nominativus, *κλύειν* epexegesis esset. Aesch. Suppl. 278. *ὅπως τόδ' ὑμῖν ἐστὶν, Ἀργεῖον γένος.* Theb. 244. *τούτῳ γὰρ Ἄρης βόσκεται, φόνῳ βροτῶν.* ut recte Schützius ex MSS. edidit; vid. ad v. 1355. *Doed.*

V. 1172. *τάδ' εἰκάθειν.* Cum accusativo construitur etiam Phil. 465. Vid. Porson. Adv. pag. 150. *εἰκαθεῖν* edidit Elmsleius; vid. Hermann. ad Ant. 1083. *Hell.*

V. 1173, 1174. *τὸ θάκημα ἐξαναγκάζει* Winshemius vertit: *habitus supplicis me subigit:* Brunckius: *id flagitat supplex ad aram sedentis habitus.* Pro accusativo haud scio an *θάκημα* habendum sit, hoc

sensu: *si sedem supplicis (atque tutelam, quae inde paratur) velit (precibus) expugnare*: certe hanc verbi ἐξαναγκάζειν significationem *erzwingen, abnöthigen*, ex hoc loco facilius demonstraveris, quam, id quod Passovius in Lexico suo fecit, ex v. 599 (603) vel ex El. 620. *Hell.*

V. 1174. μή σοι. Sic tres codd. Perperam in impressis μή μοι. *Brunck.* μή μοι revocavit Bothius, collatis vss. 1176, 1177 (1182, 1183) et Reisigius: religionem enim deorum tutari regis esse, non hospitis. Asperius quidem hoc et paene comminationis instar dictum videri possit: monetur enim ita Oedipus, non penes se esse totius rei arbitrium, sed penes eum, ad quem confugerit. Enimvero iam vss. 588 (592) et 650 (654) paullo severius increpuerat Oedipum Theseus. Accedet fortasse aliquid lenitatis, si σκόπει non cum sequenti μή, sed cum antecedenti εἰ iunxeris, ut sit: *vide, an*: pariter, atque in Phil. v. 1391 ἀλλ' ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ' ὅρα: μή tum pendebit ex omisso δέδοικα, et v. 1174 (1180) epexegeseos instar, per se et separatim stabit. — πρόνοια Winshemio est *reverentia*, Brunckio *religio*. Adcuratius reddideris: *respectus* vel *ratio dei habita*. *Hell.* μή σοι retinui ut omnium MSS. scripturam. Caeterum μή μοι urbanius dictum sit an μή σοι, in utramque partem potest disputari; μή μοι excusantis est seipsum, sed tamen necessitatem obtemperandi iniungentis; μή σοι admonentis quidem ac paene imperantis, sed non alio consilio, quam ut admissio Polynicis (quam si ab Oedipo denegaretur, Theseus daturus erat religioni) Oedipi potius clementiae paternae ac libero arbitrio deberi videretur, quam iussui regis. *Doed.*

V. 1176. τὸν ἄνδρα — τόνδε i. e. Theseum. *Musgr.* quem consulas etiam ad Ai. 78.

V. 1179. θάρσει. Similiter in parenthesi μὴ τρέσῃς Eur. Med. 301, ibique Elmsl. *Hell.*

V. 1180. ἃ μή σοι ξυμφέροντα λέξεται. Brunckius: *quae ille tibi non commoda dixerit.* Perperam. Recte Scholiastes: ὀφείλων δὲ εἰπεῖν, ἃ λέξει ὁ Πολυνείκης, ΛΕΞΕΤΑΙ εἶπε πρὸς τὸ Α, ἤγουν ἃ λεχθήσεται. V. Porson. ad Eurip. Hecub. v. 297. *Schaefer.* Schol. ἀντὶ τοῦ λέξει. Accedit Heindorfii autoritas ad Plat. Cratyl. p. 160 „λελέξεταί γε τὸ πρᾶγμα. Cod. „Gud. λέξεται *quod soloecum puto.* An λελέξεται „scribi debebat, ut de rep. V. p. 457. B. aut λεχθήσεται.“ Attamen pro passivo esse λέξομαι convincunt Eur. Hec. 905. Alc. 325. Iph. T. 1047. Herc. F. 852. Vid. Monk ad Hipp. 1458. *Doed.*

V. 1181, 1182. τά τοι καλῶς. Inest sententiae antithesis versuum anteced. *Fieri tamen possit*, dicere videtur Antigone, *ut is aliquid boni meditetur: hoc quomodo ad nos perveniat, nisi eum audiveris? Hell.* Diodotus apud Thuc. III, 42. τοὺς λόγους, ὅστις διαμάχεται μὴ διδασκάλους τῶν πραγμάτων γίγνεσθαι, ἢ ἀξύνετός ἐστιν ἢ ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφέρει· ἀξύνετος μέν, εἰ ἄλλῳ τινὶ ἡγεῖται περὶ τοῦ μέλλοντος δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ ἐμφανοῦς φράσαι. *Doed.*

V. 1183, 1184. μηδὲ δρῶντα. Perperam in libris μήτε. Mendose etiam quae sequuntur scripta τὰ τῶν κακίστων δυσσεβεστάτων. Toupii emendationem, et certissimam et elegantissimam, recepi, quam protulit ad Suidam II, 80. τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων. Neutrum est plurale κάκιστα, vice adverbii, ut supra 696 (700) μέγιστα. Pro glossa superscriptum fuerat

κακίστως, quod in κακίστων mutatum, textum invasit. *Brunck.* Emendare conati sunt magni nominis critici, R. Dawesius Miscell. Crit. pag. 342 et Ioh. Toupius in Suidam v. καταινέσαντες. Prior legi vult τὰ τῶν κακίστων δυςσεβέσταθ', ὦ πάτερ. Alter τὰ τῶν κάκιστα δυςσεβεστάτων πάτερ. Mihi prae utroque placebat, τὰ τῶν κακίστων κἀσεβεστάτων, πάτερ. [Ita ipse Toupius curis posterioribus in Praefat. ad partem III Emendationum]. *Musgr.* Dawesii emendationem praeferendam censui, quanquam Reisigio, δυςσεβέσταθ' ἄν, πάτερ coniicienti, h. l. interiect. ὦ frigere visum sit. Vellem hoc praeceptum fusius tractasset. Mihi quidem huius interiectionis usus apud Graecos multo latius patere videtur, quam vel apud Latinos, vel apud Germanos; ut initiis orationum Thucydidiarum ubique fere simplicissima compellatio et cui nihil vel admirationis vel imprecationis vel iracundiae, denique nihil inest, quod cum quodam animi affectu pronunciandum sit, tamen addito ὦ effertur. Alioquin non male legeris: τὰ τῶν κακίστων δυςσεβέσταθ' ὄντα περ. Phil. 60 ἔσχατ' ἐσχάτων κακά. *Doed.* Porsonus ad Eur. Hec. 624. in Toupii rem excitat μέγιστον ἐχθίστη Med. 1320 et πλεῖστον ἐχθίστης Soph. Phil. 631. Enimvero quid nostro loco fiet articulo τὰ, quo ista carent exempla? Praeterea Reisigius monet, μάλιστα tum potius dictum oportuisse, ad superlativum impietatis exaggerandum: κάκιστα praeter morem esse graece loquendi. Nisi forte Latinos, ut *male* pro *valde*, sic *peius* pro *magis*, (*cane peius et angue*) dicentes, graecam auctoritatem in hoc quoque secutos dixeris. Bothius τὸ τῶν κακίστων δυςσεβέστατον. *Hell.*

V. 1185. θέμις. Pro θέμιν poni bene indicat editor Oxoniensis, citans ἐνθυμούμενος pariter adhi-

bitum Aeliano Var. Hist. XIII, 20, ubi plura dat Perizonius. *Musgr.* Adsentitur Buttmannus (in Gramm. ampl. I, p. 232) coll. Plat. Gorg. p. 505, d. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, in quo loco Reisigii ratio, φασί parentheticum statuentis et μεταξὺ εἶναι connectentis, displicet ob ea, quae proxime antecesserant: μεταξὺ τὸν λόγον παραλίπωμεν. Addit praeterea Elmsleius Aesch. Suppl. 340

πότερα κατ' ἔχθραν ἢ τὸ μὴ θέμις λέγεις;

Iam nunc iungenda sunt: ὥςτε . . θέμις . . εἶναι. Eandem structuram Erf. in marg. probavit, non tamen sine correctione: „Miror equidem Toupium „facillimam Dawesii correctionem θέμιν reiecisse, ut „inauditam locutionem in linguam Graecam invehe„ret. Magis miror, Brunckio eum sententiam suam „probavisse. Porson. ad Toup. p. 453. De positu „pronominis σέ cf. Trach. 734."

Ibid. σέ γ' εἶναι. Eleganter abundat verbum ut in τὸ νῦν εἶναι, ἑκὼν γε εἶναι. Vide auctorem libelli de Dialectis §. XXIX de Dial. Attica, et Piersonum ad Moeridem p. 564. *Brunck.* Inter exempla, quae de pleonasmo verbi εἶναι afferuntur, nullum invenio huic loco simile; vid. Reiz. ad Vig. pag. 727. 738. Nihil hic difficultatis esset si legeretur:

θέμις σέ γ' οἶμαι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς.

idque puellam et filiam imprimis deceret. *Iacobs.* Astius: θέμις στυγεῖν καί. Hermannus in Mus. ant. stud. Vol. I p. 212 coll. ad Vig. p. 889 interpretatur: „*ut tu sis is, qui illum malis remunereris.* „Nos: *du für deine Person.*" Sed vid. ad θέμις.

V. 1186. ἀλλ' ἔα 'υτόν. Sic scriptum oportuit

pro ἀλλ' ἔα αὐτόν, *at missum eum fac.* Perperam in impressis et codd. ἀλλ' αὐτὸν, vel αὐτόν. De hoc loco egi ad Comici Ranas 1243. Parisinorum hominum quos ibi innui coniecturae longe sunt futilissimae, nec quibus refellendis immorer dignae. *Brunck.* Dawesius legendum autumat ἀλλ' ηὐτόν, i. e. ἀλλ' ἔα αὐτόν. Mihi ea crasis duriuscula videtur, nec prius admittenda, quam aliis exemplis confirmetur. Tentabam igitur ἀλλ' ἄνυσον, *tu vero fac, quod volumus.* Vel, ἀλλ' εἶξον. *Musgr.* Nec reliquorum tentamina invidenda sunt lectori. ἀλλ' εὔτοι Dupuis cum antecc. iungens, de hiatu minime sollicitus: ἀλλ' οὔτ' ἔνεισι Burgess. posito sq. v. interrogationis signo post ὀξύς. ἅλις αὐτόν Vauvillersius, obscure: ἄληκτον Bothius, *rependere indesinenter*; ἀλλ' αὐτὸν ἔα σύ, subaudito in sqq. εἰσίν, Burgess. ad Eur. Troad. 323. Probabilius his omnibus Ed. Glasg. ἔασον, quod placuit Reisigio, Brunckii crasin durissimam iudicanti. Attamen quum haec Wolfius quoque Anall. II, p. 456 in suspenso relinquat, Brunckium ob sensus elegantiam cum Schaefero sequi maluimus. Vulgatum per aposiopesin explicare volunt Burtonus et Mudgius, *sed ipsum sibi,* i. e. *satis enim sua ipsius ulciscetur improbitas.* Haud sane feliciter. *Hell.* Ego non potui adduci Reisigii iudicio, ut vel ἔα 'υτὸν nimis duram crasin existimarem, vel ἔασον in textum reciperem. Sum enim is, qui in huiuscemodi quaestionibus grammaticis duorum locorum consensu edoceri me facile patiar. Atqui Reisigius ipse suppeditat duos locos, ex Aristoph. Ran. 1243 et Lys. 945, quorum hic certe:

ἔα αὔτ' ὦ δαιμόνια

nullam a librorum MSS. dissensu habet suspicionem. Imo ita Brunckium probo, ut eius exemplum secu-

tus, in nostri Ai. 1312 emendaverim: γυναικὸς, ἢ τοῦ σοῦ 'νθομαίμονος λέγω; pro σοῦ θ' ὁμαίμονος. *Doed.*

V. 1188. ἐπῳδαῖς. Aesch. Prom. 172. καί μ' οὔτι μελιγλώσσοις πειθοῦς ἐπαοιδαῖσι θέλξει. Eur. Hipp. 478. εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι. quibus Plato et Platonici passim usi sunt. *Iacobs.* * Praeclare huius vs. ope veram lectionem in Plat. Phaed. p. 77, E restituit Heindorf. p. 96. ἐξεπᾴσητε. *Doed.*

V. 1189. μὴ τανῦν ἀποσκόπει, *ne animum ad antiqua illa reflectas.* Non dixisset hoc Antigone, nisi antiqua etiam ista documentum praeberent, quantum ira malorum pariat. Si quaeratur, quid in his calamitatibus ab ira profectum sit, respondeo, Oedipum prae impatientia ad natales suos investigandos Corinthum reliquisse, deinde in itinere, ira commotum, Laio caedem intulisse. *Musgr.* Camerarius, quum scriberet: „Iubet priorum meminisse. „Vult igitur eum irascentem compescere Antigone, „iubetque vetera eum revolvere, in quibus inventu„rus sit, qualis soleat esse irae exitus," haud dubie μοι pro μὴ legit. Mihi idem sensus requiri sanè videtur; neque enim video, cur verendum fuerit, ne πημάτων illorum recordatione implacabilior reddatur Oedipus erga filii delicta; nisi forte ideo scilicet, ne stomachus patris reminiscentis, quanta mala quam innocens toleraverit, moveatur in omne genus humanum, ut lenibus consiliis nullum relinquat locum. Quae sententia a cothurni gravitate alienissima foret. Sed μοι, quoniam valde dubium est, num MSti autoritate nitatur, quamvis aptum non admisimus, verum et scriptura Aldina revocata et distinctione mutata sic edidimus:

σὺ δ' εἰς ἐκεῖνα, μὴ τὰ νῦν, ἀποσκόπει,
πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ' ἅπαθες.

h. e. *tu noli ea tibi ante oculos ponere mala, de quibus nunc agitur, sed quae circa patrem matremque passus es. Quae si intueri voles, certo scio, cogniturum te esse, quam infaustus iram maneat exitus.* In his *τὰ νῦν* sc. *πήματα* ea mala sunt, quae patri illata fuerant a Polynice; in quibus ea inerat impietas, cuius accurata contemplatione verendum esset ne exacerbaretur potius Oedipi animus, quam ad placabilitatem et clementiam promptus fieret. Deinde *πατρῷα πήματα parricidium, μητρῷα incestum* indicant. Quae facinora quanquam *commissa* fuerant ab Oedipo, tamen Antigona, quo minus laedat patris animum commemorandis ipsius facinoribus, addit *ἅπαθες*, quippe quae *πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα* (v. 260.) Harum omnium miseriarum causa fuit Oedipi iracundia; si rem accurate spectes, caedis duntaxat paternae; non item incestus. Sed ne Iocaste quidem viduata fuisset, nisi Oedipus Laium occideret. Ita caedes per iram commissa (cf. Oed. T. 806 — 812.) etiam incestum traxit. Non alia admonitione utitur Ismene, qua sororem deterreat a consilio sepeliendi fratris, Ant. 49 sqq. Simillime *κεῖνα* usurpatum reperies in Hom. Od. XVII, 593.

Ὦ φίλ', ἐγὼ μὲν ἄπειμι, σύας καὶ κεῖνα φυλάξων,
σὸν καὶ ἐμὸν βίοτον· σοὶ δ' ἐνθάδε πάντα μελόντων.

Iam quid de versu seq. statuendum sit, sponte patet; primum *κἂν* non significare *etiamsi*, sed *καὶ* ad *οἶδα* esse referendum; deinde *λεύσσῃς*, quae lenissima est Piersoni coniectura pro *λύσῃς*, eandem esse aptis-

simam, ita quidem, ut κεῖνα, quod oppositum est τοῖς νῦν, magis intendatur voce, quam λεύσσῃς. Praesens tempus ideo locum habere, quod non de subito conspectu, sed de contemplatione tranquille continuanda ageretur, monuit Buttmannus in Gramm. ampl. Tom. I p. 384, not. *Doed.*

V. 1190. ἄπαθες, una voce scribi debuit, e duabus conflata ἃ ἔπαθες. Fit crasis vocalium α ε in α, quod ideo producitur, ut τἀμὰ ex τὰ ἐμά, ἅγὼ ex ἃ ἐγώ, aliaque huius generis infinita, quae divisim excudi solent cum elisionis signo, male. Nulla in his est elisio, sed vocum coalitio. Mirum est Henr. Stephanum hic offendisse. In versu 354 (361)

ἐγὼ τὰ μὲν παθήμαθ', ἄπαθον, πάτερ,

contra fidem editionum Aldi et Turnebi edidit ἃ ἔπαθον, ingrato hiatu, qualem in scena non ferebant Athenienses. *Brunck.*

V. 1191. Codd. et impressi habent κἂν κεῖνα λύσῃς, quod sensu prorsus cassum, manifeste depravatum est. Reiskius coniecit κἂν κεῖν' ἀτίσῃς: Toupius, κἂν κεῖν' ἐάσῃς. Absurde uterque. *Nam haec si nihil facias*, vel *nam haec si omittas*, plane contrarium est eius, quod sententia fert, quodque ex sermonis serie Antigonen cogitare liquet. Proclivis erat emendatio, literulam reponendo, quae librariorum culpa exciderat: κἂν κεῖνα λεύσῃς. Id iamdudum ipse videram, et postmodo lubens comperi mecum sentire virum ingeniosum et perquam sagacem Thomam Tyrwhitt, cuius in schedis mecum benigne communicatis ista reperi: *Legendum* λεύσσῃς. Sensus est: *Ne respicias ad illas calamitates* etc. *Quin si illas spectes, intelliges* etc. At vero λεύσῃς

scribendum in aoristo, non λεύσσῃς in praesenti. *Brunck.* Leg. cum Piersono [Verisim. pag. 250] λεύσσῃς. Superest tamen et aliud mendum, quod sic sustuleris:

κἂν καινὰ λεύσσῃς, οἶδ᾽ ἐγὼ —

Neque nunc tu antiqua illa respicias: nam si vel recentia tantum contempleris, irae exitum calamitosum esse intelliges. Musgr. Male Musgr. καινὰ coniecit. Sensus enim est: illorum malorum contemplationem tantum abesse, ut iram concitet et inflammet, ut potius ad eam sedandam et cohibendam facere debeat. *Iacobs.* Reisigius ἀλύξῃς: „ab fatalibus enim malis eum avocare studet atque ad ea „traducere, quae sibi suopte furoris aestu consciverat. Paternis igitur atque maternis malis omissis, reliqua sibimet ipsum contraxisse arguit, ut quanta sit „irae pernicies, opportune commonefaciat.“ In interpretando toto hoc loco maxime mihi satisfacit Brunckius: *Tu vero ne nunc mala illa respectes* (e vulgari interpunctione) *quae passus es ob commissa in patrem matremque piacula; quamquam si illa penitus inspicias, cognosces, sat scio, quam malus sit irae impotentis exitus. Hell.*

V. 1192. τελευτὴν, ὡς κακὴ προσγίγνεται. ita interpretantur, quasi ultima verba sint pro epexegesi, ut in illo: τοῖς πέμψασιν, οἵ μ᾽ ἀπήλασαν. Sed intolerabilis est haec vocis κακὸς repetitio: imo opposita sunt τελευτή et προσγίγνεσθαι, hoc sensu: *ira foeda inceptu est, foeda exitu*; ὡς est *sicuti*, κακοῦ pro κακήν per antiptosin. *Doed.*

V. 1193. In codd. ut in impressis legitur ἔχεις γὰρ οὐ βίαια τἀνθυμήματα. Quod Iohnsonus vertit: *Habes*

enim argumenta non per vim obtrusa. Absurdam versionem ex absurdis Graecis et foede corruptis nasci consentaneum erat. Locum depravatum esse vidit Heathius, sed nihil amplius: inepta est eius coniectura, totaque quam dedit huius loci versio, inficetissima est. Nos verissime poëtae manum restituimus:

ἔχεις γὰρ οὐχὶ βαιὰ τἀνθυμήματα.

Vide Lexicon in *Βαιόν.* Inde orta depravatio, quod quum librarius *οὐ* pro *οὐχὶ* scripsisset, alius postmodo, ne titubaret versus, *βίαια* scripsit pro *βαιά*, de sententia minus, quam de metro sollicitus. In *οὐχὶ* paragogen saepe omiserunt librarii, quod observavi in priorem Oedipum 993. *Brunck.* Lego *οὐχὶ βαιὰ*, *non exigua documenta. Musgr.* Heathius *οὖν βίαια*, quod probant Porson. ad Med. 585, Schaefer. et Reisig. Hoc utique propius ad scripturam accedit: illud gravius et significantius Iacobsio quidem mihique videtur. Vulgatam, in qua explicanda frustra laborarunt Winshemius et Iohnsonus, vertentes: *habes enim huius rei indicia non per vim oblata:* vir quidam doctus ita expedire studet: *Non violenter te adficient, quae monebuntur, quia ob coecitatem decipi et flecti non potes adspectu propinqui oris.* Tale aliquid Benedicto quoque obversatum videtur. Equidem sic potius locum intellexerim. Dehortata iam ante erat patrem Antigone, ne nimium iracundiae indulgeret. Iam addit: *Non* (vel *nondum*) *satis graviter de te rebusque tuis meditatus es: nondum tam validas firmasque radices egit malorum tuorum memoria, ut ad sanam te mentem revocet.* Aut si malis, per interrogationem: *Non tu satis monitus es?* Tum apte cohaerent, quae sequentur: *ἀλλ' ἡμὶν εἶκε. Hell.* Interrogative enun-

ciare placuit, quamvis hanc ipsam rationem cavit Reisigius. Exempla negationis verbo postpositae petas ex Matth. Gr. p. 898. Si quid mutandum foret, anteferrem ἔχεις γὰρ οὖν βίαια, ut retineatur adiectivum βίαιος maxime illud idoneum et ductum illud ex arte rhetorica; in qua cum βίαιος λύσις dicatur, ubi quis suis ipsius armis petitur (cf. Ernesti Lex. Rhet. p. 57) eodem epitheto meditationes, quas Oedipus volvere iubetur, insigniuntur, quia sua ipsius coecitate exemplum sibi habebat propositum et quasi obtrusum, quo fieri non poterat, quin acriter moneretur. *Doed.*

V. 1194. ἀδέρκτων. Bothius ἀδέρκτως. Atque Burgessio olim iam in mentem venerat corrigere τ' ἄδερκτος et καλώμενος, quod tamen commentum dein reiecit. Nihil omnino mutandum. Verte: *oculis tuis ita orbatus, ut ii nihil videant.* Est enim insignis illius prolepseos (hoc nomine primus, quod sciam, sic usus est Iacobsius Anth. XI, p. 406) exemplum, quam quidem utriusque sermonis poëtae frequentissime adhibent, nec prosarii scriptores adspernantur. Additur nimirum verbo participium vel adiectivum vel etiam substantivum, id, quod verbi actione demum efficitur, tamquam praesens aut praeteritum sistens, ita ut ubique per ὥστε — εἶναι resolvere possis. Obiter illam attigere Heinrich ad Virg. A. X, 87. Erfurdt. ad Ant. 783 ed. mai. Solger. ad Ant. pag. 256. Wunderlich ad Tib. pag. 105. Censor Bothianae editionis in Ephem. Ien. 1810 Nro. 140 pag. 320. Schaefer. ad Theocr. p. 215. aliquanto copiosius autem tractarunt Lobeck. ad Ai. p. 299. Seidler. ad Eur. El. p. 61. et Herm. ad Vig. p. 897. Quoniam multis illa iisque doctissimis fraudi fuit viris, haud absonum fortasse fuerit,

adcuratius de ea agere, simul quod ex adlatis exemplis elucebit, quantopere etiam Noster ea gavisus sit.

Quod si plures inter se contuleris locos, omnino reperies, quae ita efferuntur, in tria fere genera dividi posse. Primum genus ad pleonasmos, qui quidem videntur, referri quodam modo liceat, nimirum, si adiuncto epitheto tamquam synonymo augetur atque intenditur verbi notio, aut nulla prorsus, aut exigua tantum addita sententiae sive imaginis novitate. Sic Thuc. III, 112. πρώτους προὔταξε. Eur. Hec. T. 1070. ἀπόκρυφον κρύψω: quo in utroque exemplo non solum eiusdem sensus, sed eiusdem etiam ἐτύμου est verbum et adiectivum. Phoen. 69, 70. τελεσφόρους εὐχὰς κραίνει. Hec. 499, 500. μετάρσιον ἔπαιρε πλευράν. Soph. Trach. 163. διαίρετον νέμοι. et quae alia Lobeckius laudat. Adde Eur. Suppl. 978. νοτερὸν πτύχα τέγξω. Hor. I ep. XII, 18. *quid premat obscurum lunae.* Ep. ad Pis. 346. *longum proroget aevum,* quod ex Herodot. fere expressum, qui πλεῦνα ἐκτεῖναι λόγον dixit VII, 51. pariter atque Noster Trach. 679. μεῖζον' ἐκτενῶ λόγον. Lucan. 134. *novas reparare vires.* 170. *longa extendere rura,* quod frustra sollicitavit Ieverus. Nec plane spernenda lectio quorumdam codicum apud Hor. II ep. II, 80. *contacta sequi vestigia vatum:* ubi Bentleius *non tacta* intulit.

Deinde verbo cuius suspensa notio est, additur epitheton, adcuratius rem definiens, et interdum praepositionis cum casu suo vicem praestans. Huc pertinent quum verba periphrasi inservientia τιθέναι, Soph. Ai. 1405, 1406. ἀμφίπυρον θέσθαι, Eur. Hec. 653. δίαιμον ὄνυχα τιθεμένα, et ἀνύειν Soph. O. T. 166. ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα, tum potissimum verba motum indicantia. O. T. 1518. πέμψεις ἄποικον. Trach. 376. εἰςδέδεγμαι πημονὴν ὑπόστεγον. Ai. 369.

ἄψοῤῥον ἐκνεμεῖ πόδα. Eur. Hec. 785. *ἀφῆκε πόντιον.* 928. *νόστιμον ἐκίνησε πόδα.* 769, 770. *ἐκβάλλει θαλασσόπλαγκτον.* Phoen. 76. *φυγάδα δ' ἀπωθεῖ.* Virg. A. I, 70. *diversos age.*

Tertium genus, uberrimum illud quidem et gravissimum, in quo praecipue placuisse sibi latinos scriptores graecorum imitatione videmus, cum verbo per se iam significante iunctum sistit epitheton significantius etiam, ita ut oratio plenior evadat atque adcuratior. Praeter Lobeckiana exempla Ai. 517. *καθεῖλεν ᾅδου οἰκήτορας* (ubi notes substantivum) et Ant. 885. exstat in nostri dramatis v. 480 (487.) *δέχεσθαι σωτήριον.* Ant. 783, 784. *δικαίων ἀδίκους φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ,* frustra infestatum a Reiskio et Musgravio. Ai. 460, 61. *λιπὼν μόνους* (*allein lassend*) *Ἀτρείδας.* 1307. *ὠθεῖς ἀθάπτους.* 1388. *λωβητὸν ἐκβαλεῖν.* El. 68. *δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα.* Trach. 573. *μελαγχόλους ἔβαψεν ἰούς.* (quod et ipsum per praepositionem cum casu efferri poterat.) Aesch. Ag. 1259. *εὔφημον κοίμησον στόμα.* Catull. Ep. Pel. 142. *cuncta dispergunt irrita venti.* Virg. G. I, 142. *pelago trahit humida lina.* II, 172. *imbellem avertis Indum:* ubi Ruaeum Cerdamque perperam sequitur Heynius, quum Servius iam meliora monstrasset, confirmasset Vossius. Aen. IX, 225. *laxabant corda oblita laborum.* Hor. II, od. 9, 1. *imbres nubibus hispidos manant in agros.* III, 16, 19. *late conspicuum tollere verticem.* C. Saec. 43. *liberum munivit* iter. Cic. Fin. V, 29. *agros deseruit incultos.*

Sed obvii etiam sunt loci, ubi dubium est, utrum id, quod designatur epitheto, ex verbi demum actione sequatur, an cum illa simul exstare, aut alioquin vel antea exstitisse videri possit. Haec cautius severiusque examinanda erunt, ne prolepsin putes,

quae revera nulla est. Aeschyl. Prom. 380. *σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.* Soph. O. T. 905—907. *φθίνοντα θέσφατ' ἐξαίρουσιν.* 1505, 1506. *μὴ περιΐδῃς πτωχὰς, ἀνάνδρους, ἐγγενεῖς, ἀλωμένας.* Phil. 679, 80. *δέσμιον ὡς ἔλαβε* (*gefangen genommen*). Trach. 276. *πρατὸν ἐξέπεμψεν.* Ai. 66. *δείξω περιφανῆ νόσον.* Eur. Hec. 1112. *μέθες μ' ἐφεῖναι μαργῶσαν χέρα.* Phoen. 1079. *λιθόβολον κατείργασαι.* Hor. III, od. 3, 63. *ducente victrices catervas.* Ep. I, 15, 6. *cessantem nervis elidere morbum.* Sall. Cat. XV fin. *ita conscientia mentem excitam vastaverat.* Liv. VI, 34. *obnoxios submiserant animos.*

Ex his, quae hactenus prolata sunt, facile poterunt diiudicari: Soph. Ai. 69. 402. 986, 987. Trach. 1085. Phil. 1157. O. T. 193. Ant. 1203, 1204. 1275. El. 18, ubi vid. Herm. 207, 208. Eur. Hec. 830, 831. Phoen. 350. 682. Virg. A. I, 69. III, 236. V, 604. VI, 510. Hor. S. II, 1, 46. Tibull. I, 2, 51. Sallustianus locus Fragm. p. 935. ed. Corte: *plebes armata montem sacrum — insedit:* (i. e. qui ab illa populi secessione sacri montis nomen accepit) prolepsin continet tam historicam, quam poeticam. Ceterum huic dicendi formulae ex adverso paene respondere videtur altera illa, de qua ad v. 230 (237) locuti sumus.

Ad externam quod attinet formam, in omnibus, quae hactenus dedimus, exemplis, adparuit accusativus obiecti cum verbo activo. Nec parum frequenter nominativus additur verbo passivo vel intransitivo. In huius dramatis v. 119 habemus *ἐκτόπιος συθεὶς* 422, 423 (429, 430) *ἀνάστατος ἐπέμφθην.* Trach. 698. *ῥεῖ πᾶν ἄδηλον.* 478, 479. *πολύφθορος καθῃρέθη.* Ai. 353. *κῦμα ἀμφίδρομον κυκλεῖται.* 830. *ῥιφθῶ πρόβλητος.* El. 512. *πρόῤῥιζος ἐκριφθεὶς.* Eur. Hec. 915. *ἐπιδέμνιος πέσαιμι.* Virg. G. II, 522. *mitis coquitur*

vindemia. IV, 400. *doli frangentur inanes.* Hor. III, od. 30, 8. *crescam laude recens.* II, S. 2, 16. 17. *atrum hiemat mare:* quod aliter intellexisse videtur C. Kirchner. Lucan. I, 305. Cortii lectionem: *implentur validae tirone cohortes* non satis perspexerat Burmannus. Minus vulgares sunt alii casus, sine illa rectione verbi grammatica sermoni plus etiam audaciae adferentes. Memorabilis imprimis nominativus ita positus El. 185, 186. ἐμὲ ἀπολέλοιπεν βίοτος ἀνέλπιστος. Genitivum exhibent Soph. praeter nostrum locum Trach. 106, 107. εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον. Ant. 1186. κλεῖθρ' ἀνασπαστοῦ πύλης χαλῶσα. et Catull. Ep. Pel. 129. *mollia nudatae tollentem tegmina surae.* Dativum habes Aesch. Suppl. 224. ἐλευθέροις οὖν ἐσθλὰ κηρυκευέτω, detrusum a Schützio in ed. rec. Virg. G. II, 482. *quae tardis mora noctibus obstet.* Hor. I, ep. XVI, 23. *donec manibus tremor incidat unctis.* Iuv. VI, 159. *Et vetus indulget sensibus clementia porcis.* Sil. It. IV, 41, 42. *laetis ostentat ad urbem per campos superesse viam:* ubi temere *laetos* Markland. ad Stat. S. 26. Accusativus, quem vulgo per omissum κατά explicant, reperitur Soph. Trach. 914. λαθραῖον ὄμμ' ἐπεσκιασμένη et Catull. Ep. Pel. 64. *non contecta levi velatum pectus amictu.* Ablativus comparet Hor. II, ep. I, 60. *arcto stipata theatro.*

E nostratibus Schillero praecipue placuit hoc idioma. *Seh' ich nicht, dass alles Lebensblut aus euren geisterbleichen Wangen wich* (Wallensteins Tod, Act 3 Sc. 6.) *Aber ihnen schloss auf ewig Hecate den stummen Mund* (Hero und Leander.) *Blindwüthend mit des Donners Krachen zersprengt er das geborst'ne Haus* (Lied von der Glocke.) *Hell.*

V. 1198. Post νικᾶτέ με comma delevimus ut ἡδονὴν pendeat ex λέγοντες. Aristoph. Plut. 637. λέγεις μοι χαράν. Sic facile Bothiana coniectura νικᾶτέ μοι carebimus. *Doed.* Equidem huiusmodi traiectionum non amantissimus νικᾶν h. l. una cum sensu verbi ἐξαιτεῖσθαι constructionem quoque duplicis accusativi induisse putaverim. *Vincitis me,* dicere vult Oedipus, *extorquentes oratione vestra rem, vobis quidem iucundam, mihi vero permolestam.* Erf. confert Both. ad Trach. 49. Eur. Hel. 780. *Hell.*

V. 1200. ἐλεύσεται. Legitur etiam Trachin. v. 595. Formam hanc, in epicorum poëtarum carminibus tam frequentem, (ac profecto hexametro accommodatissima est,) scenici perraro usurpant. Apud ceteros scriptores Atticos videtur prorsus obsolevisse. *Schaef.* Futurum ἐλεύσομαι, quod usurpant Aesch. Prom. 853. Suppl. 551. Soph. Oed. C. 1200 (1206.) Trach. 595, comicis et prosae orationis scriptoribus fere inusitatum. Corruptus videtur Lysiae locus κατὰ τῶν Σιτοπώλων p. 719. Reisk. *Elmsl. ad Heracl.* 210.

V. 1203. Erfurdtius laudat Eur. Or. 81, 526, nescio qua de causa.

V. 1204. σῶς — ἴσθ' — Sic bene Ios. Scaliger, teste Valckenario ad Hippol. 304. Subauditur participium, quicum imperativus ille ἴσθι fere iungi solet, ut in Oed. T. 1181. ἴσθι δύσποτμος γεγώς. Codd. et impressi σῶν ἴσθ' — Inepta glossa in T. ἤγουν σῶον ἐμέ. *Brunck.* σῶς. *Musgr.* Incommode enim vulgatam ita defendas ut ψυχήν ex v. 1201 cogitatione repetas; quanquam de forma feminina σῶν dubitationem exemit Spalding. ad Dem. Mid. p. 96. Nos

σὲ δὲ σῶν non praetulissemus Brunckiano σὺ δὲ σῶς, nisi addiceret quadamtenus scriptura MS. LA. De σὲ pro σαυτὸν vid. ad v. 1163. *Doed.*

V. 1205. Interea dum discessit Theseus rursus canit stasimum Chorus. Is enim Oedipi molestias contemplatus atque suae simul respiciens vitae incommoda, in eum exspatiatur locum, ut labores et damna vitae humanae percurrat, quae quidem eo maiora sint futura, quo quis plus appetat. *Reisig.* Oedipum ipsum primo obtutu existimes ut vitae nimis amantem vituperari huius carminis principio. Atqui non eo vitio vel crimine tenebatur. Nihilominus paulo arctius, quam ex Reisigii verbis colligas, cum Oedipi fatis cohaeret haec contemplatio. Namque non genitus solum fuerat Oedipus contra fas et monita deorum, (φὺς ἀφ' ὧν οὐ χρῆν Oed. T. 1185) ut μὴ φῦναι huic, si cuiquam alii, longe optimum fuisset: sed vivebat etiam adhuc quasi ὑπέρμορον, qui, cum primum natus esset, continuo exitio destinatus miraculo quodam effugerat mortem. Ut melius illi fuit, iam tunc in saltibus Cithaeronis perire et βῆναι κεῖθεν, ὅθενπερ ἥκει, ὡς τάχιστα! Iam qui tot tanta Oedipi mala contemplatur, quae secuta sunt illam salutem, non sane tenebitur longioris vitae desiderio, praesertim cum nullo quisquam satietur vitae spatio, qaamtumvis extento, si quis forte tamdiu quidem vivere se cupiat, donec voluptatibus affatim delectatus libenter moriturus sit. Non dissimilis est Philoctetae commiseratio, Phil. 169 — 179, clausula maxime:

ὦ παλάμαι θνητῶν,
ὦ δύςτανα γένη βροτῶν,
οἷς μὴ μέτριος αἰών!

h. e. *quibus non datum est, ut opportunitate mortis imminentes calamitates eludant.* *Doed.*

V. 1206. χρῄζει. Cum genitivo occurrit Ai. 476 (473). Eurip. Phoen. 206. *Musgr.* Eur. Hel. 681. τίνων χρῄζουσα προςθεῖναι κακῶν; laudat Erfurdtius. Verum hic genitivus a προςθεῖναι pendere videtur. *Hell.*

Ibid. παρείς, *negligens, non curans.* Cum genitivo alibi non invenio. *Musgr.* Bothius πάρος, ob genitivum: quem tamen facile poterat interpretari repetito χρῄζειν: ut olim fecimus in Spec. Soph. p. 29, probante Elmsleio et Herm. in Eph. Lips. 1814 n. 166. Sed H. Vossius iun. in Anall. Heidelb. 1815 n. 41 παρείς in substantivi notionem abiisse putabat; *mediocritatis contemtor.* Iam nunc cum Reisigio facio existimante „genitivos τοῦ μετρίου ex „comparativo gradu πλέονος esse aptos, participio „abundanter adiecto;" vid. ad v. 468. Conferre libet Fragm. Alexid. Com. I.

οὐδ᾽ ἂν εἷς οἶνόν ποτε
προσίετο πλεῖον τοῦ μετρίου. *Doed.*

V. 1207. σκαιοσύναν φυλάσσων dicitur ut θυμόν, γλῶσσαν, νοῦν τρέφειν. Ai. 1143 (1124). Antig. 1101 (1089). *Musgr.* Utrumque verbum ut φέρειν (φορεῖν) 1256 (1262) pro ἔχειν usurpari, dicit Bothius ad Oed. T. 569. *Hell.*

V. 1208. ἐν ἐμοί, *apud me, me iudice.* Matth. Gr. p. 842. Oed. T. 677. σοῦ μὲν τυχὼν ἀγνῶτος, ἐν δὲ τοῖςδ᾽ ἴσος. Trach. 621. οὔτι μὴ σφαλῶ γ᾽ ἐν σοί ποτε. Item fortasse ἴσος ἐν ἴσοις ἀνήρ explicandum in Phil. 685. Valck. ad Hipp. 252. Elmsl. ad Heracl. 754. *Doed.*

Ibid. ἔσται. Vox frigidiuscula, cui forte sufficiendum αἰεὶ, male in versum superiorem intrusum. *Musgr.*

V. 1209. αἱ μακραὶ ἁμέραι, *longa aetas*, coaluit ex αἱ πολλαὶ ἁμέραι et ex ὁ μακρὸς βίος. ut *longi anni* in Virg. Aen. X, 549. vid. ad v. 1602. μακραὶ γ' ἁμέραι Lachm. Chor. p. 177 ob hiatum, quem notare Seidl. ad Eur. El. 155 satius habuit. *Doed.*

V. 1210. κατέθεντο. tanquam onus quoddam dies multa deponunt et hominibus imponunt molesta et aerumnarum plena; λύπης ἐγγυτέρω, propius ad tristitiam quam ad voluptatem, pro πολλὰ λύπην μᾶλλον ἢ ἡδονὴν ἔχοντα. *Iacobs.* Πολλὰ non *saepe* sed *multa* significare videtur, κατέθεντο non *admovent* valet, sed *reponunt, recondunt*; λύπας genitivus est; λύπας ἐγγυτέρω pro λύπας μετέχοντα. *Elmsleius.* Haec ratio contorti aliquid habet. Ni fallor, ἐγγυτέρω καταθέσθαι dictum pro παρὰ πόδας, vel ἐμποδὼν θέσθαι. Medium pro activo, ut infra v. 1404 (1410) ἐν τάφοισι θέσθε. Λύπας accusativus est. *Doed.*

V. 1212. ἴδοις ὅπου, ὅταν ex emendatione Elmsleii et Hermanni elegantissima recepimus. Vid. Ai. 103. Oed. T. 920. Erfurdtius in marg. tentaverat: οὐκ ἂν ἴδοις ἔτι, ὅταν κ. τ. λ. *Hell.*

V. 1213, 1214. τοῦ θέλοντος. Erunt fortasse qui τὸ θέλον *voluntatem* exponent, perinde ac τὸ βουλόμενον, quod ex potestate adhibitum ostendi ad Eur. Iph. A. 1280. Verum ut bona sit locutio, sententiam absurdam efficit. Loquitur poëta de iis, qui longaevitatis cupidi sunt. Eosne igitur dicit, nullam voluptatem sentire (τὰ τέρποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις) postquam inciderunt ἐς πλέον τοῦ θέλοντος; *in aliquid*

votis maius? tanquam scilicet ipsa longaevitas, seorsim spectata, iis displicere possit, quibus id ipsum summa votorum erat. Melius haud dubie foret, mala, quae longaevitas adiuncta sibi habet, commemorari; ut si legamus

— ἐς πλέον πέσῃ
τοῦ σθένοντος —

Voluptates non cernas, postquam aliquis diutius vixerit, quam robur et valetudo duraverit. Τὸ σθένον *robur*, ut τὸ θυμούμενον *ira* Eur. Hec. 299. τῷ χαίροντι τῆς ψυχῆς Plutarch. vol. II p. 1089. E. 1098. D. τὸ ἐπιθυμοῦν et τῷ αἰσθανομένῳ ibid. 1092. F. 1093. A. Conf. ad Antig. 916 (904). *Musgr.* τοῦ θέλον non videtur sincerum esse; sed Musgravii coniectura τοῦ σθένοντος ferri nequit. Suspiceris τοῦ θάλλοντος, *si quis florem et vigorem excesserit vitae.* Sed hoc metrum vix patitur. — An iungendum, οὐδ' ἔπι (hoc pro coniunctivo) κόρος τοῦ θέλοντος? sed tum scribendum erat, τοῦ θέλοντός τ' οὐκ ἔπι κόρος. At si sincera lectio ἔπι κόρος, dubitari non potest, haec verba cum praecedentibus esse iungenda. His perpensis poetam scripsisse suspicor: ἄν τις ἐς πλέον πέσῃ, τοῦ θ' ἁδόντος οὐκ ἔπι κόρος. Ἐς πλέον πίπτειν est tum *teneri cupiditate immoderata*, cui proximum τὸ μὴ κόρον ἔχειν: τὸ ἁδόν, id quod iuvat et satisfacit. *Iacobs.* Coniecturis alii quoque locum sublevare studuerunt: πέλοντος Abreschius in Vit. Reisk. p. 188, δέοντος Burtonus, πρέποντος denique V. D. in Class. Iourn. nr. 16 p. 395. Vulgatam Abreschius alibi (Animadv. ad Aesch. I, p. 751) ita expedire conatur, ut ad θέλοντος suppleat γενέσθαι ὑπὸ θνητοῦ sive ἔχειν ἡ θνητοῦ φύσις. Maligna sane ellipsis! Pierson. ad Moer. p. 362 τοῦ θέλοντος esse vult *quam fas est.* Utrique praeivit scholion. Mud-

34 *

gius: *quando eo deventum est, ut hominem deficiat desiderium.* Atqui hoc sequentibus verbis οὐδ' ἔπι κόρος refellitur, licet θέλοντος sit θελομένου. De *immodica cupiditate* cogitaverant Winshemius, Brunckius, Vauvillersius, hic quidem exempla, ubi participium usurpetur pro infinitivo, addens Thucydidea: ἐν τῷ μὴ μελετῶντι p. 95. τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα p. 411. τοῦ ὑπαπιέναι μᾶλλον ἢ τοῦ μένοντος p. 359. Quorum a ratione non abludit Matthiaei nota: „τοῦ „θέλοντος non est pro τὸ πλέον ἢ τὸ θέλον, sed τὸ „πλέον τοῦ θέλοντος (i. e. τοῦ βουλομένου, τοῦ βουλή-„ματος) est ἡ πλεονεξία τοῦ βουλήματος." Cui rationi patrocinatur locus Theocriteus Id. I, 20.

καὶ τᾶς βωκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκετο μώσας.
Hell.

V. 1215, 1216. Οὐδ' ἐπίκουρος. MSS. οὐδ ἔπι κόρος, quod metro adversatur. Veram lectionem conservavit Scholiastes, disiunctim tamen exhibens, οὐδ' ἔπι κοῦρος. Quae sequuntur impeditissima sunt, quod ego quidem parenthesi non animadversae acceptum refero. Distinguendum utique arbitror:

οὐδ' ἐπίκουρος,
(Ἰσοτέλεστος Ἄϊδος
Ὅτε μοῖρ' ἀνυμέναιος
Ἄλυρος, ἄχορος) ἀναπέφηνε
Θάνατος ἐς τελευτάν.

Neque ad haec finienda Orcus opitulator apparuit, dum interea vitae ratio (μοῖρα) *morti fere similis est,* (ἰσοτέλεστος Ἄϊδος) *hymenaei, lyrae, chorearum expers.* Vide Antig. 1181 (1167) ubi similis sententia. Seneca Herc. Oet. 105.

Mortis habet vices
Lente cum trahitur vita gementibus. *Musgr.*

Si recte *κόρος ἰσοτέλεστος* coniunguntur, remotis, quae per lyricam audaciam dicta sunt, sic fere sunt resolvenda: *οὐδὲ ἔπεστι κόρου τελευτὴ* (h. e. *κόρος τέλειος*: vid. ad v. 725) *ἴσῳ χρόνῳ, ὅτε Ἄϊδος μοῖρα ἀναπέφηνε*. Sed plurimi interpretum cum Schol. *ἰσοτέλεστος* cum *μοῖρα* aut *θάνατος* iunxerunt; quorum si vera est ratio, idem illo epitheto de Fato praedicari videtur, quod in Ant. 515

ὅμως ὅ γ' Ἅιδης τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ

innuitur, (ubi vid. Erf.) significarique, *qui omnibus idem tributum* (ut vitam derelinquant) *imponat*, ut *pulsat* apud Horatium *aequo pede*. Nam ut verbalibus adiectivis vim activam non minus, quam passivam inesse, tritum est, sic ne hoc quidem in dubium potest vocari, verbo *τελεῖν* a poeta lyrico tribui potuisse vim causativam, *facere, ut quis tributum solvat*. *Χώρα ἀτέλεστος* Demostheni Epist. pag. 1461, 15 est *ager immunis*, potestate lexicis neglecta. Cumque consuevissent tragici vocabula e rebus civilibus repetita usurpare, fieri vix poterat, quin vocem *ἰσοτέλεστος* audientibus in mentem veniret *τῶν ἰσοτελῶν*. De sensu in universum consentit Elmsleius: „*mors omnibus communis* vel „tale quidquam significare videtur; ad *Ἄϊδος μοῖρα* „comparans *θανάτου μοῖρα* ex Aesch. Pers. 920 et „Eur. Med. 987." Brunckius cum per *μοῖραν senectutem* intellexerit, ne in notis quidem explicavit, quid sentiret. Reisigius, *ἐπίκουρος* e Scholio amplectens, construit: *οὐδὲ θάνατος, ἰσοτέλεστος Ἄϊδος, ἐπίκουρός ἐστι*: nimium appetenti nihil prodest mors ad explendam sitim, omnibus aeque Orcum dividens, extrema cum apparuit hora: *θάνατος* esse pro adposita verborum *Μοῖρ' ἀνυμέναιος, ἄλυρος, ἄχορος* interpretatione habendum. *Doed.*

V. 1216, 1217. ἀνυμέναιος, ἄλυρος, ἄχορος. Similiter de Marte Eur. Phoen. 795 sqq. cf. Wakef. Trag. Del. I, p. 86. II, p. 336. Lachmann. Chor. p. 177 ὅτ' ἔμμορ' ἀνυμέναιος coniecit. *Hell.*

V. 1217. ἀναπέφηνε. Vide an ἀναπεφήνῃ sit corrigendum. *Doed.*

V. 1218. θάνατος ἐς τελευτάν. Simplex mortis memoratio post tot tamque praegrandia nomina Abreschium (Vit. Reisk. p. 188) videtur commovisse, ut θανάτου legi mallet. Sed saepius, vel in melicis, metaphoris (qualis hic est in *Sorte tristi*) additur ad calcem propria notio; ut Aesch. Theb. 207

ἱππικῶν δ' ἀΰπνων π η δ α λ ί ω ν διὰ στόμα,
πυριγενετᾶν χ α λ ι ν ῶ ν. *Doed.*

V. 1219 — 1222. μὴ φῦναι. Hanc sententiam antiquae fabulae Sileno tribuebant, qui quum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, *non nasci homini longe optumum esse; proxumum autem, quamprimum mori.* Ita Cicero Tuscul. I, 48. ad quem locum vide, quae collegit Ioh. Davisius. Perperam in libris ἐπεὶ φανῇ. *Brunck.* Bene comparat Oxoniensis editor Theognid. v. 425. *Musgr.* Versus Theognidis hi sunt:

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
Μηδ' ἐςιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου·
Φύντα δ', ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι,
Καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.

Bacchylid. Fr.

θνατοῖσι μὴ φῦναι φέριστον,
μηδ' ἀελίου προςιδεῖν φάος.

Nec inepte Burtonus huc refert plurium nationum consuetudinem, exsequias hominum cum hilaritate celebrandi. *Hell.*

V. 1221. *βῆναι κεῖθεν.* Requiritur *κεῖσε*, aut *κεῖθι*, quod pro *κεῖσε* ponitur Aesch. Theb. 795. Etymol. M. Hinc scripserim: *βῆναι κεῖθί γ' ὅθεν περ ἥκει. Iacobs.* Vauvillersius *βῆναι ἐκεῖσ' ὅθεν* coniecit. Id ipsum per attractionem est enunciatum a poeta: nam et adverbia perinde ac nomina attractioni sunt obnoxia; (Trach. 701. *ἐκ δὲ γῆς ὅθεν προὔκειτο.* Elmsl. ad Heracl. 19;) et ne illud quidem attractionis genus, quo relativi forma non paret, sed dominatur, non attrahitur a demonstrativo, sed ultro attrahit. Sophocli est inusitatum; vid. Herm. ad Trach. 151. *κακοῖσιν οἷς* pro *κακὰ, οἷς.* El. 653. Sed longe simillimum exemplum est in Plat. Crit. cap. 4 p. 45 B. *πολλαχοῦ γὰρ καὶ ἄλλοσε ὅποι ἂν ἀφίκῃ, ἀγαπήσουσί σε*, ubi vid. Buttm. coll. Gramm. 158, 4. Reisigius *κεῖθεν* a verbo *βῆναι* seclusum ad *πολὺ δεύτερον* retulit, „ut illinc unde venerat secunda sit migratio." *Doed.*

V. 1224. *κούφας ἀφροσύνας φέρον.* Ex Simonid. 104 (Brunck. Anall. I, p. 145.)

θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
κοῦφον ἔχων θυμὸν πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.

κοῦφος h. l. pro *κουφόνοος*, quod vicissim illius locum obtinet Antig. 343. *Hell.*

V. 1225. *πλάγχθῃ.* Aberrare dicitur, qui rem expetitam consequi nequit, non qui aliquid studiose devitat. Lego igitur *πλίχθῃ fugiat*, a *πλίσσομαι.* Vocem illustratam dabit Scholiastes Aristoph. ad Acharn. 217. — *ἔξω*, sc. *τῶν ἀφροσυνῶν.* Plutarchus:

τοῦ πάθους ἔξωθεν ὄντα, vol. II, p. 460. Eur. Bacch. 853. ἔξω τοῦ φρονεῖν. Athenaeus p. 552, F. ἔξω τῶν ἐπιθυμιῶν ἐγένετο. Herodotus III, 80. ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων. *Musgr.* πλάγχθη temere, ni fallor, tentatur a Musgravio. Si depravatum esset, non πλίχθη scribendum foret, sed τάχθη. — ἔξω, μόχθων καὶ καμάτων. *Iacobs.* Olim in Spec. Soph. p. 86 hunc sensum statui: τίς πολύμοχθος (*quisnam mortalis*, ut Orph. H. XXXVII, 4. Eur. Iph. A. 1311. El. 1331) πλάγχθη ἔξω ἀφροσύνας; nunc illa ratio cum Scholiastae interpretatione: τίς ἔξω τοῦ πολύμοχθος εἶναι ἐπλανήθη; conciliandа videtur: *Quisnam, cum, utpote homo, natus sit aerumnis, liber est ab aerumnis?* Pind. Pyth. IV, 505 Heyn.

φαντὶ δ' ἔμμεν
τοῦτ' ἀνιαρότατον, καλὰ γιγνώσκοντ' ἀνάγκα
ἐκτὸς ἔχειν πόδα. *Doed.*

Iungi posse ἔξω καμάτων censet Reisigius. Musgravium conferas etiam ad Phil. 891. Ai. 609. ed. Erf. Bothius πλαγκτήρ. *Hell.*

V. 1226. τίς οὐ καμάτων ἔνι. Winshem. *Quis non in miseriis haesit?* ratus scilicet genitivum pendere ex ἔνι, ut in Phil. 648.

τί τοῦ θ' ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔνι,

vulgo construebatur, antequam λαβεῖν ex praecc. repetendum esse Hermann. ad Vig. p. 881 monuerat. Recte Brunckius τίς καμάτων connectit. Negationis autem illa sedes, quae turbavit Winshemium, exquisita videtur. Eur. Troad. 544.

τίς οὐκ ἔβα νεανίδων,
τίς οὐ γεραιὸς ἐκ δόμων;

Aristoph. Plut. 786.

ἐμὲ γὰρ τίς οὐ προςεῖπε; ποῖος οὐκ ὄχλος
περιεστεφάνωσεν ἐν ἀγορᾷ πρεςβυτικός;

Lycophron. Cass. 670. *τίς οὐκ ἀηδὼν στεῖρα.* Ovid. Fast. I, 194.

cuius non animo dulcia lucra forent.

Vid. Spec. Soph. p. 87. *Doed.*

V. 1228. *τό,τε.* Laborat metrum, cui subveniendum forte legendo: *τό τ' αὖ κατάμεμπτον. Musgr.*

V. 1250. *ἀκρατές.* Eustathius ad Iliad. *K.* pag. 790. *χαλεπότητες δὲ γήρως ἑτεροῖαί τε φαίνονται, καὶ ὁποίαν δὲ ἐκτίθεται Σοφοκλῆς φράσας οὕτω· Ἀκρατὲς, ἀπροσόμιλον γῆρας, ἄφιλον, ἵνα, τουτέστιν ὅπου, πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ· ὧν ἓν λέγει, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀμελεῖσθαι τὸν γέροντα, δριμέως δὲ ἈΚΡΑΤΕΣ ἐκεῖνος γῆρας φησὶν, οὐ τὸ ἀκόλαστον, ἀλλὰ τὸ ποιοῦν πάρεσιν, ὡς μὴ ἔχειν τὸν γέροντα κρατεῖν ἑαυτοῦ. Brunck.* Is *viribus defecta* vertit; quo sensu *ἀκράτωρ* dicere maluit Noster in Phil. 486. Praefero *impotens* sc. irae, quod vitium maxime accusabatur in Oedipi ingenio; vid. 857, ad 349. Schol. ad v. 950. Ant. 467. Eadem senii mala intelligit Mimnerm. Fr. II, 11.

πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται. Doed.

Si ab Eustathio discederem, passive accipiendum opinarer, pro *ἀκράτητος*, *quod compesci, arceri, caveri nequit. Hell.*

V. 1251. Tragicorum locos, ubi senectutis calamitates deplorantur, laudavit Bendtson. Misc. p. 42. Vid. Bergler. Aristoph. Plut. v. 270. *Hell.*

V. 1252. κακὰ κακῶν. Suidas:

κακὰ κακῶν. Διοκλῆς Βάκχῃ,
Πλυνεῖτε κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς —

Ubi metrum forte fulciendum legendo: πλυνεῖτ' ἔτι κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς. Confer Nostri Philoct. 66. Trach. 555. Τἀγαθὰ τῶν ἀγαθῶν Epigr. Incerti Anthol. p. 20. An et huc pertinet τέχνην τεχνῶν, καὶ ἐπιστήμην ἐπιστημῶν Iuliano citatum p. 185, A? Conf. ad Oed. T. 588 (580). *Musgr.* Legendum apud Dioclem: Πλυνεῖ τε τὰ κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς. *Elmsl.* Abresch. I, 241. Both. ad Trach. 322. Wunderl. ad Aesch. p. 145. Lobeck. ad Ai. p. 365. Vernaculam conspirare Bothius memorat. *Hell.*

V. 1253, 1254. πάντοθεν. Reisigius, cum ποντόθεν coniiceret, coll. Hom. Iliad. XVI, 394 „quia „litus certum quoddam, uti hic boreale ab altera „parte liberum a fluctibus non vexetur," non satis memor fuit, quid proprie esset ἀκτή; quae *peninsulae* vel *promontorio* similior est, quam *litori*. Recte enim Niebuhr über die Geogr. des Herodot. in Abhandl. d. berl. Akad. 1812—1815 pag. 221: „Ein „Land, welches weit in die See hinein tritt, und an „Einer Seite nicht umflossen ist, nennt die griechi„sche Sprache ἀκτή" ut Actium, Ἀκτὴ Ἀργολική, ipsa *Attica*, Ἀκτική olim nominata. Inest quidem vel sic falsi aliquid, quia ἀκτή, ab una saltem parte qua continenti terrae adhaeret, tuta a fluctibus, non πάντοθεν plectitur; sed hanc sane hyperbolen concedemus poëtae. Βόρειος ἀκτή quae septentrionem versus in mare procurrit et boreae maxime est exposita. Erf. confert Heliodor. II, 194. *Doed.*

V. 1258. κατάκρας. Wakef. Sylv. I, p. 63 corrigit καταικίς. Sed κατάκρας κλονέουσιν, ut Hippol.

1366. *κατάκρας ὀλέσας βίοτον.* Noster Antig. 206. *ἠθέλησε μὲν πυρὶ πρῆσαι κατάκρας.* *Hell.*

V. 1240. *ἀνατέλλοντος.* Repete *ἀπὸ*, tanquam dixerit ante *ἀπὸ δύοντος ἀελίου.* *Hell.*

V. 1241. *αἱ δ' ἀνὰ μέσσαν ἀκτῖνα* insigni dictum brevitate, quam vellem interpretes tetigissent; ego quidem hanc fere plenam *meridianae plagae* descriptionem Sophocli obversatam esse existimo: *αἱ δ' ἀπὸ τοῦ ἀνὰ μέσσαν ἀκτῖνα ὄντος ἡελίου* h. e. *ὅπου ἀνὰ μέσσαν ἀκτῖνα ἐστιν.* Eo itaque res redit, ut articulum insolentius dicamus omissum. In Phil. 194 nullis amplius artificiis egebimus, si hanc plenam dictionem statuerimus: *τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν (τὰ τῆς ὠμόφρονος Χρύσης λέγω) ἐπέβη.* Thuc. III, 5. *οἱ μὲν ἡσύχαζον, ἐκ Πελοποννήσου καὶ μετ' ἄλλης παρασκευῆς βουλόμενοι εἴ τι προςγένοιτο κινδυνεύειν.* h. e. *μετὰ τῆς ἐκ Πελοπ. καὶ μετ' ἄλλης κ. τ. λ.* Ib. I, 22. *ἠξίωσα γράφειν . . . οἷς τε αὐτὸς παρῆν καὶ* (suppl. *τῶν* scil. *ἀκουσθέντων*) *παρ' ἄλλων, ὅσον κ. τ. λ.* *Doed.*

V. 1242. *νυχίαν.* Non de nocturno tantum tempore dicitur, verum et de locis quibuscunque tenebrosis. Scholiastes Apollonii Rhod. in lib. III, 846. *νύκτα τὸν ἀφώτιστον τόπον φασί.* — *Ῥιπᾶν.* Riphaei montes satis noti. *Ῥίπας* aliquando dictos esse, non adeo pervulgatum est, ut vel eo nomine locus Aristotelis mereatur afferri ex Meteorolog. lib. I, c. 13. *ὑπ' αὐτὴν δὲ τὴν ἄρκτον ὑπὲρ τῆς ἐσχάτης Σκυθίας, αἱ καλούμεναι Ῥῖπαι, περὶ ὧν τοῦ μεγέθους λίαν εἰσὶν οἱ λεγόμενοι λόγοι μυθώδεις.* In iis fontes Tanais collocat Lucanus III, 273. Eustathius in Odyss. p. 843. *ὄρος Ῥῖπαι.* *Musgr.* *ἀπὸ ῥιπᾶν* a nocturnis ventis

i. e. tenebricosis, Borealibus, interpretatur Wakef. l. c. De Rhipaeis Scholiastes. ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων. Antigone v. 141. ὠκείας ἀνέμων ῥιπάς. Plutarch. T. II, p. 426. C. et sic saepissime. Hoc loco νυχίαν ἀπὸ ῥιπᾶν significare videtur, alii (venti) irruunt nocturno motu i. e. noctu. Pro *motu vehementiore* passim ῥιπή ap. poetas. Praepositionis ἀπὸ elegans usus et frequens. *Iacobs.* Brunckius vertit: *aliae nocturnis splendentibus astris.* Sed regiones designantur unde adveniant semper calamitates, non tempora quibus accidant. *Bothius.* Recte, si quid video. Nam νύχιαι sunt montes *septentrionem versus siti*, ut ἕσπερος θεός Pluto appellatur in Oed. T. 178, quia occidentem versus esse putabatur aditus orci. Aliter Elmsleius: *quo solis radii vix perveniunt. Doed.*

V. 1245. ἀστακτί, *affatim*, lacrymis utique non stillantibus, sed pleno rivo fluentibus. Hesychius: ἄστακτον, οὐ καταστάζον, ἀλλὰ ῥύδην. Suidas: ἀστακτί, πολυσταχτί, πολυδακρύτως. *Τὸν νεκρὸν παραπέμπων ἔκλαιεν ἀστακτί.* Philostratus Heroic. p. 714. ὅ τε Πρωτεσίλεως ἀστακτὶ δακρύει. *Musgr.* Rectius Hesychius quam Suidas; nam insigni hyperbole gaudent Graeci in describenda lacrimatione; ut in Homerico: ὥςτε κρήνη μελάνυδρος. Vid. Valck. ad Theocr. Adon. p. 228. Abresch. Lectt. Aristaen. p. 141, citatos Heindorfio ad Plat. Phaedon. p. 262. Bothius ἄστακτα edidit, quia eiusdem adverbii ultima syllaba infra v. 1635 (1646) producatur. Sed credibilius est illic ἀστακτεί scribendum esse; vid. Blomf. ad Aesch. Prom. 216.

V. 1246. αὐτός γε. Videndum ne litterarum similitudine factum sit, ut principium trimetri interierit, et sic scripserit Sophocles:

τίς οὗτος;
αὐτός γε, τόνπερ καὶ πάλαι κατείχομεν
γνώμῃ, πάρεστι δεῦρο Πολυνείκης ὅδε.

Verba τίς οὗτος non minus digna peculiari versu esse, quam τί σιγᾷς, facile intelliget, qui, quo animo haec dicat Oedipus, reputaverit. *Hermann. ad Eur. Hec. p. 73.*

V. 1248, 1249. οἴμοι, τί δράσω. Insignem orationis similitudinem cum Eur. Phoen. v. 1320 non esse fortuitam, sed Sophoclem si antiquior fuerit ista tragoedia, Euripideorum memorem, inscium tamen in eadem incidisse arbitratur Valckenarius. *Hell.*

V. 1253. γέρων πίνος. Sic legendum esse apud eruditos constat, non πόνος, quod codd. nostri iuxta impressos exhibent. Infra 1556 (1597.) ἔλυσε δυςπινεῖς στολάς. Hoc post alios monuit etiam Toupius, Addend. in Theocritum p. 394, ubi in sup. v. legendum esse statuit:

ἐσθῆτι σὺν τοιᾷδέ γ', ἧς ὁ δυςφιλὴς —

quia vulgatum τῆς ab Atticorum auribus alienum est. Scilicet ille legem Atticismi comprobatam volebat, quam condiderat Io. Piersonus Verisimil. p. 74. Verum commentum hoc iamdudum merito explosum fuit. Attici poëtae articulum praepositivum vice articuli relativi, ὁ pro ὅς, τοὺς pro οὓς exhibent passim. Vide Marklandum ad Suppl. 858 et nos ad Aeschyli S. Th. 37, Persas 776. Tanta est apud Sophoclem exemplorum copia, ut res extra omnem dubitationem posita sit. Vide supra 297 (304) 743 (747.) Oed. T. 1055. 1379. 1427. Antig. 1086. Trach. 47. 728. Phil. 14. *Brunck.* In vulgata ex-

pedienda magnopere laborat Anon. Angl. „per γέ-„ρων πόνος, inquit, intellige *diuturnum* vestis *offi-„cium, quae longo usu attrita tristi admodum modo „una cum sene consenuit.*" πῖνος probat etiam Musgravius.

V. 1255. κόμη ἀκτένιστος. Est haec descriptio personae σπαρτοπολίου, memoratae a Polluce in Onom. IV, 19, 133, quae propria erat senum miserorum. *Doed.*

Ibid. αἴσσεται. Homerus Iliad. Γ. 368. ἠΐχθη παλάμηφιν. Oppianus Halieut. III, 426. Ἐς μυχὸν ἠΐχθησαν. *Musgr.* Passivum hoc passim usurpat epica poësis, perraro scenica. *Schaef.* Hinc ᾖξεν χέρα in Ai. 40. Pors. ad Eur. Or. 1427. Caeterum Monk ad Eur. Hipp. 1347. „Disyllabum plerum-„que est apud Atticos poetas αἴσσω; tres tantum „exceptiones notat Porsonus Hec. 31. Iph. A. 12. „Aesch. Pers. 470. Male etiam Valckenarius et „Brunckius scribunt ᾄσσουσ', quasi prima diphthongi „vocalis per se longa esset." *Doed.*

V. 1257. θρεπτήρια. Hoc nomen plerumque mercedem altoribus debitam significat, hic vero ipsa alimenta. *Brunck.*

V. 1258. ἄγαν ἐκμανθάνω. In B. T. inserta particula γε. Vide ad Oed. T. 439. *Brunck.*

V. 1259, 1260. τοῦτο μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ. Sic ex vi sententiae legendum. Vulgo τἄλλα μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ. Aldus mendose πάθῃ, nullo addicente e nostris codd. *Brunck.* Edd. antiquae πάθῃ, pro quo rescribendum saltem πάθῃς, cum tertia persona nullum hic locum

habeat. Sed et sententia quae sic efficeretur, mihi subfrigida videtur, nec bene cum praecedente commate cohaerens. Malim adeo: τἀμὰ μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ. *Me hominum pessimum esse ultro ipse testor, ne, quae ad me pertinent, ex aliis audias.* Musgr. Item Reiskius Adverss. p. 168 probante Kidd. Tract. p. 217 et Reisigio; ταῦτα praefert Elmsleius, ταυτὰ Erfurdtius margini adscripsit. Ex iis, qui de librorum lectione non desperaverunt, Schaeferus interpunxit

ταῖς σαῖσιν ἥκειν (τἄλλα μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ)

in quibus quid τἄλλα velit, non magis ego, quam Reisigius, perspicio. Sed egregie Bothius, uti assolet, cum illustrare poetam quam aemulari satius habet, sic edidit:

ταῖς σαῖσιν ἥκειν τἄλλα (μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ)

eumque secutus sum, h. s. *Testor et ipse, deterrimum me et venia indignum ad deversorium tuum venisse, nisi quod a Pudore aliquam veniam spero;* vel: *Quamvis deterrimum, tamen ut supplicem me miserere.* Nam τἄλλα nonnunquam ita ponitur, ut non multum discrepet a μέν, sicuti πλήν docuimus ad v. 76 saepius pro ἀλλά poni. Sic Ai. 112.

χαίρειν 'Αθάνα τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφίεμαι·
κεῖνος δὲ τίσει τήνδε κοὐκ ἄλλην δίκην.

Eur. Ion. 305.

ὦ τλῆμον, ὡς τἄλλ' εὐτυχοῦσ' οὐκ εὐτυχεῖς.

Conferre lubet Plin. Ep. III, 14. *Rem atrocem . . . Largius Macedo, vir praetorius, a servis suis passus est; superbus* a l i o q u i n (freilich) *dominus et*

saevus. h. e. quamvis indigna commiserationis est eius superbia. *Doed.*

Ibid. μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ proverbialis formula est. Sic etiam El. 1226. *Both.*

V. 1261. Post ἀλλὰ commate interpungit Schaeferus. Vid. Mel. Crit. p. 77. cf. 981 (985.)

V. 1262, 1263. αἰδὼς, *clementia, misericordia:* nisi interpretari malis, *reverentia, quae miseris debetur.* Euripides Heracl. 461.

Πολλῆς γὰρ αἰδοῦς κἀτυχὴς τις ἂν τύχοι.

Vide et Herc. Fur. 500. Alcest. 1003. Hom. Iliad. Ω. 44. Sed haec notio poetis fere propria est. *Musgr.* Posterior ratio praestat; vid. v. 240 (247.) Hom. Iliad. XXIV, 44.

Ὣς Ἀχιλεὺς ἔλεον μὲν ἀπώλεσεν, οὐδέ οἱ αἰδὼς γίγνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν.

In πρὸς σοὶ παραστάθητω pleonasmum notavit Erf. ad Oed. T. v. 1239. *Hell.*

V. 1264. προςφορὰ, *exprobratio.* Hanc vocem perperam interpretantur Schol. et Heathius. *Brunck.* προςφορὰ, i. e. προςφ. τῶν ἀκῶν. *Remedia quidem adsunt, sed ea admovere non licet.* Vel *aditus,* ut mox δυςπρόςοιστον, *quod aegre adiri potest. Musgr.* Supra v. 576 de *commodis* videtur accipiendum. Scholiastae explicatio mera, ni fallor, coniectura nititur. Hoc si voluisset poeta, scripsisset, ἄκη μὲν ἔστ', ἀποστροφὴ δ' οὐκ ἔστ' ἔτι. nec id male ad totius loci sensum. *Iacobs.* Vix invenio, quod praeferam Brunckianae explicationi; προςφέρεσθαι est *invehi in aliquem,* quidni προςφορὰ erit *invectio?* Ad

sensum vix aptius quidquam potest excogitari: Quae delicta sunt a me, inquit, possunt quidem corrigi, non tamen abs te, verbis, irascendo, exprobrando, quibus rebus facta infecta fieri nequeunt; sed ita potius corrigentur, si ipse, qui deliqui, re factisque certa poenitentiae documenta edam; ideo enim adsum, ut, venia impetrata, in patrium regnum te restituam. Quodsi προςφορά non nisi de pacato colloquio potest intelligi, quid si ita scribas:

ἄκη μέν ἐστι· προςφορὰ δ' οὐκ ἔστ' ἔτι;

h. e. *cum delicta mea et possim corrigere et velim, tamen recusas et adimis loquendi audiendique commercium?* Unde mox v. 1271 δυςπρόςοιστον στόμα. Reisigio προςφορά est *accessio*, ut v. 577. „Ait igitur Polynices, priora peccata se velle corrigere, „non augere aliis.“ *Doed.*

V. 1266. Heathium emendantem τί μήν; μ' ἀποστράφῃς castigavit Vauvillersius.

V. 1267. ἀτιμάσας. vid. ad v. 49.

V. 1271. δυςπρόςοιστον. De forma vid. Elmsl. ad Med. 274.

V. 1272. Quam dedimus ex Turnebo horum versuum lectionem habent sine ulla varietate codd. omnes. Perperam Aldus, ὡς μήτ' ἄτιμον — οὕτως μ' ἀφῇ γε. *Brunck.* Reisigius edidit ὡς μή μ' ἄτιμον . . . οὕτως ἀφῇ με, de repetito pronomine conferri iubens El. 648 ex scriptura MS. Mon. Aristoph. Eqq. 781. Xen. Oecon. X, 4. Addere poterat ex n. fab. v. 1401 — 1404 (1405 — 8.) Elmsleius οὕτως ἀφιῇ coll. Com. Lys. 157. *Doed.*

Ibid. προστάτην, *supplicem.* Vid. ad v. 1235 (1165 (1171)). *Musgr.*

V. 1273. ἀντειπών. Aldinae lectio ἀντειπεῖν non ita est inepta; cf. v. 49.

μή μ' ἀτιμάσῃς
τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προςτρέπω, φράσαι. *Doed.*

V. 1274. χρείᾳ. pro διὰ χρείαν. Sic τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς Eurip. Supp. 1045. Vide et Hippol. 978. Bacch. 1120. *Musgr.* cf. eundem ad Ant. 359.

V. 1275. τὰ πολλὰ ῥήματα esse debet pro πολλάκις γὰρ ῥήματα, ut ap. Hom. Od. β. 151. de duabus aquilis τιναξάσθην πτερὰ πολλά. Idem usus in πολλαὶ χεῖρες ap. Callim. H. in Dian. Vid. Ruhnk. Ep. crit. p. 142. Musgr. ad Iph. T. v. 363. *Iacobs.* τὰ πολλὰ aut pro πλειστάκις, ut οἱ πολλοὶ pro πλεῖστοι dictum, aut, quod praestare videtur, vertendum est, *tam saepe*; ut Ai. 650. ὃς τὰ δεῖν' ἐκαρτέρουν τότε, h. e. οὕτως δεινῶς, ὡς ἴστε. *Doed.*

V. 1276. κατοικτίσαντα, significatione transitiva, *misericordiam moventia:* ut δυσχεράναντα, *molestiam creantia, offendentia.* Pro τέρψαντα Turnebus perperam e Triclinio τρέψαντα. *Brunck.* κατοικτίζοντα item in Oed. T. 1296; unde passiva forma in Aesch. Prom. 35.

V. 1278. ἐξηγεῖ. Comparat Erf. in marg. Valck. ad Eur. Phoen. 1320.

V. 1280. ἀνέστησεν. Vid. ad v. 269 (276).

V. 1282. λέξαι τ' ἀκοῦσαι τ'. Familiaris Atticis phrasis. Vide supra ad v. 185 (181 (189)). *Musgr.*

Ibid. ἐξόδῳ. Post haec verba Brunckius pleno distinxerat, ita ut ποιούμενος v. 1279 careret verbo finito, quod anacoluthon tam durum ut tolleretur

sic verba iunximus: ποιούμενος . . . . . . ταῦτα καὶ ἀφ' ὑμῶν βουλήσομαι. Simile hyperbaton Hermannus notavit ad Ant. 554. κἀμπλάκω τοῦ σοῦ μόρου; Retinui ταῦτα, quoniam in καί addito id ipsum latet, quod ταὐτά scribendo, Bothio auctore, lucraremur. Saepe enim non sine vi quadam οὗτος Graeci praeferunt, ubi ὁ αὐτός exspectes. Phil. 642. οὐκ· ἀλλὰ κἀκείνοισι ταῦτ' ἐναντία. Add. v. 1073. Atque haec quidem in promptu est mutare in ταὐτά; non item τοῦτο in Ant. 504 cum V. D. in Class. Iourn. XXXIII p. 60 in ταὐτό. *Doed.* Mihi ποιούμενος iungendum videtur cum ἐξερῶ, καλῶς . . . . μοι parenthesi includenda, ut Bothius fecit. *Hell.*

V. 1283. βουλήσομαι pro βούλομαι, ut Oed. T. 1077. Eur. Med. 261. Haec anomalia etsi certo consilio, non tamen caret ratione. Dici potuit vel κυρεῖν βούλομαι vel κυρήσω. Nunc utrumque commiscuit poeta. Eadem origo coniunctivorum quorundam est apud Latinos, ut Cic. Off. I, 13. *Quum Hannibalis permissu exiisset de castris, rediit paulo post, quod se oblitum nescio quid diceret.* Debebat, si constare sibi voluisset, scribere aut: *quod oblitus nescio quid esset*, aut: *quod se oblitum nescio quid dicebat.* Vid. Zumpt. Lat. Gramm. p. 591 ed. sec. Similius etiam nostro loco Cornel. Nep. Alc. VI, 2. *Neque id sine causa arbitrari videbantur*; pro: *arbitrabantur, ut videtur.* *Doed.*

V. 1285. ἃ δ' ἦλθον, i. e. δι' ἃ δ' ἦλθον. Conf. v. 1373 et 1465 (1302 et 1394 (1308 et 1400)) *Musgr.* Supple βουλόμενος.

V. 1288. γονῇ — γεραιτέρᾳ. Malim recto casu γονὴ γεραιτέρα. Hesychius: γονάς, τέκνα. *Musgr.* Si

quid mutandum esset, scriberem *γονῇ γεραίτερος*. *Iacobs.* Singularis sane dictio, referenda illa quidem ad illud genus, de quo agemus ad 1591. Coaluit ex *γονῇ γεραίτερος*, ut Hom. Iliad. XXI, 439. *σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος*, et ex *γενῇ προτέρᾳ πεφυκώς*. *Doed.*

V. 1291. *οὔτ' ἔργου.* Ingeniosa profecto est Reisigii coniectura *αὐτουργοῦ* coll. Ant. 52. Sed non absurde *ἔργον* diceres ut *opus*, *Arbeit*, significare *proelium*, et opponi h. l. *ἐλέγχῳ χειρός*, *certamini singulari*, utrumque autem, ut quibus *vis et violentia* communis sit *τῷ νικᾶν λόγῳ* sive *δίκαις*, nisi multo magis in promptu esset, de *ἓν διὰ δυοῖν* cogitare, pro *ἔργου χειρός*, quod in Ai. 440 *ἔργα χειρὸς τῆς ἐμῆς* legitur, coll. ib. 618; sed imprimis huc quadrat Ai. v. 814 *τάχος γὰρ ἔργου καὶ ποδῶν ἅμ' ἕψεται.* Et ideo maxime usurpatur hoc schema, ut concursus genitivorum evitetur. *Doed.*

V. 1294. *ταύτῃ κλύω.* Reisigius *κλύων* praetulit: „pro communi loquutione, *ἐγὼ μάλιστα μὲν λέγω* „*ἔπειτα καὶ μάντεις ἔλεγον*, conversa est oratio ad „extremum, more Graecorum." Consentit Elmsleius, comparans Oed. T. 740.

τὸν δὲ Λάϊον
φύσιν τίν' εἶχε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων.

V. 1295. *Ἄργος Δωρικὸν* est Peloponnesus, quam supra 692 (696) appellat *Δωρίδα νῆσον*, quae et priscis incolis *Ἀπία* dicta fuit. Vide Eustathium ad Periegetam 419. *Brunck.* Urbs tantum huius nominis celeberrima intelligenda est, quam Doricam, i. e. Peloponnesiacam, Tragicus appellat, ut ab Argo Amphilochio discernatur. *Buttmann. ap. Both.*

V. 1297. γῆς — Ἀπίας. Idem Peloponneso nomen apud Aeschylum Suppl. 784, qui a medico quodam Api inditum fuisse docet eiusdem fab. 268. Accedit Pausanias p. 123. Tzetzes in Lycophr. 176. Apis huius meminit Clemens Alex. p. 383, ut et Eustathius ad Dionys. Perieg. 415 ex Arriano. Vide et Strabon. p. 371, D. Ob pirorum (ἀπίων) potius proventum sic dictam significare videtur Plutarchus vol. II, p. 303 A. Longior in his fui, quia alia etiam notione adhibetur aliquando γῆ Ἀπία. De ea vide ad v. 1759 (1675) (1685). *Musgr.* Vid. eund. ad v. 1685 et Buttmann. Lexil. p. 67.

V. 1300. πανδίκως. Connectendum cum ἀγείρας, non cum θάνοιμι, quod loco proximum est. *Musgr.* Vauvillersius coniecit ἦ θάνοιμ', ἦ πανδίκως τοὺς τοιάδ' ἐκπράξαντας. Sed πανδίκως h. l. non est *bello pie iusteque suscepto*, sed *plane*, *radicitus*, *funditus*, tanquam tunc Polynices, exul, ignominia affectus, paene mortui ad instar sit habendus; ut Achilles in Hom. Iliad. XIX, 334 de patre, sene capulari et moesto:

ἤδη γὰρ Πηλῆά γ' ὀΐομαι ἢ κατὰ πάμπαν
τεθνάμεν, ἤ που τυτθὸν ἔτι ζώοντ' ἀκάχησθαι.

h. e. ἢ τυτθὸν ἔτι βιώσεσθαι, ἀκαχήμενον. Sic πανδίκως in Trach. 1247.

πράσσειν ἄνωγας οὖν με πανδίκως τάδε;

Ibid. 294. χαίρειν πανδίκῳ φρενί. Eur. Rhes. 720. ὄλοιτο δ', ὄλοιτο πανδίκως! Similiter δικαίως in Ai. 547. ἐνδίκως Aesch. Theb. 562. Vid. Spec. Soph. p. 79. V. D. in Eph. Ien. 1812 p. 500. *Doed.*

V. 1301. τοὺς τάδ' ἐκπράξαντας, h. e. τοὺς τού-

των κακῶν καὶ πολέμων αἰτίους. Alcest. 299. ταῦτα θεῶν τις ἐξέπραξε. *Iacobs.*

V. 1304. αὐτός τ' ἐμαυτοῦ coniecit Schaeferus, recepit Reisigius, postquam ad v. 860 (864) coll. Coni. Aristoph. p. 309 multis exemplis ostenderat, in talibus locutionibus αὐτός non facile part. τε carere, eleganter haud dubie, et usitata traiectione particulae pro αὐτὸς ἐμαυτοῦ τε. Xenoph. Mem. I, 2, 54. αὐτοί τέ γε αὑτῶν ὄνυχάς τε καὶ τρίχας καὶ τύλους ἀφαιροῦσι, καὶ τοῖς ἰατροῖς παρέχουσι μετὰ πόνων τε καὶ ἀλγηδόνων καὶ ἀποτέμνειν καὶ ἀποκάειν. Nihilominus αὐτός γε detrudere non sumus ausi; αὐτός γε est: *et ipse quidem* αὐτάγγελος *adsum*; simul, ita si acceperis, non iam *opponuntur ipse et socii*, sed simpliciter *copulantur*. Utra ex his rationibus ineunda sit, ex scriptoris plerumque arbitrio aptum est. Vid. v. 1417. Demosth. III Phil. Or. p. 121, d. Ἄρθμιος ἄτιμος ἔστω καὶ πολέμιος τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων, αὐτὸς καὶ γένος. *Doed.*

V. 1306. λόγχη pro pugnantium agmine ut in ἑπτάλογχος v. 1299 (1305). Vid. Musgr. ad Eur. Suppl. 22 et ad Iph. T. 141. De his versibus in universum conferend. Aesch. Sept. a v. 360. Eur. Phoen. 125—190. Ceteros scriptores recensuit Burtonus. Adde Schol. ad Pind. Pyth. v. 53. *Hell.*

V. 1307. δορύσσους. Probabiliter Reisigius δορυσσοῦς scribi iubet. Elmsleius comparat Aesch. Suppl. 190. 992. Theb. 127. Hesych. ΔΟΡΥΣΣΟΟΝ ἀνδρεῖον δόρυ ὁρμᾶν, ἢ δόρατι φοβοῦντα καὶ σοβοῦντα, et λαοσσόον Ἀμφιάρηον Hom. Od. O, 244. Add. Abresch. ad Aeschyl. T. I, p. 188. *Hell.*

Ibid. τὰ πρῶτα μέν. Sequitur sine articulo πρῶτα δ': quod notandum. *Schaef.* cf. Seidl. ad Eur. El. p. 58. Vid. ad v. 804 (808.)

V. 1308. δορί. Erfurdtius probabiliter δόρει coniecit. Vid. ad v. 616 (620). Elmsleius ἐν δορὶ praetulit.

Ibid. οἰωνῶν ὁδοῖς. De divinatione ex avibus omnia fere dedit Spanhemius ad Callimachi Lav. Pallad. 123. *Musgr.* Aesch. Agam. 157. ὄρνιθες ὅδιοι. *Iacobs.*

V. 1312. Ταλαός. Herodot. V, 67. cf. Valck. ad Phoen. p. 58. *Hell.*

V. 1316. πιστός, i. e. de quo dubitari non potest an Atalantae soboles necne sit. Eur. Herc. Fur. 803.

πιστὸν
Μοὶ τὸ παλαιὸν ἤδη
Λέχος, ὦ Ζεῦ, τὸ σὸν
Οὐκ ἐπ' ἐλπίδι φάνθη.

Musgr. Pariter δίκαιος. cf. Lobeck. ad Ai. pag. 304. *Hell.*

V. 1317. ἐγὼ δ' ὁ σός. Articulus hic ex indole linguae adesse debet. Male in libris ἐγὼ δὲ σός. *Brunck.* Perperam; cum praesertim Polynices non unicus esset Oedipi filius. Eur. Phoen. 1603. Ἐτεοκλέης παῖς σὸς, aut ut alii legunt, σὸς παῖς. Aesch. Prom. 772.

ἢ 'μὸς παῖς σ' ἀπαλλάξει πόνων;

ubi Schol. ὁ ἐμός. Sed ipse noster, ubi ὁ σὸς ex praeceptis grammaticorum expectes, in Ai. 987 dixit:

ἢ πού με Τελεμὼν σὸς πατὴρ ἐμός δ' ἅμα. *Doed.* Articulum abesse posse, inde apparet, quod sequitur καὶ μὴ σός, non ὁ σός, et mox, σός γε τοι καλούμενος. *Iacobs.*

Ibid. τοῦ κακοῦ πότμου φυτευθείς. Conf. Eurip. Troad. 769. *Musgr.*

V. 1320. ο i. relativum pronomen, quando post digressionem (h. l. a v. 1302 (1308)) fit reditus ad propositum; vid. Matthiaeum ad Hom. Hymn. in Apoll. 178 p. 31. *Hell.* — ἀντὶ παίδων τῶνδε. Pessime Iohnsonus vertit: *qui te pro filiis horum et salute supplicamus;* ἀντὶ idem valet, quod πρὸς in obtestationibus: et παίδων τῶνδε ad nullas alias personas referri potest, quam ad praesentes Oedipi filias: *per hasce tuas filias et tuam salutem. Brunck.* Conf. Herm. ad Vig. pag. 855. *Hell.* Proprie cogitandum est de loco uti ἄντα. Supplicamus tibi *ob oculos positis* rebus tibi carissimis. *Reisig.*

V. 1321, 1322. Iungat fortasse aliquis ἐξαιτούμενοι μῆνιν, sed μῆνιν εἰκάθειν τινὶ dictum est ut *graves iras Marti redonabo* apud Horat. Carm. III, 3, 30. Opinatum pleonasmum in ἱκετεύομεν ἐξαιτούμενοι defendunt exempla Matthiaei Gr. p. 813. *Hell.* Hom. Iliad. XXIII, 337. εἶξαι τέ οἱ ἡνία χερσίν, quod tanquam unicum illius constructionis exemplum notat Passovius meus in Lex. Quanquam haud scio an rectius ἐξαιτούμενοι pro παραιτούμενοι accipiatur; μῆνιν ἐξαιτεῖσθαι, *iram deprecari. Doed.*

V. 1323. Perperam in plurimis editionibus excusum video τοὐμοῦ πρὸς κασιγνήτου. Crasis est τοὐμοῦ ex τὸ ἐμοῦ. At cum elisione τοῦ 'μοῦ est τοῦ ἐμοῦ. *Brunck.* Notabilis transitus orationis est a

τῷδ' ἀνδρὶ ad τοῦ 'μοῦ. Similiter Oed. T. 1463. οὔποθ' ἡ 'μὴ χωρὶς ἐστάθη βορᾶς τράπεζ' ἄνευ τοῦδ' ἀνδρός. *Hell.*

V. 1324. κἀπεσύλησεν post ἐξέωσε videtur denotare: *in perpetuum exclusit, omnem redeundi spem praecidit.* Reisigius πάτραν ad hoc verbum intelligi vult. *Hell.* Malim ἐξέωσε scil. θρόνων; κἀπεσύλησεν ab ἐπισυλάω, non ἀποσυλάω deduxerim: *Non regno solum sed patria etiam privavit;* vid. ad v. 553 (557.) *Doed.*

V. 1326. προςθῇ reliquerunt nuperi editores, cum πρόςθη scribendum esse docuerint Herm. ad Oed. T. 1447, coll. Buttm. in Comment. Soc. Lips. Vol. IV P. I p. 40, et Bast. Epist. crit. p. 276 ed. Lips. De significatu *alicui accidere,* vid. Herm. ad Ant. 40. Hinc προςθήκη in Oed. T. 38 *auxilium.* — ἔφασκε scil. τὸ χρηστήριον. *Doed.*

V. 1327. κρηνῶν. Abresch. ad Aesch. I, p. 99 recte de nymphis interpretatur, bis tamen κρουνῶν perperam citans. *Hell.*

Ibid. θεῶν ὁμογνίων. Eur. Andr. 915. 'Αλλ' ἄντομαι σε Δία καλοῦσ' ὁμόγνιον. Vide Lexicon. *Brunck.* Illico laudavit Photii Lex. (p. 243, ed. Herm.) ubi vulgo legitur ὅσοι συγγενεῖς κοινῶς ὀργιάζουσιν. Brunckius l. l. οὓς οἱ pro ὅσοι edidit, Ruhnken. ad Tim. p. 192 οἷς οἱ. Lenissima medicina erat ὅσοις συγγενεῖς. *Doed.*

V. 1330. οἰκοῦμεν, i. e. ζῶμεν. Lucian. de Astrolog. ἀλλ' ἐν μιῇ ὥρῃ οἰκέουσι. *Musgr.* Vid. eundem ad El. 210 et Erf.

V. 1331. ἐξειληχότες. Sic cum Valckenario lego, quem vide ad Hippol. p. 251. Mendose in libris ἐξειληφότες. *Brunck.* ἐξειληφότες restitui. Nam λαμβάνειν etiam is saepius dicitur, cui quid invito obtingit. Oed. T. 1012. ἢ μὴ μίασμα λάβῃς; Trach. 452. τοῦτο τοὔνειδος λαβών. Aesch. Choëph. 498. βλάβας λαβεῖν. Multo minus in Soph. Phil. 81 κτῆμα τῆς νίκης λάβεῖν debebat λαχεῖν edi. *Doed.*

V. 1334. ξυμπαραστήσει. Verbum activum est et transitivum συμπαριστάναι, quod extat apud Pindarum Olymp. VI, 72.

τᾷ μὲν ὁ χρυσοκόμας πραΰμητίν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε Μοίρας.

Hic vero neutralis [sic ed. rec.] significatio obtinet, quae soli formae mediae inest. *Brunck.*

V. 1335. ξὺν ὄγκῳ καὶ χρόνῳ. Alii πόνῳ, quod interpretamentum videtur vocis ὄγκῳ, alieno loco in textum insertum. *Schaef.* Aesch. Prom. 74. καὶ δὴ πέπρακται τοὔργον οὐ μακρῷ πόνῳ item all. χρόνῳ. *Doed.*

V. 1336. στήσω σ' ἄγων. Hoc quoque participium ex illorum est numero, quae omissa nemo requireret. Sic autem Sophocles Ὁμηρικῷ ζήλῳ. Quis enim non meminerit illius Iliad. II, v. 558. στῆσε δ' ἄγων. *Schaef.*

V. 1340. τοῦ πέμψαντος scil. τοῦ Θησέως. Ne de Apolline cogites ob oracula v. 1325 (1331) commemorata. Hoc enim Oedipi responsio vetat. *Hell.*

V. 1341. ἐκπέμψαι. In B. superscriptum ἐκπεμψον, nescio utrum pro varia lectione, an pro inter-

pretamento. Sane praestat ἔκπεμψαι, *dimitte a te.* Eadem est vis verbi medii in Eurip. Androm. 826.

τέκνον, κάλυπτε στέρνα, σύνδησαι πέπλοις.

ubi in antiquissimo cod. scriptum σύνδησον; quod non aliter probari possit, quam si legatur σύνδησον πέπλους. *Brunck.* Elmsleius comparat Oed. T. 309. ἢ γῆς φυγάδας ἐκπεμψαίμεθα. Reisigius ἐκπέμψαι.

V. 1342. τῆσδ' ὁ δημοῦχος. In omnibus libris, articulo perperam omisso, τῆσδε δημοῦχος. *Brunck.* Sed opponit Schaeferus 1468 (1476.) ἄνακτα χώρας τῆσδε. v. 1630. γῆς ἄνακτα. et Elmsleius τῆσδε κοίρανος χθονός Eur. Med. 71. Alc. 510. Iph. T. 1080.

V. 1344. δικαιῶν ὥστ' ἐμοῦ κλύειν λόγους. Particula si abesset, nemo facile desideraret. Nonnulla huius usus exempla congessi ad L. Bos. Ellips. p. 784: [Dixi ibi: „Passim ante infinitivum ὥστε paullo durius deest. Tale est illud Herodoti L. I. c. 13. συνέβησαν ἐς τωὐτὸ — —, τόνδε βασιλεύειν.“ Alibi Herodotus hanc orationis duritiem, si qua est, evitat. L. I. c. 82. συνέβησαν ἐς λόγους συνελθόντες, ὥστε τριηκοσίους ἑκατέρων μαχέσασθαι. Similiter Strabo T. VI p. 324. ποιοῦνται συμβάσεις, ὥστ' ἐξεῖναι κ. τ. λ.] et 924. Accedant haec. Supra v. 969. seq. εἴ τι θέσφατον πατρὶ χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ', ὥστε πρὸς παίδων θανεῖν. Euripides Supplic. v. 581. οὔτοι μ' ἐπαίρεις ὥστε θυμῶσαι φρένας. Marklandus: „Abundare videtur ὥστε, ut persaepe ante Infinitivum. Hippol. „1327. Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε.“ Idem Hippol. v. 710. Br. ἀλλ' ἔστι κἀκ τῶνδ' ὥστε σωθῆναι, τέκνον. Plato Phaedr. c. 120. in. [p. 269, d.] Τὸ μὲν δύνασθαι, ὦ Φαῖδρε, ὥστε ἀγωνιστὴν τέλεον γενέσθαι, κ. τ. λ. ubi v. Heindorf. [Mox pro Λυσίας f. scrib.

Τισίας] Idem Alcib. II. c. 12 in. [p. 148, d.] *ξυνέβαινεν αἰεὶ τῇ πόλει ἡμῶν, ὥςτε καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν — δυςτυχεῖν.* Pari modo *ὡς* ponitur. Xenophon Anab. II, 2, 4. *ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ τῷ κέρατι, ὡς ἀναπαύεσθαι.* ubi Interpretes tricari videntur. *Schaef.* Pors. Advers. p. 208.

V. 1345. *οὐδ' ἄν ποτ'* — id est *οὐδέ ποτ' ἄν* — Male in libris *οὔτ' ἄν*, quod qui retinuerunt, accipere saltem debuerunt pro *οὔ τοι ἄν*. *Brunck.* Idque ipsum praeeunte Schaefero fecimus.

V. 1346. *Ἀξιωθείς.* Respondet verbis Polynicis v. 1267 (1273) *ἀλλ' ἀτιμάσας πέμψεις, ἄναυδος.* *Iacobs.*

V. 1347. *τοῦδε* pro *αὐτοῦ;* vid. ad v. 518 (523). *τοῦδε βίον* pro *τόνδε* per periphrasin accipit Bothius.

V. 1348. *ὅς γ', ὦ κάκιστε.* De hac orationis conversione v. Porson. ad Eur. Hec. v. 1187. *Schaef.* Acerbitatis aliquid inesse putabat Camerarius. Neque eius opinioni refragatur Euripideus locus. Aliter est v. 1556 (1567) nostri dramatis. *Hell.*

V. 1354. *κλαυστά.* Turnebus e Triclinio *κλαυτά.* Vide Lexicon in *Ἄκλαυστος.* *Brunck.* Utramque formam apud veteres in usu fuisse statuit Elmsl. ad Heracl. 436. et Oed. T. 361. Sed hae quoque formae differunt, si recte statuit Herm. ad Oed. T. l. l. *γνωτός* significare *notum*, *γνωστός* eum *qui potest nosci.* Itaque *κλαυτός* est *defletus*, *κλαυστός lacrimabilis*, quae significatio in h. l. quadrat. Sed *ἄκλαυτος* recte Ant. 847. 877. *πάγκλαυτος* ibid. 831 (sensu activo) et Trach. 652. Sed ita in suspenso hanc rem

relinquimus, ut de iis locis, qui non addicunt, nihil audeamus statuere. *Doed.*

V. 1354, 1355. Libri omnes τάδ' ὥσπερ ἂν ζῶ. Iohnsonus inepte, *sed mihi ferenda, sicut vivo.* Quod in membr. glossae loco superscriptum est, non significationem tantum particulae declarat, sed ipsissima est Sophoclea lectio. ἕως ἄν. Legendum itaque τάδ', ἕωςπερ ἂν ζῶ — Numquam adhibuerunt Attici poëtae ὡς pro ἕως. Paucissima quae in contrarium adferuntur exempla, mendosa sunt et facillime in integrum restituuntur. Vide quae notavimus ad Eurip. Phoen. 89. *Brunck.* Lectioni ἕωςπερ ἂν ζῶ nulla vis inest, quia haec verba ab Oedipo in ultima vitae meta versante et mortem qualibet hora cupide exspectante proferuntur. *Benedict.* Vulgata τάδ' ὥςπερ ἂν ζῶ, *quocunque modo vivo,* h. e. sive miser et egens ero, sive in felicitatem rediero, defensores nacta est Heathium aliosque plurimos. — Non aliter vindicanda librorum lectio in Trach. 715 de veneno Nessi

χὤςπερ ἂν θίγῃ
φθείρει τὰ πάντα κνώδαλα.

h. e. quacunque ratione tangit; sive levi sive gravi vulnere, letale est. Quanquam paulo aliter explicat Hermannus. In Plat. Phaed. p. 74. C. ἕως γὰρ ἂν ἄλλο ἰδὼν ἀπὸ ταύτης τῆς ὄψεως ἄλλο ἐννοήσῃς εἴτε ἀνόμοιον εἴτε ὅμοιον, ἀναγκαῖον, ἔφη, αὐτὸ ἀνάμνησιν γεγονέναι. ubi Heind. p. 82 „non ἕως ἂν *quamdiu,* „sed ὅταν potius, *quando,* sententia requirit“ emendandum videtur ὡς γὰρ ἄν. Sed ut vulgo interpretantur h. l. nescio quomodo languere mihi videtur sententia. Haec vero deploranda mihi non sunt, sed ferenda, quamdiu viventi mihi sedebit parrici-

dae tui memoria. Sic Brunckius. Quid autem? Num sua ipsius lamenta reprimere opus habet Oedipus? Num unquam lamentatus est? Et quid hoc sibi vult: *tamdiu haec mala mihi ferenda sunt quamdiu tui meminero parricidae?* quasi unquam obliturus sit? Accedit dubitatio grammatica: Num ἐμοὶ potest ἀπὸ κοινοῦ intelligi pro οὐ κλαυστὰ δέ μοί ἐστιν, ἀλλ' οἰστέα, cum praesertim μὲν sit additum? Haec omnia me perpulerunt, ut hunc sensum longe diversum inesse crediderim: *Non autem lacrimabilis est* haec mea vitae conditio, siquidem beatissima est quamvis sordida videatur, *sed mihi eo tu dono donandus es, ut, quocunque modo vivam, tui ut parricidae meminerim*, vel: non lacrimis tuis opus est, sed mea tui ultione iraeque perpetuitate. Ad κλαυστὰ supplendum σοί, ὃς νῦν δακρύεις εἰσορῶν. Φέρειν non est h. l. *tolerare*, sed *dare*, τάδε οἰστέα pro ἥδε ἡ χάρις οἰστέα; τάδε ad seqq. referendum, ad σοῦ φονέως μεμνημένος, ut v. 780 (787)

> οὐκ ἔστι σοι ταῦτ', ἀλλά σοι τ ά δ' ἐστ' ἐκεῖ,
> χώρας ἀλάστωρ οὑμὸς ἐ ν ν α ί ω ν ἐμοί.

Ant. 321

> οὔκουν τόδ', ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ.

cuius de sanitate loci nuper etiam Hermannus desperavit, τό γ' ἔργον edito. Aesch. Pers. 238

> καὶ στρατὸς τ ο ι ο ῦ τ ο ς, ἔ ρ ξ α ς πολλὰ δὴ Μήδους κακά.

pro ὥστε ἔρξαι. In Herodot. I, 23. Τῷ δὴ (Περιάνδρῳ) λέγουσι Κορίνθιοι . . ἐν τῷ βίῳ θ ῶ υ μ α μέγιστον παραστῆναι, Ἀ ρ ί ο ν α ἐπὶ δελφῖνος ἐ ξ ε ν ε ι χ θ έ ν τ α ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κ. τ. λ. Sic ibi distinguendum. Similia quaedam praebet Matthiaeus Gramm. §. 550

p. 997, nec abhorrent quae nos congessimus supra ad v. 1176. Sed dativus *μεμνημένῳ*, quem expectes post *ἐμοί*, ita in potestatem cessit sententiae relativae, propinquitatis quodam iure, ut nominativo *ζῶ* adsimularetur. Notissimum est illud:

ἕτεροι γάρ εἰσιν, οἷσιν εὔχομαι θεοῖς.

quem idiotismum non intelligo cur invideant editores Tacito Ann. II, 24. *aut ita vasto ac profundo, ut credatur novissimum ac sine terris mare*, ubi *mari* intulere, cum indulserint Iuvenali Sat. X, 210.

nam quae *cantante* voluptas,
Sit licet eximius *citharoedus* sive *Seleucus*.

quanquam fluctuantibus libris. De *φονεύς* vid. ad v. 993. *Doed.*

V. 1356. *μόχθῳ τῷδ' ἔθηκας ἔντροφον.* i. e. *εἰς τόνδε τὸν μόχθον ἔβαλες, ἐν ᾧ νῦν τρέφομαι* i. e. *εἰμί. Iacobs.* Sic Ai. 622 *μάτηρ παλαιᾷ ἔντροφος ἁμέρᾳ.* Verbis enim fortioribus utuntur Graeci ad coniunctionem aut societatem qualemcumque significandam. Schwenck. ad Aesch. Eum. 186. *Hell.*

V. 1357. Coram nunc exaggerat crimen, paullo lenius propositum in absentem v. 422 (429). Neglectum officium pro facinore commisso arguit. *Hell.*

V. 1359. *ἐξέφυσα μή.* De sede negationis vid. Phil. Beitraeg. p. 225.

V. 1360. *ἢ τἀν.* Bothius *ὦ τἀν.*

V. 1363. *ἀπ' ἄλλου.* Adripit conviciandi occasionem ab ipso Polynice id v. 1317 iam suspicante subministratam. *Hell.*

V. 1364. εἰςορᾷ. Phrasin illustrabit Pindari ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζωθάλμιος. Olymp. VII. antistr. 1. Idem: λαγέταν τύραννον δέρκεται ὁ μέγας πότμος. Pyth. III. epod. 4. *Musgr.* εἰςορᾷ. *ulciscitur.* Infra v. 1526 (1536) θεοὶ γὰρ εὖ μὲν, ὀψὲ δ' εἰςορῶσ'. — οὔ τί πω ὡς αὐτίκ'. Vertam *iamiam.* Similis enim videtur haec phrasis tritissimis illis, ὅσον αὐτίκα, ὅσον οὔπω. etc. *Schaef.* Graviter praesenti utitur de re iamiam, ut existimat, futura. εἰςορᾶν. cogitandum de Δίκῃ, quae πάντα dicitur ὁρᾶν, καθορᾶν, ἐφορᾶν. Diphilus aut Euripides ap. Plutarch. T. II. p. 1124. F. ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. V. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 18. ἀθέσμοις ὀξὺν ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμόν. Heliodor. T. I. p. 39. δεινὸς ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμός. Id. T. II. p. 259. ed. Bip. cf. Dorvill. ad Char. p. 204. Toup. in Suid. T. I. p. 88. *Iacobs.* οὔ τι πω. Heathius οὐδέ πω, ut scilicet respondeat particulae μὲν; perperam: εἰςορᾷ μὲν οὔτι πω ὡς αὐτίκα dictum pro εἰςορᾷ, οὔτι πω μὲν, ἀλλ' αὐτίκα. Sic Ai. 56. κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε pro κἀδόκει ἔσθ' ὅτε μέν. Vid. Herm. ad Ant. 436 et infra ad v. 1454. *Doed.*

V. 1367. κείνην ἐρείψεις. Sic Turnebus nescio unde: in Aldina et tribus nostris codd. κείνην ἐρεῖ τις. Bona est emendatio. *Brunck.* Poenitet non edidisse ἐρείπεις, quod propius abest a librorum scriptura. De tempore praesenti vid. ad v. 1381. *Doed.*

V. 1369. Occasionem priorum imprecationum Oedipi narrat Scholiastes, prolato testimonio ex parva Thebaide. Res aliter narrata erat in Epico Cyclo, cuius versus ad hanc historiam pertinentes servavit Athenaeus L. XI p. 465.

Αὐτὰρ ὁ διογενὴς ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης,
πρῶτα μὲν Οἰδίποδι καλὴν παρέθηκε τράπεζαν

ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρονος. αὐτὰρ ἔπειτα
χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἡδέος οἴνου.
αὐτὰρ ὅ γ' ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ.
αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπ' ἀρὰς
ἀργαλέας ἠρᾶτο· θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐριννύν·
ὡς οὐχ οἱ πατρῷά γ' ἐνὶ φιλότητι δάσαιντο,
ἀμφοτέροισι δ' αἰεὶ εἶεν πόλεμοί τε μάχαι τε.

Brunck. ἀράς. Nonne Ἀράς? *Iacobs.*

V. 1372, 1373. μὴ 'ξατιμάζητον, *neque existimetis, rem esse nullius momenti, quod talia in caecum patrem committitis. Iacobs.* Recte, ut videtur; quanquam ne nostra quidem sententia plane spernenda: *neve amplius despectui habeatis patrem, siquidem tales vos coeci patris filios praestitistis;* praesertim si cum Reisigio οἵ pro εἰ legas. Brunckius obscure: τοιώδε, οὕτω κακώ. *neque eos (parentes) afficiatis contumelia, quod, tales cum sitis, coecum habeatis patrem.* Voluit, opinor: *quod quum coecum habeatis patrem, tales sitis. Doed.*

V. 1375. κρατοῦσιν. Praesens pro futuro: nisi malis κρανοῦσιν, ut supra v. 462 (442) (449.) *Musgr.* Add. v. 785 (789) ἔστι 1367 (1373) ἐρείπεις. Praesens fiduciam vaticinantis indicat. Sic vates in Lucilii Ep. 44 (Anth. Pal. XI, 165) πάντες, ἔφη, νικᾶτε. De accusativo post κρατεῖν vid. Matth. ad Hom. Batr. 62 p. 169. Subiectum verbi esse *Diras,* Brunckius vidit. *Doed.*

V. 1376. Δίκη ξύνεδρος Ζηνός. Pindarus Olymp. VIII, 28. σώτειρα, Διὸς Ξενίου πάρεδρος Θέμις. Ad quem locum vide Schmidii notam. Supra 1261 (1267) Αἰδὼς dicitur Iovis adsidere solio. *Brunck.*

Ibid. ἀρχαίοις νόμοις, *secundum veterum opi-*

niones. Ὁ μὲν θεός, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος — εὐθεῖαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δὲ αἰεὶ ξυνέπεται Δίκη. Platon. p. 851. E. Clem. Alex. p. 499. Vide fragm. Orph. XX. ed. Gesn. [vel potius LXI, 2. ἢ καὶ Ζηνὸς ἄνακτος ἐπὶ θρόνον ἱερὸν ἵζει. *Doed.*] et Demosth. in Aristogitonem p. 772. *Musgr.* Bothius, quum contra Musgravium monet: „νέμειν quidem alicubi significat *putare, arbi-„trari*, ut Oed. T. 1059 (1080), sed similiter usur-„pari vocem νόμος probandum erat." reiici quodammodo potest ad Ant. 898 et 914, ubi νόμος est *animi iudicium.* Nihilominus malim interpretari: *ut antiquitus institutum est et a principio.* — Hesiod. Opp. 254 sq.

Δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα
αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι.

Brunckius: *veteres servans leges.* *Doed.*

V. 1377. ἔῤῥε. *abi.* Timaei Lex. p. 20. ΕΡΡΕ· φθείρου· ἀπαλλάττου. Posterior potestas et cothurno dignior et sequentibus aptior. *Doed.* Iracundiae tamen magis convenit, quod Brunckius dedit, *in malam rem abi!* Aliud στεῖχε, infra v. 1387 (1393). — De v. ἀπόπτυστος vid. Schaef. ad Long. p. 386. *Hell.*

V. 1378. συλλαβὼν ἀράς. Vid. Oed. Tyr. 990 (971.) *Musgr.* *his te Diris comitantibus.* Eurip. Fr. Palamed. IX. εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβών. Aliter Oed. T. 971. τὰ δ' οὖν παρόντα συλλαβὼν θεσπίσματα. *Iacobs.*

V. 1379. καλοῦμαι i. q. ἐπικαλοῦμαι.

V. 1382. θανεῖν, κτανεῖν θ'. Non multum deflectit nostra paronomasia: *sterben und verderben.* *Hell.*

V. 1383. *τοῦ Ταρτάρου*. Herm. ad Hec. p. 109 *τὸ Ταρτάρου*, metri et sermonis poetici causa. Item pro eo quod in Fragm. Soph. Inach. vulgatur: *μίσγει δ' ὕδασιν τοῦ Ἀχελῴου*, V. D. in Mus. crit. 1813 p. 144 corrigit *τοῖς Ἀχελῴου*. *Doed.*

V. 1384. *πατρῷον*. *ἐξ οὗ ὁ Τάρταρος ἐγεννήθη*. An sic et alibi? apud Hyginum Terrae dicitur filius et Aetheris. An potius *ἠέρος*, id est *caliginis? Iacobs.*

Ibid. *ἀποικίσῃ*. An legendum *ἐποικίσῃ*, *inquilinum adsciscat? Musgr.* Potuit sane sic scribere poeta; Ai. 395. *ἔρεβος . . ἕλεσθέ μ', ἕλεσθ' οἰκήτορα.* Nunc hoc dicit: *Ut te procul a nobis abductum recipiat*, ut Trach. 954.

αὔρα,
ἥτις μ' ἀποικίσειεν ἐκ τόπων. *Doed.*

V. 1385. *Ἄρη*. Martis mentio gravior etiam adparebit, si memineris, infensum illum antiquitus fuisse Thebanis propter occisum draconem filium. vid. Eur. Phoen. 952. *Hell.*

V. 1388. *καὶ πᾶσι Καδμείοισι τοῖς σαυτοῦ θ' ἅμα*. „Cave huic *καί* respondere putes *τε*. Non magis enim *καὶ* — *τε* quam apud Latinos *et* — *que* in „partitione dicitur. *Καὶ* est *etiam*.“ Sic Herm. ad Eur. Bacch. 303. ad Ant. 332. Oed. T. 688. Non minor pravi usus species est in Aesch. Theb. 580 sq.

ἦ τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προςφιλές,
καλόν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθύστερον;

De Latino sermone adhuc dubito; vid. Liv. IV, 2. et singulis universisque. Ibid. XXXI, 29. In Ep.

D. Brut. in Cic. Epp. Fam. XI, 13. *quam paratissimi* et *ab exercitu reliquisque rebus*, fluctuant MSS. *Doed.*

V. 1594. *οἷον — τέλος*, i. e. *δι' οἷον τέλος*. Vid. supra ad v. 1356 (1285) (1291). *Musgr.* *εἰς οἷον τέλος ἡ ὁδὸς, ἣν ἐξ Ἄργους ὡρμήθημεν, ἡμᾶς ἤγαγε!* *Iacobs.* *ὁδοῦ τέλος.* Pro mera periphrasi accipit Abresch. ad Aesch. I, 128. Verum sensus est: *quem itineris mei exitum mihi conciliavi eo, quod illud iter suscepi, seu ab Argis huc profectus sum;* ut fere Brunckius. Vide nos ad v. 92. *Hell.*

Ibid. *ἀφορμήθημεν* de *universa expeditione* intelligendum, non de unius Polynicis itinere Athenas facto. Susceptum enim iam tunc fuerat bellum, finibus egressus miles; vid. v. 1305. *Doed.*

V. 1596. *οὐδὲ φωνῆσαί τινι.* Sic optime Tyrwhittus, eodem sensu, quo Polynices ipse infra 1425 (1429) *οὐδ' ἀγγελοῦμεν φλαῦρα.* Mendose vulgo *φωνῆσαί τινα.* *Brunck.* *τινά* quibus machinis defendi possit, nondum video. Facilis tamen constructio, si *τινὶ* legas. *Musgr.* *φωνῆσαι* pro *ἐπιφωνῆσαι*, quod duplicem accusativum adsciscit infra v. 1753. *μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα θνητῶν θήκην ἱερὰν*, quem locum cur „male" ab Elmsleio conferri dicat Reigius, non intelligo. Sic *ἐννέπειν* cum accusativo in Ai. 764. *ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐννέπει*, ubi vide Musgravium et Erfurdtium, Homericam verbi *εἰπεῖν* constructionem comparantes. Add. Iliad. IX, 58.

ἀτὰρ πεπνυμένα βάζεις
Ἀργείων βασιλῆας, ἐπεὶ κατὰ μοῖραν ἔειπες.

coll. XVI, 207. Mitto enim ea exempla, in quibus *εἰπεῖν τινά τι* circumscriptio est locutionis *εὖ* vel

κακῶς εἰπεῖν τινα, quae huc quidquam facere recte negavit Reisigius. Qui quam ipse iniit explicandi viam (ratus scilicet promptiorem esse, quam quae ex analogia Homerica petitur) *οἷον οὐκ ἂν φωνήσειέ τις περὶ ἑταίρων*, in his, quid *περὶ* sibi velit, mihi non liquere fateor. *Doed.*

V. 1397. *οὐδ' ἀποστρέψαι πάλιν.* Sententia est: *non licet* vel *non potuero hoc alicui sociorum patefacere, quin simul eum retro ab hac expeditione pulsurus sim. Musgr.* Quasi *μὴ οὐκ ἀποστρέψαι* legatur. Hoc ut non dici certum est, ita quomodo sit explicandum non decerno; non certe cum Brunckio: neutraliter: *nec fas pedem referre*; aut repetito *ἑταίρους*; aut ita, ut *τέλος ὁδοῦ* sit *ἀπὸ κοινοῦ* dictum: *nec depellere, avertere, effugere* talem belli exitum *licet.* Hom. Iliad. XV, 62 donec Apollo Achivos

αὖτις ἀποστρέψῃσιν ἀνάλκιδα φῦζαν ἐνόρσας.

Aesch. Ag. 822

πειρασόμεσθα πῆμ' ἀποστρέψαι νόσου.

si recte emendavit Porsonus. Vid. ad v. 1465. *Doed.*

V. 1399. *τοῦδ'* num ad *ὅμαιμοι*, an ad *παῖδες*, an ad utrumque pertinet? *ἀλλ' ὑμεῖς.* cf. ad 230 (237). *Hell.*

V. 1401. Aldus et membr. sic hunc versum exhibent:

μή τοί με πρὸς θεῶν σφῶϊν γ' ἂν αἱ τοῦδ' ἀραὶ —

In B. *σφῶν γ' ἂν αἱ τοῦδ' ἀραί.* Quae lectiones perinde sunt mendosae. *σφῶϊν* disyllabum Atticis poëtis prorsus inusitatum est. Veram lectionem minima

mutatione restituimus, σφῷν ἐάν γ' αἱ τοῦδ' ἀραί — Pronomen σφῷν abundat, ut saepe μοι, σοι. *Si vobis patris huius dirae perficiantur:* id est, *si quando patris huius diras eventu comprobatas videritis.* *Brunck.* Elmsleius σφῷν γ' ἐὰν αἱ edidit „σφώ γ' „ἐὰν αἱ editurus si per libros liceret;" quasi vero in ἐὰν perinde atque ἂν (i. q. ἢν) ultimam produci omnes vel adeo quisquam facile concederet; nisi quod Bentleius eodem nomine nuper convictus est a Meinekio ad Philem. et Menandr. p. 544 not. Dativum commodi σφῷν esse in promptu visum interpretibus; sed exemplis fuit probandum, fieri posse, ut eiusmodi dativus, quum non maiore quam particulae encliticae emphasi gaudeat, tamen ipso enunciationis initio locum habeat, et quidem, id quod gravissimis tantum enunciationum partibus conceditur, ipsi coniunctioni praeponatur. Ita enim si scripsisset Sophocles, dualem σφῷν sequenti plurali ὑμιν videretur opposuisse; atqui νῷν potius requireretur, quod intrudere non est in animo. Itaque vide an scripserit Sophocles:

μή τοί με, πρὸς σφῷ θεῶν, ἐάν γ' αἱ τοῦδ' ἀραὶ
πατρὸς τελῶνται, καί τις κ. τ. λ.

ut Trach. 436.

μὴ πρός σε τοῦ κατ' ἄκρον Οἰταῖον νάπος
Διὸς καταστράπτοντος,

scil. λίσσομαι. Plura huius ellipsis exempla collegerunt Valck. ad Phoen. 1659, Elmsl. ad Eur. Iph. A. 1233. Similem senarii structuram habes in Suppl. 279.

δοῦλος δὲ βωμοὺς θεῶν· πόλις δὲ πρὸς πόλιν.

Particulas ἤν γε copulavit Aristoph. Eccles. 856. οὐ

δῆτ', ἤν γ' ἐκείνοις νοῦς ἐνῇ, seclusit easdem Eur. Phoen. 1663.

οὐκ, ἤν πονηρά γ' ᾖ κακῶς τ' εἰρημένα.

Reisig. Coni. I p. 259. Nempe ἤν γε his locis est *si quidem*, non ut plerumque, *siquidem*. In Actt. Monacc. T. I p. 68 σφῷν delendum esse censueram, ex θεῶν natum. Eos qui formas σφῶιν similiaque vindicare studuerunt trimetrorum scriptoribus miror non tentavisse: μή τοί με, πρὸς θεῶν, σφῶιν ἂν αἱ τοῦδ' ἀραί. *Doed.*

V. 1404. καί. Valck. ad Phoen. v. 966 καὶ vel κἂν suadet. Sed vid. Erf. ad Oed. T. 885. *Doed.*

V. 1406. τοῦδ' ἀνδρός. *ab hoc viro* Brunckius. Iungendum potius cum πονεῖτον — i. q. ὑπερπονεῖτον. Oed. T. 233. εἰ . . τις ἢ φίλου δείσας ἀπώσει τοὔπος ἢ χαὐτοῦ τόδε. Arat. Phaen. 82. ἀμφότεροι δ' ὄφιος πεπονήαται. Eiusd. Diosem. 26. τῷ κεῖνων πεπόνησο. *Doed.* Nonne poterit ab ἔπαινος pendere? *Hell.*

V. 1411. σέ τ' αὐτόν. Perperam in omnibus libris σέ γ' αὐτόν. Perpetua est harum particularum confusio. Initio seq. versus Aldus edidit ἀλλ' οὐχ' οἷόν γε pro οἷόν τε. Ferri potuit v. 1304 (1310) αὐτός γ' ἐμαυτοῦ. *Brunck.* Sed iungendae, opinor, particulae καὶ μή γε, utpote formulam efficientes, in qua γὲ nunc continuo sequitur vetantem, nunc ab illa per unam aut plures voces dirimitur. Infra v. 1426 (1432) καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γ'. Persimilis formula est μηδέ γε, cuius exemplum habemus infra v. 1531 (1541) 1733 (1743). *Schaef.* Vid. ad v. 1310.

V. 1412. Libri omnes soloece, πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν στράτευμ' ἄγοιμι — optativus potentialis particulam ἂν comitem requirit, et πῶς cum optativo sine ἂν graece non adhibetur. Tam putidum soloecismum nimis stolida patientia tulerunt Sophoclis editores. Vide indicem nostrum in Aristophanem voce ἄν. *Brunck.* Conf. Melet. Crit. I, p. 99. ubi quae disputata sunt, nunc nolim pro certis indubitatisque haberi. In nostro quidem loco invitis Codicibus ἂν inserere non ausim. Theocritus Idyll. XXVII v. 24. καὶ τί, φίλος, ῥέξαιμι; quod canoni illi non magis favet, quam quod mox v. 58 legitur: πατρὶ δὲ γηραλέῳ τίνα κεν τίνα μῦθον ἐνίψω; Sed in in hoc Strabonis loco T. V. p. 726. τίν ἂν λάβωσι τάξιν; cum duo Codices habeant τίνα λάβωσι τάξιν; facile patiar mihi persuaderi, particulam a mala manu accessisse. *Schaef.* Herm. ad Ai. 904. „Optativus aoristi ubi praeteriti significatio inest ut „in Latino *redierim*, sine ἂν ponitur; cum ea par„ticula autem, ubi futurum intelligatur." Et paulo post de n. l. „recte Brunckius αὖ in ἂν mutavit, Schaeferus autem in Melet. crit. p. 99 cum Toupio, servato αὖ, ἄγοιμ' ἂν corrigit. At hic αὖθις αὖ πάλιν dici non poterat; cave enim hunc pleonasmum temere ubique usurpari credas." Laudat tamen Reisigius Aristoph. Nub. 975. εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνιστάμενον. et Phil. 952 ἂν vult etiam Porsonus Advers. p. 280 si non pro αὖ, at certe post ταὐτά. sc. ταὔτ' ἂν pro ταυτόν.

V. 1413. ταυτὸν non imminutum sed integrum, ab hostibus persecuturis, ubi nos cedere et abire viderint, non petitum. *Iacobs.*

Ibid. εἰσάπαξ τρέσας, *cum semel terga dederim:* hoc enim est τρεῖν. *Musgr.* De secunda ali-

qua expeditione cogitat Polynices, quanam illa? Ne novam alibi patriam armis conciliare sibi voluisse credas, obstant verba Antigonae in seqq. Igitur aut cum patre simul diras paternas sperat morituras, ubi tum incolumis ius suum persequi possit, aut aliud aliquod tempus fingit, ubi, quamvis forte Eteocles fato aliquo abreptus fuerit, Thebani tamen exsulem se adspernaturi sint. Sed haec nutu tantum significat aliquo, non diserte eloquitur, nec Antigonae amplius quaerenti nisi caute et in universum respondet. *Hell.*

V. 1416. φεύγειν. De exsilio recte interpretatur Burtonus. *Hell.*

Ibid. πρεσβεύοντ', *natu maiorem.* *Musgr.* Noli articulum τὸν omissum existimare, qui si adesset, vertendum foret: *me, qui maior sum*, nunc quum absit: *me, cum tamen maior sim.* quasi ad instar v. 438 dixerit: ἐμὲ, πρεσβύτερον ὄντα. *Doed.*

V. 1418. ἐς ὀρθὸν ἐκφέρεις. Sic cum Tyrwhitto lego. ὁρᾷς οὖν ὡς ἐκφέρεις ἐς ὀρθὸν τὰ μαντεύματα τοῦδε, ὅς — In libris ἐκφέρει sensu nullo aut pravo. *Brunck.* ἐκφέρει, i. e. ἐξέρχεται. Sic ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι — ἄροτος, *cum annus integer exiisset*, Trachin. 857 (824.) Homer. Iliad. ψ. 758. ὦκα δ' ἔπειτα Ἔκφερ' Ὀϊλιάδης, ubi ἔκφερε valet ἐξέδραμε. Aristides tom. II p. 2. οὐ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐξενεγκοῦσι παραδίδοται τὸ σύμβολον, ἀλλὰ τοῖς παρελθοῦσι. Vid. et Xenoph. p. 547. Neque rarum est verba a φέρω composita transitivam potestatem deponere. Sic ὑπερφέρειν est *anteire* supra v. 1062 (1005 (1007.)) Oed. Tyr. 389 (381.) Idem de ἀναφέρω, διαφέρω, προφέρω et συμφέρω obtinet. *Musgr.* Rectius Heind. ad Plat. Phaed. p. 43 haec cum ver-

bis in Ai. 7. εὖ δέ σ' ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης βάσις, atque Platonicis accommodavit κινδυνεύει τις ὥςπερ ἀτραπὸς ἐκφέρειν ἡμᾶς. *Reisig.* Hinc illustrandus est Plat. Lach. p. 200. D. οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγος h. e. *neque enim ullus sermo ad finem perducet* sive *satis explicabit illam quaestionem*, secus adhuc, quod sciam, intellectus; oppositum est τὸ δύςφορον (Ai. 51) *quod in errorem inducit.* — ἐς ὀρθὸν *ad eventum*, ut Oed. T. 504. πρὶν ἴδοιμ' ὀρθὸν ἔπος. Ibid. 853. *Doed.* Active Winshemius quoque accepisse videtur, ad Oedipum tanquam subiectum referens; *audis hunc, quam manifeste vobis vaticinatur?* Illud ἐς ὀρθὸν Anonym. Angl. reddit *nullis ambagibus* vel *involucris*, Heathius Burtonusque *ad rectam veritatis normam.* Rectius Brunck. ad *exitum* refert; significatur enim, effatis suum honorem esse constaturum. Notissimum ὀρθὸς et ὀρθοῦν de omnibus, quae bene habent, vigent. Translationem de semita factam, quae rectam in viam ducat, Reisigius arbitratur. Possis etiam de stante columna cogitare. *Hell.*

V. 1420. χρῄζει, χρησμῳδεῖ. Subscribi non debuit ι iuxta auctorem Etymol. M. in χρῄζω. Sed nescio an differentiam quam statuit veteres observarint. Verbum χρήζω ea significatione adhibet Euripides Helen. 524. *Brunck.* χρῄζοι γάρ, *vaticinetur sane*, Steinbrychel in Mus. Turic. Vol. I p. II p. 287. χρήζει γάρ languet. *Erfurdt.* Non repugnabo, si quis χρήζει praeferendum censebit; mihi χρῄζει reconditiorem sententiam visum est continere, quam bene exposuit Vauvillersius: „*cupit enimvero*, quasi „diceret: *vatem eum ira, non deus facit.*" Polynici enim cum tam acerba responsa et exitii vaticinationem tulerit a patre, nihil aliud solatii loco su-

perest, quam ut veritatem vaticinii in dubitationem vocet, tanquam iratus pater ea quae *ipse optet*, pro oraculorum minis filio offerat. Neve quis obiectet, quod mox v. 1428 idem dirarum paternarum vim ac potentiam agnoscat. Nam in hoc ipso summa poëtae ars cernitur, quod Polynicem modo dubitantem de veritate, ob spem, modo timidum ac desperantem, turbatum denique facit ac nescium, quid credat, quid non credat. Vid. v. 1435 sq. Sensus igitur hic est responsi: *Vota enim eius haec sunt; quae quis scit an rata unquam sint futura?* Simillima sententia et apud Aeschylum Chorus Prometheo, tristissima quaeque de Iove edenti oracula, obiicit v. 922

ΧΟΡ. σὺ θὴν ἃ χρῄζεις, ταῦτ' ἐπιγλωσσᾷ Διός.
ΠΡ. ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ' ἃ βούλομαι λέγω.

et de Atheniensibus Thuc. III, 3. *οὐκ ἀπεδέχοντο τὸ πρῶτον τὰς κατηγορίας, μεῖζον μέρος νέμοντες τῷ μὴ βούλεσθαι ἀληθῆ εἶναι.* coll. V, 113. Eadem scripturae diversitas reperitur in Aesch. Choeph. 340

ἀλλ' ἔτ' ἂν ἐκ τῶνδε θεὸς χρῄζων
θείη κελάδους εὐφθογγοτέρους.

quod, quamvis a Schol. per *χρησμῳδῶν* explicatum, malim ex Hom. Od. III, 231

ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι

expressum putare. Prorsus singularem Elmsleius coll. Addit. protulit sententiam: „*χρῄζει* nostro loco „*χρὴ* significare videtur, *fatale est.* Vid. Wessel. „ad Herodot. I, 8. *χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κα-* „*κῶς.* *Ἔχρῃζες* pro *ὤφελες* legitur v. 1713 (1704)." *Doed.*

V. 1422. τοῦδ' ἀνδρός. Perperam pro σύ dictum vult Abresch. ad Aesch. I, p. 131. Oedipus intelligendus, quem non adloquitur Antigone. *Hell.*

V. 1423. οὐ δ' ἀγγελοῦμεν separatim scripsimus. Idem in El. 132 restituit Herm. (coll. Schaef. App. ad Bast. Ep. cr. p. 29) reliquit ibid. 1034. οὐ δ' αὖ τοσοῦτον ἔχθος ἐχθαίρω σ' ἐγώ. *Doed.*

V. 1424. τἀνδεᾶ, *deteriora*, Elmsl. ad Heracl. 171.

V. 1425. οὕτως non ita dictum est, ut seq. ταῦτα abundet, ad illud Homeri: ὡς γάρ οἱ ἐπέκλωσεν τάγε δαίμων; sed οὕτως ἄρα significat *egone*, ut Oed. T. 1444. οὕτως ἄρ' ἀνδρὸς ἀθλίου πεύσεσθ' ὕπερ; *Doed.*

V. 1426. ἥδ' ὁδός. via ad inferos, quam me patris dirae iubent ire. *Iacobs.* Nos interpunctionem mutavimus, h. s. Ego quidem huic adversus Thebas expeditioni operam dabo, licet improspere eventurae propter patris diras. *Doed.*

V. 1427. ἔσται μέλουσα, *serio ad effectum perducetur.* Eurip. Helen. 198. Ἴλιον κατασκαφὰν Πυρὶ μέλουσαν δαΐῳ. Hesychius: μέλω, ἐν ἐπιμελείᾳ εἰμί. *Musgr.*

V. 1429. εὐοδοίη. Burgess. εὖ διδοίη coniecit. Periphrasi quadam illius verbi usus est noster infra v. 1496.

V. 1430. θανόντ'. Elisionem paullo rariorem dicit Porsonus Supplem. praefat. ad Eurip. Hecub. p. XXIV ed. Lips. iota dativi Atticos non libenter elidere obiter monens ad Orest. v. 584. Transpositione usus Lobeckius ad Aiac. p. 341 hunc locum sic scripsit:

τάδ' εἰ θανόντι μοι
τελεῖτ', ἐπεὶ οὔ μοι — — — —

In qua ratione vereor ne dirimantur, quae poëta arctissime iuncta voluit, θάνοντι et ἐπεί. Lucianus Tom. III p. 671.

πεινῶντ' ἔοικε μαστίχην μασσωμένῳ.

Schaef. θανόντ'. Ex Hermanni praeceptis (Ell. metr. p. 55) θανόντι scribendum, quia ἰῶτα dativi non per elisionem, sed non nisi per synizesin tantum possit evanescere. Sed aperte corrumpunt poëtam, qui verba θανόντι et τελεῖτε sedes suas mutare iubent; primum enim in θανόντι non ea est vis, ut ante verbum finitum debeat locum tenere, deinde antitheseos membra, θανόντος et ζῶντος, quae elegantissime tantum non iuxta se collocata sunt a poëta, parum eleganter divelluntur. Caeterum Bothius etiam μὴ ζῶντά γ' edidit, quia ista, quae a sororibus petit Polynices v. 1404, vivo praestari non possent. Quasi vero non possit ex τάδε (h. e. ea, quae v. 1404 flagitaverat) τελεῖτε repeti τελεῖν τι ad ἔξετον. Elmsl. ad Heracl. 693. Add. p. 140: „θανόντ' pro accusa-„tivo accipi posse satis ostendunt superiora. Deinde „legendum: ἐπεὶ οὔ με ζῶντα." In superioribus dixerat: „Transitus ab alio casu ad accusativum sae-„pissime in participiis locum habet; cf. Aesch. Pers. „916 ἐσιδόντ'. Ag. 1619 ἐμοὶ ἰδόντα. Choeph. 408 „μοι . . . κλύουσαν. Soph. El. 479. Ai. 1006. Eur. „El. 1250 σοι κτείναντα. Med. 814." Caeterum τελεῖν τάφον ad locutionem solemnem referendum; vid. Oed. T. 1448. Hom. Iliad. XXIV, 650. *Doed.* Passovius ad Aesch. Pers. p. 47 ex cod. Venet. τάδ' εἰ τελεῖτε με θανόντ' ἐπεὶ . . . Vid. ad 1198. Sed tum in sequentibus etiam poëtae scribendum

fuisse *με ζῶντα*, Reisigius censet, addens, fieri potuisse, ut elisionem hanc, Atticorum auribus inusitatam, tam Sophocles quam Euripides in Alc. v. 1140 (1157 ed. Monk.) de industria ad percellendos auditores expeteret.

V. 1435. *εἰ χρὴ, θανοῦμαι.* Siccine vero ille, cui mori iam steterat, quippe qui patriâ expulsus et patri suo invisus, dubitanter loqui poterat? Vix dubito quin locutio, quam *Valcken.* ad Phoenissas in *Sophocleis* semel inveniri negabat, hic lateat. Legendum videtur, *Ἧι χρὴ, θανοῦμαι*, moriar, sicuti oportet hominem, cui mortem pater suus imprecatus est. *Ηι* et *Ει* facili lapsu permutantur. *Burgess.* Vid. ad v. 1420 (1426). — *μὴ σύ γε*, h. e. *nicht doch!* vel *ja nicht!* Eur. Hec. 406. *μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ! Doed.*

V. 1437. *εἴ σου στερηθῶ.* Sic libri omnes. Nescio an, quia *στερηθῶ* futuri significatione hic adhibitum, tanquam *στερηθήσομαι*, particula *εἰ* locum obtinere possit. Alias certum est cum subiunctivo rite eam non construi. Melius legeretur *ἢν σου στερηθῶ.* [*ἢν σου στερηθῶ.* Sic ad linguae normam legendum. Soloece libri omnes exhibent *εἴ σου στερηθῶ.* Probum esset *εἰ σου στερηθήσομαι.* Verum subiunctivus modus particulam *εἰ* respuit. Ex ed. rec.] *Brunck.* *εἴ σου* revocavit Reisigius. Vid. Herm. ad Ant. 706.

V. 1438. *καὶ τῇδε — χἀτέρᾳ. ἑτέρᾳ* i. q. *ἑτέροις.* Euripides Bacch. v. 893. s. Br. *ἑτέρᾳ δ' ἕτερος ἕτερον ὄλβῳ καὶ δυνάμει παρῆλθεν.* Aemil. Portus ad h. l. „Adverbialiter sumendum pro *ἑτέρως, ἄλλως*, vel subaudiendum *ὁδῷ.* Alia via, alia ratione. „Fugerunt haec loca Lexicographos, qui modo Ionicum

ἑτέρῃ norunt. Conf. Schneider. Lex. Gr. T. II. p. 705. a. *Schaef.* Perperam Winshemius Iohnsonusque vertunt: *hoc penes deum est, vel hoc vel illo fato ut quis nascatur.* Peius etiam, qui castigare eos vult, Vauvillersius: *haec in genio sita sunt, et in eo, quod sive hoc, sive altero fato natus fueris.* Recte Brunckius: *Fortuna decernit, utro haec casura sint modo. Hell.*

V. 1439. ἀντῆσαι κακῶν. Constructio non rara: vide ad Euripid. Troad. 214. et Herodot. II, 119. *Musgr.* Exempla genitivi vid. ap. Rittersh. ad Opp. Hal. I, 48. quae valde augeri possunt. Cf. Apoll. Rh. 4, 806. Iulian. Aeg. Epigr. VI, LIV. Callim. Ep. XV. etc. [Add. παιδὸς ὑπαντήσας ex Philoct. 720. *Doed.*] In nostro loco autem κακῶν tum demum ferri posset, si legeretur: σφὼ ἐπαρῶμαι μὴ ἀντῆσαι κακῶν; nunc autem verba sic iungenda: ἐπαρῶμαι οὖν θεοῖς μήποτε κακὸν ἀντῆσαι σφῷν. *Iacobs.* Consultius profecto est, κακὸν ex duobus Codd. recipere, quam σφὼ ex nullo; nos autem constructionum confusionem, satis illam quidem duram, statuimus, ex σφῷν ἀντῆσαι κακά et σφὼ ἀντῆσαι κακῶν ortam. *Doed.*

V. 1440. πᾶσιν. Vide ad Oed. Tyr. 40. *Musgr.* πᾶσι, παντὶ τρόπῳ. *Iacobs.* Item Brunckius, et Schaef. ad Trach. 338; favetque huic rationi et adverbium πάντάπασιν, (vid. Elmsl. ad Heracl. 452) et quod πάντα intendendi causa additur adiectivis, ut ὁ πάντα κωφὸς pro πάγκωφος in Ai. 911. Sin Vauvillersium audias et Erfurdt. ad Oedip. T. 40, masculinum est, *omnium iudicio.* In Thuc. quidem II, 36 πόλιν τοῖς πᾶσιν αὐταρκεστάτην eadem est ambiguitas, sed minima vel nulla sane in Hom. Iliad. II, 285

Ἀτρείδη, νῦν δή σε, ἄναξ, ἐθέλουσιν Ἀχαιοὶ
π ᾶ σ ι ν ἐλέγχιστον θέμεναι μερόπεσσι βροτοῖσι.

Bion. id. IV, 7.

μάρτυς ἐγών, ὅτι μῦθος ὅδ' ἔπλετο π ᾶ σ ι ν ἀληθής.

Matth. Gr. §. 389. Ant. 895. Oed. T. 616. Nobis quidem, quoniam grammatica ratio neutri explicationi deest, posterior eam ob causam praestare videtur, quod v. 1405 divulgatam apud homines laudem sororum memoraverat idem Polynices. *Doed.* Dativum ex *ἀνάξιαι* aptum esse putans, sic interpretatur Reisigius, quasi dicatur *οὐδενὶ ἄξιαί ἐστε δυςτυχεῖν· in nemine commeruistis sortem adflictam.*

V. 1441. Erf. legit

νέα τάδε νεόθεν ἦλθέ μοι
βαρύποτμα κακά, | κακὰ παρ' ἀ | λαοῦ ξένου

et in antistr.

ἴδε μάλα μέγας ἐρείπεται·
κτύπος ἄφατος ὅδε διόβολος· ἐς δ' ἄκραν

Item censet Lachmann. Chor. p. 199. *Hell.*

Ibid. Obscurior huius strophae sensus. Scholiastes a poëtae mente aberravit. De vaticiniis agitur ab Oedipode pronuntiatis, utrum eventum habitura sint, nec ne. Cardo sententiae vertitur itaque in verbis *εἴ τι Μοῖρα μὴ κιχάνει.* Hoc enim homines deorum cultores sollicitos habet, fieri posse, ut eiusmodi vaticinia exitum non habeant, deorumque adeo religionem imminui. Hanc sollicitudinem verba *νέα βαρύποτμα κακὰ* significare videntur. *Iacobs. Novum sane et mirandum mihi acciderit, si infelices casus, quos praedixit lumine cassus senex, vis fati*

ad exitum non perducat. Sic Brunckius vertit. Ego longe aliter h. l. intelligo. *Nova et gravia mala haec irruunt in me, quorum auctor est coecus senex, nisi forte fata ei iam instant. Alterutrum enim indicatur hisce tempestatibus, aut poenam nobis imminere ob sacri hospitis nefandum hospitium, aut mortem illi instare, quam dudum praedixit.* Trepidatio invadit Chorum ex tempestate ingruente, cuius iam nunc, huius carminis principio conspiciuntur fulgura, tonitruum fragoribus excepta. His igitur ominum loco acceptis metuit, ne deorum ira significetur (sive aliis de causis, sive quod tam implacabilem se praestiterit Oedipus, genitor gnato,) haud tamen immemor, posse etiam mortem senis nunc, uti praedictum fuit, divinitus indicari. Neque enim illud vexavit poëtam, quod, cum hoc fore praediceret Oedipus, v. 95, nondum prodiisset Chorus in scenam. *Νέα* i. q. *δεινὰ*, cui more Homerico *νεόθεν* additum nihil novi adiicit sententiae; Iliad. VII, 97. *ἦ μὲν δὴ λώβη τάδε γ᾽ ἔσσεται, αἰνόθεν αἰνῶς.* Ibid. 39. *οἰόθεν οἶος.* *Doed.* Praeiverunt quodammodo Scholiastes, Winshemius et Burgessius. Sed *νεόθεν* non sine magna gravitate additum post *νέα.* Quaeritur ergo, quaenam *nova* esse possint chori mala, quum *veteres* eius calamitates nusquam memorentur, nisi forte communia senectutis incommoda v. 1231 sqq. parum commode huc retuleris? Si hoc non liquet, num vero *ἐμοί* aut plane abundare aut eodem sensu positum esse statuamus, quo supra 1017 *ἡμῶν*, ita ut Chorus *αἰδόφρων* (aliter atque in collegae mei dilemmate est) quidquid misero seni acciderit, id etiam ad se pertinere significet? Deinde versui 1444 extrinsecus sic adfundi lux debet, anticipatione quadam prodigii coelestis, cuius in seqq. demum fit mentio: contra ex Brunckii ratione sponte

ibi omnia patent, praesertim vox *ἀξίωμα*. Brunckio favet etiam pietas chori in priore Oedipo v. 894—910, haud segnius deorum honori caventis. Nec tamen diffiteor, locutioni *novum mihi acciderit*, pro *miror*, vel *vix crediderim*, insolitum quoddam inesse ironiae acumen, etiam *παρὰ ξένου* licentius verti: *quae praedixit senex:* vertendum potius erat: *quae a sene (ab eius exsecratione) redundatura sunt* (in Polynicem.) *Hell.*

V. 1443. *μοῖρα*, quam Musgravius *fatum* i. e. *deorum decreta* interpretatur, utrumque scholion, siquidem recte capio, *de eo quod quis ipse commeruit* (*debita iura vicesque superbae* Hor. I od. XXVIII v. 32) intelligit; alterum tamen mirabiliter infert Polynicen. Burgessius *εἴ τις μοῖρά με κιχάνει*, *quodcunque fatum* sive *malum me consecutum sit*; unde nihil proficias. *Hell.* *κιχάνει* scil. *αὐτὸν*, non, ut Elmsleio videtur, *ἡμᾶς*. Apte Reisigius comparat Stob. Flor. p. 199. *ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου*, rivulum ille quidem monstrans prae ipso fonte, Hom. Iliad. XXII, 303. *νῦν αὖτέ με Μοῖρα κιχάνει.* — Hermannus de emend. rat. p. 60 *κιγχάνει* scribi iussit, probante Elmsleio. *Doed.*

V. 1444. *ἀξίωμα.* *Neque enim quidquam deorum decreto vel coelitus fit, quin momentum habet*; *μάτην*, pro *μάταιον* dictum, idem est, quod *ἅλιον* v. 1462. Erfurdtius in marg. citat Ephem. Lips. 1805 Intbl. 26 p. 434. *Doed.*

V. 1446—1449. Aldus et Membr. *ἐπεὶ μὲν ἕτερα τάδε πήματ' αὖθις αὔξων ἄνω.* At in B. *τάδ' ἐπ' ἤματ' αὖθις*, quod depravatum videri possit e lectione, quam e Scholiasta eruit Canterus Nov. Lect.

VII, 11. *τάδε παρ' ἦμαρ αὖθις.* Forte verius esset *ταῦτ' ἐπ' ἦματ' αὖθις. Brunck.* Vicina [voci *χρόνος*] sic fortasse non inepte emendes:

Ῥοᾷ, ῥοᾷ ταῦτ' ἄγει
Χρόνος, ἐνεῖμεν ἑτέρᾳ
Τάδ' εἰ πήματ' αὖθις αὔξων ἄνω.

Ῥοᾷ, undae modo. De eventuum reciprocatione Pindarus Olymp. II antistr. 2. *ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι — ἐς ἄνδρας ἔβαν.* Euripides Androm. 350. *κακῶν τοσούτων οὐχ ὁρᾷς ἐπιῤῥοάς;* Heraclitus *ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα*, Platon. p. 276. E. — *Ἄγει*, ut apud Herodot. VII, 9. *θεός τε οὕτω ἄγει.* Aristides Palinod. de Smyrna tom. I p. 263. *βασιλεῖς — τὰ τῶν ἀνθρώπων ἄγοντες πράγματα.* Pindarus Nem. XI antistr. 3. *θνατὸν οὕτω σθένος ἄγει μοῖρα.* Reliqua interpretari cuivis facile est: *siquidem denuo alia haec infortunia accumulans addit.* Pro *ἐπεὶ μὲν* non deterius esset *ἐπεῖχεν ingruit.* Vid. ad Eurip. Bacch. 1131 — Pro *πήματ'* Scholiastes tradit scriptum fuisse *παρ' ἦμαρ*, quod Gul. Cantero placebat. Idem pro *ἐπεὶ* coniiciebat *ἐκεῖ.* [Nov. Lectt. VII, 11.] *Musgr.* Sensum esse existimo: *haec tempori curae sunt, quod alia alias adducit.* Hic efficeretur vix sic lectio: *αὐτίκα μὲν ἕτερα, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων . . . alia statim, alia procedente tempore.* Quaerendum pro *ἐπεὶ* vocabulum, quod et *αὐτίκα* significet, et metro conveniat; *ἕτερα* et *τὰ δὲ* sibi respondere vix dubito. — *ἄνω* vide an cum *ἔκτυπεν* cohaereat. — Neque *ἐκεῖ* satisfacit. *Iacobs.* Hos vv. sic vertit Brunck: *quandoquidem et prius destinata huic viro infortunia novis incrementis in dies cumulans.* Herm. autem ad Vig. p. 785 „*ἐπεὶ*, inquit, *δὲ* in apodosi habens, interpretes vexavit: *videt hoc semper tempus, postquam adversa* (scil.

vidit vel *fuerunt*) *proxime insequentia in melius vertens.*" Lachmann Chor. p. 199.

ὁρᾷ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ
χρόνος· ἐπιμέμον' ἕτερα τάδε πήματ' αὖθις αὔ-
ξων ἄνω.

Bothius: ἐπὶ μὲν ἕτερα τάδε παρ' ἦμαρ, *mala sic in dies alte accumulans*, exempla congerens, ubi ἕτερα est pro κακά. Reisigius

ἐλεῖ μὲν ἕτερα,
τὰ δὲ παρ' ἆμαρ αὖθις αὔξων ἄνω —

in hanc sententiam: *alia delebit aevum, alia rursus eriget atque extollet. Hell.* Hanc Reisigii coniecturam si quis alius proposuisset, vix dubito, quin quaesiturus foret idem Reisigius, num ἐλῶ, Aristophaneis illud quidem exemplis bene firmatum, cothurno esset dignum; nunc *reconditiorem formam futuri* vocavit. Nexus hic est: *Quid significent haec ostenta, tempus demum docebit; nam modo adversa, modo prospera indicaturus tonat aether.* Iam singula illustrabimus. In ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος confusio est generalis sententiae cum speciali; ex quibus haec ταῦτα omisso ἀεί, illa τοιαῦτα ἀεί flagitabat. Vid. ad v. 562. Sequentia verba, quae difficultatem habent a lyrica brevitate, ita fere interpolando licet explicare: ἐπεὶ ἄλλοτε μὲν ἕτερα διδοὺς τινί, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων τινὰ ἄνω ἔκτυπεν αἰθήρ. Ac primum quidem ἄλλοτε omitti posse vel in prosaria oratione non est quod demonstrem; μὲν autem nihilosecius relictum tantum abest, ut offensae esse debeat, quoniam saepius vocabulo ἄλλοτε vel similibus praeponitur, (ut Ai. 56 κάδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε) ut sublevet etiam intellectum. Deinde διδούς per

zeugma mutuandum est ex *αὔξων*, quod idem est atque *ἀγαθὰ διδούς*. Vid. infra v. 1556. Eodem sensu reddendum hoc verbum arbitror nostro in Antigonae loco vexatissimo:

κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου
θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενά θ᾽
ἵππον ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγόν
οὔρειόν τ᾽ ἀδμῆτα ταῦρον.

quem locum cum nuper insigni acumine tractaverit Hermannus, huius ego vestigia ita premo, ut lenioris ope medicinae subveniam, corrigendo:

ἵππον αὔξεται ἀμφίλοφον ζυγῶν

opibus augetur seu *proficit eo quod iugum ἀμφίλοφον imponit equo.* Denique *παρ᾽ ἦμαρ* sensu latiore dictum pro *ἄλλοτε*; articulus additus ut in *τὰ δὲ μεταξὺ τούτου* v. 283, Pind. Pyth. IX. 65

τὸ μὲν παρ᾽ ἆμαρ ἕδραισι Θεράπνας,
τὸ δ᾽ οἰκέοντας ἔνδον Ὀλύμπου.

ἄνω cum *ἔκτυπεν* nectendum esse rectissime vidit Iacobsius. *Doed.*

Ibid. *χρόνος* nonnunquam veteribus est Deus rerum humanarum praeses. Pindar. Ol. II, epod. 1.

Ἀποίητον οὐδ᾽ ἂν
Χρόνος, ὁ πάντων πατὴρ
Δύναιτο θέμεν.

Leontius in Anthol. p. 258. *Χρόνος — παλάμῃ θῆκεν ἐπ᾽ αὐτοφόνῳ.* *Musgr.* Add. Ai. 646.

V. 1450. *ἔντοπος* non est *incola* [ut Brunckius vult] sed proprie *praesens in loco.* *Vauvill.* laudat Phil. 214 et 283.

V. 1451. *δεῦρο Θησέα πόροι.* Sic codd. omnes et ipse Triclinius. Imperite Turnebus versus susten-

tandi gratia *ἂν* inseruit, *Θησέ' ἂν πόροι.* Scilicet ignorabat *α* finale accusativi nominum in *εὺς* apud Atticos semper produci. Vide Etymol. M. in *Βασιλεύς.* Suidam in *Ἀτρέα.* Clarkium ad H. A. 265. *Brunck.*

V. 1452. *τάξίωμ', votum, petitio. Musgr.* Aut eodem sensu accipiendum quo v. 1444.

V. 1455. *ἐρείπεται* per enallagen constructionis dicitur. vid. ad El. 122. *Musgr.* Ut *ἐρείπω deiicio* significat, ita *ἐρείπομαι cado. Elmsl.*

Ibid. ἴδε μάλα. Haec verba respici putant a Longino de Sublim. §. 15. p. 55. Huds. *Ἄκρως δὲ καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου καὶ ἑαυτὸν μετὰ διοσημείας τινὸς θάπτοντος πεφάντασται.* Sed malim ea referre ad v. 1613 sqq., quia tum demum *ἑαυτὸν ἔθαπτεν. Doed.*

V. 1456. Male Aldus contra metri rationem *κτύπος ἄφατος ὅδε.* Male etiam seq. v. *ἐς δ' ἄκραν.* Languidum sermonem reddit istud *δὲ,* qui per asyndeta longe melius procedit. Versus est dimeter paeonicus brachycatal. Strophicum interpolavit Triclinius: *παρά γ' ἀλαοῦ ξένου.* Quae facillima erat aequandorum metrorum ratio, eam non vidit hominis stupor. *Brunck.*

V. 1456. *κτύπος Διόβολος.* Eustathius ad Il. *H.* 479. [p. 692, 53.] *Ἐκ τοῦ Ζεὺς σμερδαλέα κτυπέων, λαβὼν ὁ Σοφοκλῆς ἔφη τὸ, Μέγας κτύπος, ἄφατος, Διόβολος. ἐν οἷς δηλοῖ ἐκεῖνος, καὶ ὅτι βέλη Διὸς, οὐ μόνον κεραυνοὶ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ βρονταί. ὁμοίως καὶ τοὺς ῥαγδαίους ὑετοὺς, καὶ μάλιστα τοὺς χειμερίους, τοιούτῳ λόγῳ δύσομβρα βέλη λέγει.* (Antig. 358.) *Brunck.*

V. 1457. δεῖμα. Valck. ad Phoen. 1291. *Erf.*

V. 1458.* οὐρανία. Anapaestum in hac voce eo excusant Lobeck. et Erf. ad Ai. 705 (697 Erf.) quod melicis hic senarius sit immistus, de qua licentia dubitans Herm. Ell. metr. p. 122 in οὐρανία mavult συνεκφώνησιν statuere. Abstinendum certe putavimus non modo Bothii coniecturis, οὐρανοῦ, et Elmsleii ad Heracl. 822 „οὐρανία ex οὐνία natum „videtur, οὐνία ex οὐρία. Schol. ἀντὶ τοῦ ταχεῖα.“ sed etiam lenissima medela Seidleri ad Eur. Troad. 1506 „Legitur οὐρανία quod metro adversatur, nisi „facias trisyllabum .... Sed οὐράνια adverbialiter „dictum est, *magno casu* corruens, ut supra v. „530. ἵππον οὐράνια βρέμοντα, *equum ingenti strepitu* „*sonantem*. Conferri possunt οὐράνιον ὅσον, οὐρά- „νιον ἄχος et similia.“ quam probant Lachm. Chor. p. 104 et ipse Erf. in Schedis. Adde Wunderl. Obss. critt. p. 128. *Doed.*

V. 1460. ἀφήσει τέλος. Vide an defendi possit ex Aeschyl. Sept. c. Theb. 161. Eurip. Orest. 1575. Sunt enim quibus reponendum videtur βέλος. *Musgr.* Velut Abreschius Misc. Obss. Vol. V T. I p. 88. cf. Intt. ad Hesych. T. I, 234. Recte Heathius: *quemnam emittet finem s. exitum. Hell.*

V. 1461. δέδια δ'. Sic recte T. et Turnebus ad metri rationem. Aldus perperam δέδια τόδ' — *Brunck.* δέδια τόδ'. Edit. Turneb. δέδια δ', quod sensui satisfacit, metro etiam convenientius est. *Musgr.* Lachm. Chor. p. 200. δέδια δ'· οὐ γὰρ ἅλι' ἐφορμᾷ ποτ', οὐκ ἄνευ ξυμφορᾶς.

V. 1462. οὐκ ἄνευ recte restituit Bothius: „vo-

„hementior enim adfectus in repetita negatione abs-„que copula.“

V. 1465. *ἀποστροφή, effugium.* vid. ad Eur. Med. 1232. *Musgr.* Hoc esset ὑποστροφὴ, quod quidem MSS. suppeditant; sed ἀποστροφή est *propulsatio*; vid. ad v. 1397. Non hoc dicit Oedipus nec potest dicere: non possum effugere, quasi invitus moriatur, sed hoc: non poteritis nunc ut adhuc. Sensus est: neque vos, quorum cura tam saepe ab interitu vindicatus sum, nunc avertere fatum poteritis, diis vocantibus. *Doed.*

V. 1466. Et hunc versum pessime interpolavit Triclinius:

πῶς οἶσθα τοῦτο; τῷ δὲ συμβαλὼν ἔχεις; *Brunck.*

συμβαλὼν pro συμβαλόμενος. Vid. Creuzer. Comment. Herodot. I p. 502 not. 287. Aldus hunc versum et 1479 Choro tribuit; sed Chorus quando melica canit, quorum partes colloquio iambico interpellantur, cum plures personae in scena versantur, plerumque expers esse solet huius colloquii. Accedit, quod tantus est chori tremor, ut cum Iove potius colloqui videatur, avertendi mali causa, quam ut ultro quid quaerat ex Oedipo, qui ad παῖδας sermonem suum converterat. *Doed.* Opponit quidem Reisigius, Antigonen iam v. 1452 sqq. a patre edoctam fuisse. At hoc valet etiam de choro, qui quum Oedipo illa dicente una adesset, vix poterat non audire, quae is dicebat. Deinde haud absurdum erit, aut chorum, aut Antigonen, et hanc quidem anxie patri timentem, amplius quaerere. Nihilo minus in veterum edd. instituto, quod Brunckius celato lectore mutavit, adquiesci posse crediderim. *Hell.*

V. 1468. τῆςδε. sensus postulare videtur τῆδε *huc*. *Musgr.*

V. 1470. ἀμφίσταται ὄτοβος. Phil. 1265. ἵσταται θόρυβος. Eur. Iph. T. 1272. τίς . . . . ἵστησιν βοήν; Heracl. 656. *Doed.*

V. 1471. ἵλαος. Si vera est lectio, supplendum φέροις ex sequentibus: ἵλαος φέροις, εἴ τι τυγχάνεις φέρων. Sed cum metrum sic vitiosum sit, pro adiectivo reponendum putem adverbium ἵλαως. Quanquam si metrum spectes, levia quaedam menda, et in versu praecedenti, et in antistropha, sic forte corrigenda, restant.

3. Διαπρύσιος ὄτοβος
4. Ἵλαως, δαῖμον, ἵλαως εἴ τι γᾷ } Stroph.
3. Ἐπὶ γύαλον ἐναλί-
4. ῳ Ποσειδωνίῳ θεῷ τυγχάνεις. } Antistr.

Aristoph. Pacis 81. ἠρέμα, κάνθων, ubi ἠρέμα adverbium ut hic ἵλαως. Ibid. γᾷ ματέρι, *patriae*. Aeschyl. Sept. c. Theb. 16. Τέκνοις τε, γῇ τε μητρί. *Musgr.* Sane φέροις τι ex seqq. supplere quam ἔσο praestat; cf. ad v. 1668. *Doed.*

V. 1472. ἀφεγγές. Perperam in scholiis legitur ἀφθεγγές, sicuti scriptum est in B. T. prava lectio ex interpretatione ἄῤῥητον orta. [ex ed. rec.] *Brunck.* ἀφεγγές, *tenebricosum* i. e. aerumnosum. Homerus Iliad. δ'. 117. μελαινάων — ὀδυνάων, ubi Scholiastes εἰς βάθος διηκουσῶν δεινῶν. Eurip. Phoeniss. 978. μέλαιναν κῆρ'. Vid. et Aesch. Choeph. 49 et infra v. 1758 (1674). *Musgr.* Tenebras potius intelligo, tempestatum comites, quas precatur Chorus ne mali ominis coelites esse velint. *Doed.*

V. 1473. *ἐναισίου δὲ συντύχοιμι.* Sic Aldus et veteres codd. In T. *ἐναισίῳ.* Apud Suidam *ἐναισίμῳ*, in Kusteri editione: Mediolanensis habet *ἐναισίῳ.* Illud tuetur Toupius I, 133. sed ei nequaquam ausculto. Verbum compositum saepissime casum adsciscit, quicum simplex construi solet. Vide quae notavimus ad Eurip. Or. 1291. cuius rei aliud illico se offert exemplum: *ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμι*, pro *ἀκερδέος χάριτος.* Vel si mavis, *μετάσχοιμι* positum est pro *σχοίην*, et *συντύχοιμι* pro *τύχοιμι.* *Brunck.* *ἐν αἰσίῳ.* Suidas: *ἐναισίμῳ*, ut legi iubet Toupius in locum, qui cum *ἐναισίμῳ* connectere videtur subintellectum *πράγματι.* Ego ex sequentibus *ἀνδρὶ* ad sententiam absolvendam advocaverim: *ἐν αἰσίμῳ δὲ συντύχοιμι τῷ ἀνδρὶ*, *prospere eveniat mihi in hunc virum incidisse. Musgr.* Brunckio adsentitur Reisigius, coll. Phil. 320 et 1333.

V. 1474. *ἄλαστον*, *miserum*, *infelicem.* Sic *τέκνον ἄλαστε* Callim. Lav. Pallad. 87. *Musgr.*

V. 1475. *ἀκερδῆ χάριν*, *ne ex benevolentia in illum monstrata malum in me redundet. Iacobs.* Gramm. in Bekkeri Anecd. T. I p. 364. *ἀκερδὴς χάρις· ἡ μὴ δεόντως διδομένη.* Rectius explicat Reisigius per *χάρις ἄχαρις* coll. Aesch. Prom. 547. Caeterum *μετέχειν χάριν* notant pro *χάριτος* positum. Sed interest aliquid, ni fallor, ut inter *κρατεῖν τινος* et *τι*, quando curatius scribunt autores; *μετέχειν τινός* est participem *esse* rei, *μετέχειν τι* autem *fieri* participem. Aristoph. Plut. 1144. *οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί. Doed.*

V. 1477. *ἆρ' ἐγγὺς ὡνήρ;* Perperam libri omnes contra metri et sermonis legem, *ἀνήρ.* Dixi supra

vocem ἀνὴρ non aliter a Sophocle adhibitam fuisse, quam priori correpta. Praeterea ἀνὴρ sine articulo hominem quemcunque significat, ut si gallice diceres *y a-t-il un homme près d'ici?* sed quando de viro definito sermo est, linguae indoles articulum abesse non patitur. Olim voces plene, absque unius literae elisione pingebantur. Ubicunque ad pronuntiandi rationem scribimus ὥνὴρ, ὠὑτὸς, in antiquissimis Sophoclis exemplaribus exaratum fuerat *O ANHP, O AYTOΣ*, pro quibus serioris aevi minus docti librarii, ista per crasin legenda esse ignorantes, exararunt ἀνὴρ, αὐτὸς, omisso articulo, qui tamen in codd. nostris saepissime glossae loco adscriptus conspicitur. Quod autem dixi, certam et definitam personam non aliter nomine ἀνὴρ indigetari, quam si ei adiungatur articulus, id verum esse nulla non ostendit pagina, ubi casus obliquos articulus semper comitatur, τὸν ἄνδρα, τἀνδρὸς, τἀνδρί. Sic passim τὸν αὐτὸν, τοῖς αὐτοῖς, τοὺς αὐτοὺς reperias, pro *eumdem, iisdem, eosdem*; numquam vero pronomen hoc sensu sine articulo. Quod in obliquis non admittitur, id in recto locum habere posse nemo sibi persuadebit. Optime in Eurip. Medea 769 Aldus ediderat οὗτος γὰρ ὥνὴρ, quod retinere debebam, ut et eiusdem dramatis v. 687 edere,

σοφὸς γὰρ ὥνὴρ, καὶ τρίβων τὰ τοιάδε.

In Rheso v. 122 sinceram scripturam exhibet cod. Florentinus teste Valckenario ad Phoen. p. 274.

αἴθων γὰρ ὥνὴρ, καὶ πεπύργωται θράσει.

Frequens est in Sophoclis exemplaribus haec menda, qua ne foedaretur haec editio, sedulo cavi. *Brunck.*

V. 1478. cf. ad 1614.

V. 1479. Hunc versum Aldus perperam Choro tribuit. *Brunck.* Vid. ad 1466. Rursus Aldinae rationem servavit Reisigius, quoniam haec rogare multo magis interesset Atheniensium, quam filiae non nimium curiosae. *Hell.* τὸ πιστόν. Votum Oedipi erat, ut Theseus ipso mentis compote adveniret. Legendum igitur τὸ πινυτόν. Hesychius: πινυτός, σώφρων, συνετός. *Musgr.* πινυτὸν vereor ne sit non satis tragicum. *Doed.* τὸ πιστόν, τὸ ὀρθὸν τῆς φρενός, est inconcussus mentis status, cui quis confidere possit. *Iacobs.*

V. 1480. τελεσφόρον χάριν h. e. τελοῦσαν. *Referre* iamiam gratias cupit postquam adhuc *habuerit. Doed.*

V. 1481. σφιν pro αὐτῷ. Lobeck. ad Ai. 801. Buttm. Lexil. I, 17. *Doed.*

Ibid. ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην. Notanda hypallage, pro ἥνπερ ἔτυχον ὑποσχόμενος. Vide Eustathium ad Iliad. Δ. p. 505. et Koenium ad libellum de Dialectis p. 55. *Brunck.* Adstipulatur Herm. ad Vig. p. 761. Sed non video quid valeat h. l. verbum τυγχάνειν. Ut enim alibi aliter exprimendum sit illud verbum periphrasi verborum inserviens, modo per *forte*, modo per *forsitan*, modo per *circiter*, tamen nullum credo apud illius aetatis scriptores inveniri, quo abundare dici possit. Atqui huius loci ratio nihil tale admittit. Quapropter probo Porsonum, qui ad Eur. Hec. 788 sic vertit: *quam promisi, si ipse a Theseo id quod peterem consequerer.* Eur. Iph. A. 947 de Calchante:

ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει
τυχών.

h. e. *quando occasionem mentiendi nactus est.* Sed optime quadrat Brunckiana ratio in Thuc. I, 120

πολλὰ γὰρ κακῶς γνωσθέντα, ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων, τυχόντα κατωρθώθη. Quadrare videatur etiam in Aesch. Theb. 358.

παντοδαπὸς δὲ καρπὸς
χαμάδις πεσὼν ἀλγύνει κυρήσας

sed non una de causa sic corrigendum puto hunc versum:

χαμάδις πεσὼν κυρίους ἀλγύνει.

Nec Reisigium censeo audiendum: „*τυγχάνων* non „est: *si consequerer*: ita enim *τυγχάνων ἂν* dictum „oportuit, sed: *quum consequebar.*" Nempe *τυγχάνων ἂν* participium foret imperfecti *ἐτύγχανεν ἄν*: sed *τυγχάνων* in *εἰ τυγχάνοιμι*, non in *εἰ τυγχάνοιμ' ἂν* solvendum est. Imo *τυχών* potius exspectares, si id, quod Reisigio videtur, voluisset poëta; nam *τὴν κατοίκισιν* iamdudum nactus erat Oedipus, v. 633. Hinc recte *παθών* in eundem sensum dicit infra v. 1488, non *πάσχων*. *Doed.*

V. 1482. *ἰοὺ, ἰού.* Has voces Triclinius addidit, ut antistrophe numero versuum par esset strophae. *Brunck.* *ἰὼ παῖ* Reisigius, quoniam exclamatio *ἰοὺ, ἰού* laetitiae nuntia comoediae sit propria, non aeque tragoediae communis, ut fere angori inserviat.

Ibid. *εἴτε* non posse *etsi forte* significare, ut visum est Brunckio, supra ad v. 1153 monui. Nihil aliud valere solet quam *sive.* Cuius coniunctionis cum ea sit natura, ut ad aliud *sive* referri necesse sit, sive expressum illud sive cogitatione supplendum, non iniuria Reiskius aliique offenderunt. Quo magis miror, quod iustam horum virorum dubitationem

Elmsleius tam facile sibi eximere visus est talia exempla afferendo, quae etsi non binas coniunctiones, membra tamen bina habent, ut Herodot. II, 125 *ἐπ' ἄλλης μηχανῆς . . . εἴτε καὶ τὴν αὐτὴν μηχανὴν ἐοῦσαν.* Quod si persistimus in scriptura *εἴτε*, opus est, ut cogitatione alterum membrum addamus, et tale quidem, quod generalem complectatur sententiam, veluti *εἴτε ἄλλοθι:* id ut non plane incredibile, satis tamen tutum non dixerim. Lenissima medicina corriges: *βᾶθ', εἴ τ' ἄκραν*, h. e. *βᾶθι ἴκου τε, εἰ. perge et ades dum, si.* In Thuc. VI, 17 extrem. *εἴτε* quidem divisim scriptum est a Bekkero, ut fas erat, sed distinctionis vitium relictum, ut locus non minus quam ante obscurus manserit. Scribe: *καὶ νῦν οὔτε ἀνέλπιστοί πω μᾶλλον Πελοποννήσιοι ἐς ἡμᾶς ἐγένοντο· εἴ τε καὶ πάνυ ἔῤῥωνται, τὸ μὲν ἐς τὴν γῆν ἡμῶν ἐςβάλλειν, κἂν μὴ ἐκπλεύσωμεν, ἱκανοί εἰσι, τῷ δὲ ναυτικῷ οὐκ ἂν δύναιντο βλάπτειν.* — *Ἄκραν* cum *βούθυτον ἑστίαν* coniunctum a Brunckio probat Elmsleius, qui cum confert *ἄκρον τύμβον* El. 894 *ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς* Eur. Hec. 94 *ἐπ' ἄκρου χώματος* ib. 524 Orest. 116. his quidem locis sponte patet quare additum sit *ἄκρος;* quare nostro sit, non patet. Quanquam cum Elmsleius laudaverit Festum p. 29. *Altaria ab altitudine dicta sunt quod antiqui diis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant: diis terrestribus in terra: diis infernalibus in effossa terra.* putes hoc ex viri doctissimi sententia a Choro dici: *Si superis aram dicas, non infernis diis βόθρον.* Id quam alienum sit nemo non videt. Praeterea *ἄκρος*, quantum scio, non significat: *quicquid eminet ac celsum est* sed *eminentium rerum summas partes* denotat. Caeterum cum sedes huius adiectivi, pene ipso principio enuntiationis positi, indicio sit, non sine magno pon-

dere additum esse, haud scio an hoc voluerit poeta: εἰ ἄκραν τὴν ἑστίαν ἔχων ἁγίζεις h. e. *si summos altaris gradus tenes, ut nunc maxime sacrificia faciens.* Sed non infitior valde mihi placere quod Reisigius excogitavit: εἴτ' ἄκραν ἢ 'πὶ γυάλων ἐναλίῳ Ποσειδωνίων θεῷ τυγχάνεις βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων, ἵκου „*sive in summo cacumine sive in vallibus Neptu-„tuniis aram consecras, veni!*" comparans Aristoph. Nubb. 720 ed. Inv. *Doed.*

Ibid. ἄκραν. Nullum hic locum habere videtur. An legendum Ἀγρᾶν? Pausanias in Attic. p. 45. διαβᾶσι δὲ τὸν Εἰλισσόν, χωρίον Ἄγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. Meminit et Strabo p. 400. Nec spreverim Ἀρᾶν. Vide ad v. 151 (150). De metro vide ad v. 1550 (1471). *Musgr.* ἄκραν Br. iungit cum ἑστίαν. Durum tamen hoc, epitheton a substantivo suo tam multis vocabulis discretum. Vide an fuerit: εἴγ' ἀκμὰν ἐπ' αἰγιαλόν..... τυγχάνεις. *Si adhuc in ara sacranda occupatus es.* Suid. ἀκμήν. ἔτι. et alii. Vid. Antiph. Byz. Ep. 37. ἀκμὰν dorice est ap. Theocrit. Eid. IV, 60. sed significatione diversa. *Iacobs.*

V. 1483. ἐπ' αἰγιαλόν. Sic bene Heathius. Libri omnes ἐπὶ γύαλον. Nec idcirco, ut nupero editori Parisino videtur, scribi debuit ἄκρον, quia αἰγιαλὸν generis est masculini. Nam ἄκραν non magis ad αἰγιαλὸν refertur, quam ad γύαλον, quod et ipsum generis est neutrius: sed ordo est, εἴτε ἄκραν βούθυτον ἑστίαν ἐπ' αἰγιαλὸν ἁγίζεις. *Brunck.* ἐπ' αἰγιαλὸν nec *in littore* nec *prope littus* valere Reisigius monet; ἐπίγυον i. e. ἐπιχωρίαν proposuit Elmsleius.

V. 1484. Ποσειδωνίῳ θεῷ pro Ποσειδῶνι Elmsleius defendit coll. Oed. T. 1105 ὁ Βακχεῖος θεός

„licet hoc aliter explicari possit.“ Non certius exemplum erit, si quis *ὁ Θήβας δ' ἐλελίχθων Βάκχιος ἄρχοι* ex Ant. 154 huc trahere volet; ibi enim *χορὸς* non minus apte quam *θεός* suppletur. Sed obtinet sane haec forma in Eur. Bacch. 206.

τὴν δ' Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου.

Vid. Kuster. ad Aristoph. Ach. 262. Hinc Pausan. II, 2 p. 116 ed. Kuhn. *Λύσιον δὲ τόνδε Βάκχειον ὀνομάζουσι*, si non a lacunae suspicione, at a Loescheri correctione *Βάκχον* vindicandus. Sed latius patet hoc genus dicendi. Similiter *Λαρτίου* scil. *γέροντος* pro *Λαέρτου* in Ai. 1; nam recte Schol. *κτητικὸν ἀντὶ κυρίου*. Hinc *Κορτώνιος*, *Μεταπόντιος*, *Μαλάνιος* scil. *πόλις*. Vid. Creuzer. in Annall. Heidelb. 1823, p. 277. *Ποσειδανίῳ* legit Passow de Pers. p. 51. *Ποσιδωνίῳ* Hermann. Us. Antistr. pag. XIII. *Doed.*

V. 1486. Soloeca videtur oratio, *ὁ ξένος ἐπαξιοῖ σε παρασχεῖν χάριν*. Ex communi loquendi more dicere videtur debuisse, *παρασχεῖν σοι καὶ πολίσματι καὶ φίλοις χάριν*. Post *ἐπαξιοῖ* distinguendum est commate: *ἐπαξιοῖ σε καὶ πόλισμα καὶ φίλους, ὥστε παθὼν παρασχεῖν δικαίαν χάριν*. Perperam scripti et impressi libri *παθῶν*. *Brunck.*

V. 1487. *ἐπαξιοῖ*. De h. v. cf. Elmsleius ad Med. 1334.

V. 1488. *δικαίαν χάριν παρασχεῖν*. Hic infinitivus quomodo intelligendus sit, docet Porsonus ad Euripid. Med. v. 1396. *Schaef.* *δικαίαν* i. q. *δικαίως* supra v. 1152. *Doed.*

V. 1489. *σπεῦσον*. Hanc vocem non adgnoscunt veteres codd. in quibus hic versus mancus cum

strophico non congruit. Defectum supplevit Triclinius. *Brunck.* — ἄϊσσ' ὧδ' ἄναξ Seidlerus de Verss. Dochm. p. 43. ἀλλ' ἀνάϊσσ' ὦναξ Lachmann. de Chor. p. 201. ἄϊσσ' ὦ ἄναξ Reisigius. De ὧδε frequenter extruso vid. ad v. 1113.

V. 1490. ἠχεῖται. passivum. Trach. 866. ἠχεῖ τις κωκυτόν.

V. 1492. μή interrogative pro μῶν. Elmsl. ad Heracl. 483. Annot.

V. 1493. ἐπιῤῥάξασα. Supplendum τυγχάνει. *Musgr.* Probat Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 608. Nec discrepat Brunckius: *numquid Iovis fulmen praecipitavit?* immemor eorum, quae scripserat ad Oed. T. 159 contra Eustathium p. 714, „hac ratione quodvis sermonis vitium defendi posse." Hermannus quanquam ad Vig. p. 770 scripsit: „negari non potest, participia interdum sic „poni, ut pro verbis finitis posita videantur, quod „quum fit, intelligendum est verbum εἶναι." tamen ipse non obscure monet, ne incautius interpretes ad hanc explicandi rationem refugiant. Nos augurari videmur, quandoque hanc licentiam potius quam libertatem dicendi denegatum iri scriptoribus Graecis. Ego quidem valde inclino in Bremii mei sententiam, qui in libello: Philoll. Beiträge aus der Schweiz p. 172 sq. et ad calcem Rauchensteiniani libri de Oratt. Olynth. p. 75 vehementer dubitat, num usquam participium pro verbo finito ponatur. Interim eximam unum locum lenissima emendatione. In Aesch. Eum. 360 pro eo, quod vulgo legitur:

σπευδόμεναι δ' ἀφελεῖν τινὰ τάδε μερίμνας.

scribendum videtur, etiam ob insolentiam medii σπεύδεσθαι, quod nihili esse indicat Elmsleius ad Eur. Med. p. 112,

σπεύδομεν αἴδ᾽ ἀφελεῖν τινὰ τάςδε μερίμνας.

In nostro autem loco omnia pro subiecto sunt; praedicatum ex praecc. adsciscendum cum copula: ἐστὶν ὁ κτύπος vel ἡ τοῦ κτύπου αἰτία, ut νεῖκος in Oed. T. 695, ubi vid. Erf. *Doed.*

V. 1496. τῆσδ᾽ ἔθηκε τῆς ὁδοῦ. Sic voces ordinandas esse nemo non videre poterat. Inconcinne vulgo θῆκε τῆσδε τῆς ὁδοῦ. Attici rarissime augmentum omittunt, quo nulla hic poetam adigebat necessitas. *Brunck.* θῆκε. Malim θεῖτο. Comparandum votum Oedipi pro Creonte Oedip. T. 1491 (1470). Piersonus, augmentum desiderans, reponebat τῆςδ᾽ ἔθηκε. *Musgr.* Optativus in vaticinantis personam parum cadit. Reisigius tentavit:

τύχην τις ἐσθλὴν ἧκε τῆςδε τῆς ὁδοῦ.

Elmsl. ad Heracl. 934. „Si recte dicitur ὁδὸν θεῖ-„ναι τινι, facillime emendatur corruptus Sophoclis „locus; legendum fortasse

„τύχη τις ἐσθλὴ ᾽θῆκε τήνδε τὴν ὁδόν.“

Nos Piersonum Veriss. p. 60 una cum Brunckio secuti sumus: τιθέναι et τίθεσθαι perinde in his usitatum; vid. Blomf. ad Pers. 234. τύχη est *eventus*, ut τέλος: cf. v. 1394. Trach. 724. *Doed.*

V. 1497. Versum laudat Suidas s. v. νέορτον. *Hell.*

V. 1498. ῥοπὴ βίου, *inclinatio vitae ad finem vergentis*, ut bene Iacobsius Anthol. T. IX, p. 345,

quum in illo Mesomedis carmine alio sensu legatur; cf. Trach. 82. Eustath. p. 1266, 40 ad Iliad. XXII. *ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν ταλάντων λαβὼν Σοφοκλῆς ἔφη τὸ βίου ῥοπῇ καὶ* (Oed. T. 961) *σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή. Hell.*

V. 1499. *μὴ ψεύσας.* Hoc enim sensu *ὁρῶντα* dixerat v. 74. *Hell.*

V. 1500. *ἐν τῷ δὲ κεῖσαι — τεκμηρίῳ*, h. e. *τίνι σήματι πέποιθας;* Rarior verbi *κεῖσθαι* usus. *Jacobs.* Comparare licet *προςκεῖσθαι* El. 240. 1040. Ai. 407. *Doed.*

V. 1502. *ψεύδοντες* causativo sensu accipiendum, ut supra v. 624; *εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με*, quae verba Brunckius minus accurate vertit: *si quidem dii me non fefellerint.* Debebat, opinor: *nisi tamen dii facient, ut mendax videar.* Vid. Erf. ad Ant. 587. Hinc passivum *ψευσθῆναι* in Phil. 1326, ubi vid. Herm. Sed paulo ante v. 1499 *ψεύσας* idem erat, quod *ἀπατήσας. Doed.*

V. 1504. *αἱ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς.* Sic tres codd. Male Alpus *αἱ πολλαί.* Nec melius Turnebus *τὰ πολλά.* Neutrum plurale *πολλὰ*, ut saepissime, adverbii vicem sustinet. Glossa recte *καταπολύ. Brunck.* Ant. 1046. *πίπτουσι . . . χοἰ πολλὰ δεινοὶ πτώματ' αἴσχρά.*

V. 1505. *στράψαντα* dedi ex emendatione Io. Piersoni Verisim. p. 139. Male vulgo *στρέψαντα. Brunck.* Rariusculum est *στράπτω*, sed habet Apollonius Rhod. I, 544,

Στράπτε δ' ὑπ' ἠελίῳ φλογὶ εἴκελα νηὸς ἰούσης
Τεύχεα.

Idem lib. III, 1017 et 1215. Oppianus Cyneg. III, 549 et 513. *Musgr.* σκήψαντα proposuit Foster. de Accent. et Quant. p. 133. Nobis tutissimum est visum, στρέψαντα retinere, praesertim quum forma στράπτειν apud Atticos quidem poetas ne toties quidem legatur, quoties στρέπτειν, quod huius saltem loci, et omnium librorum autoritate communitur; nam καταστράπτοντος in Trach. 437 ex ἀστράπτειν est derivandum. Accedit, quod et στεροπή manifesto radicem prae se fert στρέπτειν, et apud grammaticos vestigia huius verbi supersunt manifesta. Hesych. T. II p. 1280. ΣΤΡΟΠΗ· ἀστραπή· Πάφιοι. ib. p. 1281 ΣΤΡΟΦΑΙ· ἀστραπαί. Nec iniuria ib. p. 1275 στορπάν pro στορτίαν legendum esse iudicat Alberti. Consulas denique, si analogiae quid tribuis, Lobeckium ad Phryn. p. 577—580. *Doed.*

V. 1507. κοὐ ψευδόφημα. Perperam in B. F. ψευδόθυμα, quod mendose scriptum pro ψευδόμυθα; estque hoc glossema genuinae vocis. *Brunck.*

V. 1508. ἅ σοι. Offendit viros doctos duplex dativus, σοι et τῇδε. Priorem Reiskius pro genitivo σου positum existimat, explicans, κείσεται ἐν τῇδέ σοι, *in hac tua urbe*, quo Colophonii schematis usu nihil sane durius. Vauvillersius σοι emphaticum ducit. Commemorat Schol. lectionem σῇ τε κείσεται. Tum, Iacobsio auctore, scribendum foret ἃ σοί. *Hell.*

V. 1509. γήρως ἄλυπα, non significat ἄλυπα ἕως γήρως, ut perperam Scholiastes interpretatur, sed ὑπὸ γήρως μὴ λυπηθησόμενα: *quae senium numquam sentient, quae nullo consenescent aevo.* Sic bene accipit Heathius, et miror a quoquam aliter accipi potuisse. *Brunck.* Facile concedo simplicissimam

esse hanc explicandi rationem. Sed quo altius in huius loci nexum inquirebam, tanto magis mihi persuasi, non hoc docere velle Oedipum, *quae* in aeternum mansura sint Athenienses, sed *bona* quaedam proposita esse Atheniensibus, et qua via ac ratione ea sint acquirenda. Itaque hunc ego sensum statuo: *Bona apud aures tuas memorabo, huic civitati mansura, quae senectutis molestias prohibitura sint,* vel, quorum ope haec civitas, etiamsi annis videatur senescere, tamen robur iuvenile, τὴν ἀκμὴν (opp. γῆρας) retinere possit; κεῖσθαι est *manere,* ut Ant. 76. ἐκεῖ γὰρ αἰεὶ κείσομαι: et 481.

εἰ ταῦτ' ἀνατεὶ τῇδε κείσεται κράτη.

Ἄλυπα non *passive,* sed *causative* explicandum, ὑπὸ τοῦ γήρως ἀλύπητον ποιοῦντα. seu τῆς τοῦ γήρως λύπης ἀπαλλάττοντα τὴν πόλιν. Valcken. Diatr. pag. 179. „Egregiam ex Lex. Sangermann. MS., quam „ex Phrynichi Sophistico apparatu putat haustam, „hanc observationem debeo Cl. Ruhnkenio: ἄλυπον „ἄνθος μανίας εἰ θέλοις εἰπεῖν ἐπί τινος πράγματος, ὃ „λύπης ἀπαλλάττει, οὕτως ἂν χρήσαιο, ὡς Σοφο„κλῆς ἐπὶ οἴνου πρῶτον γευσαμένῳ τὸν (Leg. γευσαμέ„νων τῶν R.) κατὰ τὸν χορὸν Σατύρων·

„πόθεν ποτὲ ἄλυπον ὧδε εὗρον ἄνθος μανίας.

„in his Sophocleis aptius mihi videtur: ἄνθος ἀνίας.“ Quae totidem nunc verbis in Bekkeri Anecd. I p. 385 leguntur. Similiter πομποὶ ἀπήμονες in Hom. Od. XIII, 174 non *innocui* tantum sunt, sed *noxam depellentes.* Aeternam et immortalem Atheniensium gloriam ex eo aptam esse ait Oedipus, si nemo quisquam praeter regem sepulcri locum cogniturus sit. Dativus σοι non est quod suspicionem moveat; vid. ad v. 781. Quanquam ne Schol. quidem lectio

σῇ τε pro τῇδε displicet, primum, quod plerumque salutem, quam ferat, communem Theseo et civitati fore iactat Oedipus (v. 1498 sq.) tum quod γῆρας in Theseum melius etiam quam in civitatem cadit. *Doed.* Simplicissima Brunckii ratio: in quam Winshem. etiam verterat: *perpetuo rata.* Similiter El. 1002 ἄλυπος ἄτης. Eur. Suppl. 1177 χάριν τ' ἀγήρω. Herodot. III, 147 ἀπαθία κακῶν. Ad constructionis similitudinem pertinet Thucydideum ἄτιμος γέρων III, 58; cf. Schaef. Mel. Crit. p. 79 et Matthiae Gramm. p. 442. γῆρας de urbe neutiquam inepte dicitur post vv. 603—625, qui locus tam propter verba, quam propter rem, quae praedicitur, in memoriam est revocandus. Nihilominus Sallierius vel καλῶς vel γέροντ' pro γήρως obtrudere Sophocli voluit (Hist. Acad. Gall. Inscript. T. III, p. 121) ab Heathio copiosius refutatus. Dupuis autem scribit ἅ σοι κὴρ ὡς, *quae velut sors fatalis tibi accidit. Hell.*

V. 1510. De loco sepulturae cf. Valcken. ad Phoen. p. 558. χῶρον ἐν τόποις. Inverso notionum ordine Aesch. Eum. 284. χώρας ἐν τόποις. *Hell.*

V. 1513. Homericam fortasse tautologiam reperisse tibi videaris. Sed posterius membrum latius, ni fallor, patet; regionem nimirum indicat, quum prius ad ipsum sepulcrum spectet. *Hell.*

V. 1514, 1515. πρὸ πολλῶν ἀσπίδων, *prae multis clypeis*, i. e. prae multis ὁπλίταις. Ἀσπὶς enim poetis valet ἀσπιδηφόρους, i. e. ὁπλίτας, gravis armaturae milites. Vid. Eur. Phoen. 78. *Musgr.* Add. Blomf. Gloss. ad Aesch. Pers. 320. Elmsl. ad Eur. Iph. A. 189. Brunckius: *vice multorum clypeorum. Hell.*

Ibid. δορός. Si regitur ab ἀλκὴν, quod puto, legendum cum editore Oxoniensi δορός γ' ἐπακτοῦ. Dicitur autem ἀλκὴ δορὸς ut ἀλκὴ κακοῦ. Hesiod. Opp. et D. 201. *Musgr.* Nempe ut *hostes* intelligantur per ἐπακτούς. Blomf. ad Aesch. Theb. 580. „ἐπα-„κτός *advena*, malo ubique fere sensu ponitur; „infra 1015. Trach. 259.“ Mihi opponi videntur ἀσπίδες, quasi *legionarii milites*, δορὶ ἐπακτῷ, *sociis*, *auxiliis*, *mercenariis*, ut Trach. 259. Sed γειτόνων recte cum ἀλκὴν iunxit Brunckius: *contra vicinos sit praesidio*. scil. Thebanos, hostes quandoque futuros. Cum enim δόρυ iam per se sit auxilii bellici symbolon, (unde δορύξενος) ita ut etiam ἐπακτοῦ possit deesse, iniuriam fecerit poetae, qui hunc quoque genitivum de *sociis* intelligi velit. Δόρυ symbolum *auxilii*, ut Ai. 963 θανόντ' ἂν οἰμώξειαν ἐνχρείᾳ δορός, unde etiam δορύξενος dictus. Caeterum lectio γειτονῶν, vel γειτνιῶν h. e. *eo quod tibi vicinus erit tumulus*; non omnino spernendum. Aesch. Pers. 316. ibique Blomf. Suppl. 776. Lob. ad Phryn. p. 82. *Doed.*

V. 1516. ἃ δ' ἐξάγιστα. Huc pertinet Hesychii glossa. Ἐξάγιστα. πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ἀφωσιωμένα, ἃ οὐχ οἷόντε ἐκκομίζεσθαι τῶν ἱερῶν. ἔνιοι δὲ ἁγνὰ ἀπέδοσαν. Erudita sunt, nec tamen usquequaque vera, quae de hac voce disputat Abreschius ad Aeschylum p. 527. Animadvertere poterat, ei Sophoclem significationem diversam tribuisse ab ea, qua Aeschylus verbum ἐξαγίζειν adhibuit, quaque ipsum verbale ab iis adhibetur. Ἐξάγιστα hic valet *valde sancta*, praepositione significationem intendente, ut recte Meibomio observatum. Nemo sibi facile persuadebit in hoc versu, ἃ δ' ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ, negationem ad verbum κινεῖται pertinentem, repetendam

esse cum ἐξάγιστα. Prolata exempla nihil probant, cum in eorum nullo sit particula μηδὲ, quae non negativa solum, sed etiam adversativa est, proinde non eo quo vult ille modo in prius membrum retrahi potest. [ex ed. rec.] *Brunck.* Philo Iud. vol. I. p. 265. ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς ἐξαγίστοις ἐπιποτᾶται πολλάκις αἰφνίδιος ἡ τοῦ καλοῦ φαντασία. Synesius Calvit. Encom. p. 58. τὴν ἐξάγιστον ἡδονήν. *Musgr.* Auxilio vocari poterat καθαγίσαι, quod cum alias significet *sancire*, in Ant. 1081 *contaminandi* potestatem adsciscit. Et tamen haud scio an ἐξάγιστα vulgarem significatum (ἀντὶ τοῦ λίαν ἐναγὴς καὶ ἔμπλεως ἄγους. Harpocrat. Lex. p. 150) ita retineat, ut suppleatur ex seqq. κινεῖν h. e. *nefasta vulgatu*; ut οὐκ ἁγνὸν πατεῖν supra v. 37. Vid. Blomf. ad Aesch. Ag. 624. p. 229. *Doed.* — κινεῖν de rebus sacris, quas tangere nefas. vid. Duker. ad Thuc. VI, 50. Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. Vind. p. 83. *Hell.*

V. 1517. Post μάλης commate interpunxi, iungens αὐτὸς μόνος. Αὐτὸς et μόνος pariter diremta sunt in Eurip. Phoen. v. 1244. s. Pors. *Schaef.* Ne in Ai. 1283 quidem

χὤτ' αὖθις αὐτὸς Ἕκτορος μόνος μόνου
λαχών τε κἀκέλευστος ἦλθ' ἐναντίος

cum Brunckio *ipse solus* iungendum est, sed αὐτὸς λαχὼν *ultro sortitus et iniussus*. *Doed.*

V. 1519. ὅμως Blomf. ad Pers. 300. coll. p. 203.

V. 1521. τῷ προφερτάτῳ non de *virtute*, sed de *nobilitate*, dignitate et auctoritate intelligendum; sicut κάρτερος et φέρτερος sibi opponuntur Hom. Iliad. I, 280

εἰ δὲ σὺ κ ά ρ τ ε ρ ό ς ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ,
ἀλλ' ὅγε φ έ ρ τ ε ρ ό ς ἐστιν, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἀνάσσει.

Ibid. XIX, 217

κρείσσων εἶς ἐμέθεν καὶ φέρτερος οὐκ ὀλίγον περ
ἔγχει.

h. e. *validior et nobilior*. Itaque n. l. *regni heres* significatur. *Doed.*

V. 1522. ὁ δ' αἰεὶ τῷ 'πιόντι δεικνύτω. De potestate adverbii ἀεὶ in huiusmodi formulis vide Valcken. ad Herodot. p. 353 et inde corrige errorem Mosis Du Soul hanc vocem otiosam Plutarcho eximenti, interpretesque laudanti, quod eam omiserint. Militum, qui e Cannensi pugna fuga evaserant, Senatus iussu in Siciliam deportatorum, Marcellus opera uti volens a Senatu veniam petiit, ex iis continue exercitum supplendi, donec omnes in legionem transscripti fuissent: αἰτούμενος ἐκ τούτων ἀεὶ τῆς στρατιᾶς τὸ ὑπολεῖπον ἀποπληροῦν [ex ed. rec.] *Brunck.*

V. 1524. Σπαρτῶν ὕπ' ἀνδρῶν scribendum mihi videri, monui Melet. Crit. I. p. 85. *Schaef.* Nec commutanda in ὑπὸ, nec explicanda per ὑπὸ est praepos. ἀπό. sed ἀδῆον ἀπό ita dictum est ut κρυπτὸν ἀφ' Ἥρας in Eur. Bacch. 89. Caeterum non Thebani soli significantur; sed quicunque non γηγενεῖς vel αὐτόχθονες, non sponte creati fuerint, ut ne Spartani quidem cogitatione excludantur. *Doed.*

V. 1525. οἰκῇ, pro διοικῇ. *Brunck.* *rexerit, administraverit*: ut Eurip. Iph. Aul. 331. Plura dedit Toupius ad Suidam, οὔτε σὺν πανωλέθροισιν. *Musgr.* Imo: *administretur* vel *bonis institutis ac legibus utatur*: vid. Sturz. Lex. Xenoph. T. III p. 248. τις scil. πόλις, non ἀνήρ, quod Elmsleius supplere videtur, cum vertat: „pleraeque civitates,

„etiamsi bonos rectores habeant, civium culpa *κα-* „*θυβρίζειν* solent." *Doed.* *καθύβρισαν*. Praegnans verbum poenas simul significat iniuriarum, id quod causalis particula *γὰρ* 1526 (1536) arguit. Sententia Homerica, ex Iliad. IV, 160. Eamdem sensus vel ambiguitatem, vel ubertatem praebet latina vox *offenderunt*, *haben beleidigt*, et *sind angestossen* vel *schlimm angekommen*. *Hell.*

V. 1526. *θεοὶ γάρ.* Nulla inter haec et praecedentem versum connexio, cui indicandae inserviat *γάρ*. Legendum, *θεοὶ δ' ἄρ' εὖ μέν* — Quanquam magis placeret versus *῞Ο μὴ σὺ* — ante hunc collocatus. *Musgr.* vid. ad v. antec.

V. 1527. *μαίνεσθαι.* Egregiam facit antithesin ad *τὰ θεῖα.* cf. 270 sqq. *Hell.*

V. 1528. *μὴ — βούλου παθεῖν. noli tibi eveniat.* *Musgr.* *Quod tu cave ne tibi contingat* recte Anon. Angl. *Hell.*

V. 1530, 1531. *χῶρον — στείχωμεν.* cum accusativo construitur hoc verbum etiam Eur. Iph. T. 888. *Hell.* — *παρὸν.* An *πτερὸν?* cf. 97. *Matthiae.*

V. 1531. *μηδέ γ' ἐντρεπώμεθα.* Schol. *ἐπιστρεφώμεθα. Cunctandi* potius vim videtur habere. *μηδὲν ὀκνοῦντες. Iacobs.* De reverentia vel timore cogitant Winshemius Brunckiusque. *Hell.* Verisimile mihi est referre Sophoclem voluisse Homericum *ἐντροπαλίζεσθαι* ex Iliad. VI, 496, quod de iis dicitur qui inviti discedunt et cunctantur. Reisigius *μηδ' ἔτ' ἐντρεπώμεθα.* Mihi *γε* non cum *δέ*, sed cum verbo, cui, ut saepe fit, antepositum est, videtur coniungendum. *Doed.*

V. 1534. *μὴ ψαύετ'.* utrum cunctationis vitandae causa hoc fieri vetat, an, quod Diis inferis iam sacratum contrectare sit nefas? Fortasse tamen propter sequentia significat, *ne mihi auxilium vestrum in comitando et conducendo amplius praestate; iam non necesse est.* *Hell.*

V. 1536, 1537. Hi versus propter *κακοφωνίαν* displicuerunt Schaefero Mel. Crit. p. 56. Idem pleonasmum similem notavit in El. 1301. *Hell.*

V. 1538. *νερτέρα θεός.* *Proserpina.* Cf. Virgil. Aen. IV. in fine. Statium in Epicedio Glauciae. *Musgr.*

V. 1541. *τὸν τελευταῖον βίον,* i. e. *τὸ τελευταῖον τοῦ βίου.* Nisi malis:

Ἤδη γὰρ ἕρπω τὴν τελευταίαν, βίον
Κρύψων παρ' ἅδην —

Τὴν τελευταίαν sc. *ὁδόν* Noster Antig. 818 (807) *τὰν νεάταν ὁδόν.* Trachin. 887 (875) *τὴν πανυστάτην ὁδῶν ἁπασῶν.* Simmias in Anthol. p. 267 *πυμάτων εἰς Ἀχέροντος ὁδόν.* *Musgr.* *τὸν τελευταῖον βίον.* pro *τὸ τοῦ βίου τέλος.* Frustra Musgr. haec tentavit, licet versus sensus eum non latuerit. *Iacobs.* Simillime *λύειν τὸ τέλος βίου* infra v. 1712. *Hell.*

V. 1542. *φίλτατε ξένων.* Non Theseum eiusque satellites, sed chori ducem, a quo nunc discessurus est, hoc nomine alloquitur: *πρόσπολοι* autem reliqui choreutae vocantur, ut qui ex tragoediae Graecae institutis loco et dignitate chorago essent inferiores; vid. Genelli Theatr. Athen. *Doed.*

V. 1544. *κἀπ' εὐπραξίᾳ . . . . εὐτυχεῖς ἀεί.* Similis verbositas in Eur. Suppl. 204. Herm.

ἔχει σε ποιμὲν ἐσθλὸν, οὗ χρείᾳ πόλεις
πολλαὶ διώλοντ' ἐνδεεῖς στρατηλάτου.

Helen. 550.

φησὶ δ' ἐν φάει
πόσιν τὸν ἀμὸν ζῶντα φέγγος εἰσορᾶν.

Doed. Vauvillersius interpretatur, *super prosperis rebus*, id est *prosperae res vestrae semper mei memoriam vobis revocent.* Sic in Aiace: ἐπὶ δυςκλείᾳ 143.

V. 1545. *Εἰ θέμις ἐστί.* Cur deos inferos adoraturus veniam quasi praefatur? An quod Pluto κήδεά τε στοναχάς τ' ἔλαχε (ut ait Stesichorus) non preces? Plura in eandem sententiam vide Oed. Tyr. 30. Eurip. Alcest. 431. Suppl. 76. Iph. Taur. 184 et in fragmento Aeschyli apud Stobaeum Serm. CXVII. *Musgr.*

V. 1548. *Ἐννυχίων. Inferorum.* Cf. Oed. Tyr. 187 (178) Trach. 509. *Musgr.* Ex Hom. Iliad. XX, 61.

ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς.

Per ἐννυχίους non *Manes* solum intelligendi, sed dii quoque inferi; ut et ipse Pluto ἔννυχος audit in Trach. 501. *Doed.*

V. 1549. λίσσομαι. Erfurdt. Eph. Ien. 1811 N. 16 p. 127 pro δίδου μοι, quod est in scholl., coni. αἰδοῦμαι probantibus Hermanno Ell. metr. p. 273 et Reisigio, qui confert: *Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι* ex Aesch. Ag. 275 ed. Schütz. (353 Blomf.) De significatu verbi αἰδεῖσθαι dubitavit Elmsleius improbans Aeschyleum exemplum. Possit quispiam usitatiorem vocem αἰτοῦμαι substituere, coll. Oed. T.

880, id quod vel invitis MSS. fieri iusserunt Intt. ad Eur. Iph. A. 997. ὅμως δ', ὅσον γε δυνατὸν, αἰδεῖσθαι χρεών. Perperam, si quid video, quum sensus sit: *In tantum duntaxat pudor retinendus est, quantum fieri potest; in discrimine autem summo ponendus.* *Doed.*

Ibid. λίσσομαι μήτ' ἐπίπονα. Sic recte codd. veteres et Aldus. ἐπίπονα neutrum plurale pro ἐπιπόνως. [In T. scriptum ἐπὶ πόνῳ; ut in scholiis legitur. Ex ed. rec.] Versus dimeter est trochaicus catal. ad quam metri formam antistrophicus revocandus est. *Brunck.* Bothius Ἀϊδωνεῦ, λίσσομαι.

V. 1550. μήτ' ante ἐπίπονα delevit Erfurdtius, ut ex glossa natum. Nam negatio utique ex seq. μήτε mutuanda; cf. Ai. 627. — βαρυαχεῖ. Errat Schol. qui βαρυηχεῖ explicat; est h. l. (ab ἄχος) *valde molestus*, doloribus plenus, id quod vel metro arguitur. Aliter in Aristoph. Avv. 1750.

ὦ χθόνιαι βαρυαχέες ὀμβροφόροι θ' ἅμα βρονταί.

Nubb. 277. Quint. Calab. I, 154. Apoll. Rhod. IV, 569. *Doed.* Diiudicando huic discrimini subtrahere se, ut videtur, voluere interpretes Winsh. Vauvill. Brunck. generaliori sensu vertentes, *difficili, luctuosa, dura.* ἐπίπονα de mortis doloribus accipiendum esse, βαρυαχής autem μόρος de poenis apud inferos, arbitratur Bothius. Mercurium alibi precari solent moribundi, ut placidum sibi exitum det; vid. Lobeck. ad Ai. 841. *Hell.*

V. 1551. ἐξανύσαι. Vulgo ineptissime ἐκτανύσαι. Scholiastam ἐξανύσαι legisse, ex eius explicatione perspicuum est: nec aliter scribere potuit Tragicus,

qui *ἀνύειν* et composita eodem, quo hic modo, saepius usurpat. Antig. 805. *τὸν πάγκοιτον ὅθ' ὁρῶ θάλαμον τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν*. Ai. 606. *κακὰν ἐλπίδ' ἔχων ἔτι με ποτ' ἀνύσειν τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν*. Loquendi forma elliptica est: plene *ἐξανύσαι ὁδὸν εἰς τὰν νεκρῶν πλάκα*. Vide Marklandum ad Eurip. Supplices, ubi similis est locutio v. 1142. *ποτανοὶ δ' ἤνυσαν τὸν Ἅιδαν*. *Brunck.* Legendum *ἐξανύσαι*, *attingere*. Sic *ἀνύσειν ᾅδαν* Ai. 611 (607) ubi plura citantur. *Πρὸς πόλιν ἀνύσειε* Trachin. 670 (657). *Musgr.* *εὖ κατανύσαι*. Reisigius.

V. 1553. *νεκύων* ex Ald. et Schol. restitui pro *νεκρῶν*, ut formam tenori carminis magis congruam, etiamsi per synizesin haud ita crebram bisyllabice est pronuncianda. Sic *δύω* Ant. 55. Vid. Herm. Ell. metr. p. 55. 147. Fortasse eadem scriptura v. 1566 inducenda est. — *Στύγιον δόμον* Eust. p. 718, 35. *στυγνὸς, ὃς δηλοῖ καὶ τὸν στυγνάζοντα, ὅ ἐστι λυπούμενοι· καὶ τὸν μισητὸν δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ· παρ' ᾧ καὶ Στύγιος δόμος τὰ κάτω*. quod additamentum non ita adspersum est, ut Eustathius in *στύγιος* de *invidia* potius, quam de *Styge* cogitasse putetur. *Doed.*

V. 1554. *μάταν*, *nullo suo merito*. *Musgr.*

V. 1555. *ἱκνουμένων*. Reisigius, quem adeas, *ἑπούμενον*.

V. 1556. *πάλιν σε*. Reiskius, Vauvillersius, Bothius *σφε* corrigi iubent, ne Pluto videatur appellari. Nec sane ea est apostrophes lex vel licentia, ut temere alius super alium appellari possit. Sed h. l. ideo excusata est haec commutatio, quod Oedipi imago magis etiam quam deorum inferorum,

quos modo invocaverat eiusdem Oedipi causa, animo chori obversatur. Aesch. Choëph. 439 vix audeo mutare illud: ἐμασχαλίσθης δ' ἔθ' (Agamemnon) ὡς τόδ' εἰδῇς (Orestes). Vid. et nostri Aiac. 172 sqq. *Doed.*

Ibid. ἀέξοι. divina te iustitia, bona pro malis illis rependens, foveat. *Iacobs.*

V. 1557. χθόνιαι θεαί, de Furiis aut de Cerere et Proserpina, quae eaedem intelligendae videntur in Herodot. VII, 153. ὦ κατὰ χθονὸς θεαὶ Furiae audiunt ap. Aesch. Eum. 115. *Doed.* Bothius χθονία θέα, *spectaculum infernum*, quoniam unum Cerberum adloquatur poeta. Idem σώματ' ἀνικάτου θηρὸς pro σῶμά τ' ἀνικάτου θηρός. Erfurdt. in marg. ἀμηχάνου pro ἀνικάτου coniecit et mox ἀντρόθεν pro ἐξ ἄντρων.

V. 1559. πολυξέστοις. Omnino legendum [praeeunte Marklandio] πολυξένοις. Aeschyl. Suppl. 163. τὸν πολυξενώτατον Ζῆνα τῶν κεκμηκότων. Pindar. Olymp. 1, stroph. 4. τύμβον ἔχων πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ. *Musgr.* Num *tritis*, quos innumeri calcant? *Iacobs. Munito* vertit Winshemius, Brunckius plane omisit. Bothius πᾶσι πολυξέστοις. *Hell.* Ex Homero (Iliad. XVIII, 275) ductum epitheton;

ὑψηλαί τε πύλαι, σανίδες τ' ἐπὶ τῇς ἀραρυῖαι
μακραί, ἐΰξεστοι, ἐζευγμέναι εἰρύσσονται.

Huschkius ad Tibull. 1, 5, 72 hinc tralatas existimat *aeratas fores. Doed.*

V. 1560. κνυζεῖσθαι, quod euphoniae quoque causa reduximus, legitur in Soph. Fr. Phryx. nescio unde desumto ap. Larcher. ad Herod. T. III,

p. 442. κυνηδὸν ἐξέπραξαν· κνυζούμενοι, emendatum illud quidem a Blomf. ad Aesch. Theb. pag. 155. *Doed.*

Ibid. ἐξ ἄντρων. Affatim illustrabunt citata ad Eurip. Troad. 527. Metrum quomodo constituendum sit, anceps est iudicium, cum et strophe mutila esse possit, et antistrophe interpolata. *Musgr.* Bothius ἐξαναθοροῦντ'.

V. 1561. Aldus edidit ἀδάμαστον φύλακα παρ' Ἀΐδα. In B. ἀδάμαντος φύλακα παρ' Ἀΐδα. Prope verum accedit Triclinii lectio, quam sprevit Turnebus, licet Aldina meliorem, ἀδάμαστον φύλακ' Ἀΐδα. Legendum ad metri rationem ἀδάματον φύλακ' Ἀΐδα. Sicque versus hic, ut strophicus, dimeter est trochaicus catalect. *Brunck.* Si φύλακ' Ἀΐδα cum Turnebo (in calce editionis) legeris, facile sic metrum restituitur:

5. Αἴτομαι μήποτ' ἐπιπόνῳ Stroph.
6. Ἀδάμαστον φυλακ' Ἀΐδα Antistr.

Musgr. ἀδάματον ubique tragicis restitui vult Elmsleius ad Oed. T. 196. Ἀΐδα expunxit Bothius.

V. 1562. λόγος αἰὲν ἀνέχει. Metrum ut recte se habeat, legendum in stropha ἐπὶ μὴ βαρυαχεῖ. Ed. Steph. ὡς λόγος αἰὲν ἔχει, quod supra pedestrem orationem non satis assurgit. *Musgr.* λόχος ἀνέχει post φασὶ feliciter tuetur Reisigius, comparatis vv. 340-345 (347—352) ubi post γεροντανωγεῖ sine copula sequitur δεύτερ' ἡγεῖται. cf. eundem in Coniect. p. 315—317. Nulla igitur, quam Brunckius putat, lacuna. Lachm. Chor. p. 181 λόγος οἶ' ἀνέχει. *Hell.*

V. 1563. Initio versus ὃν referendum videtur

ad personam, quae in versu, qui ante hunc excidit, invocabatur: tametsi ad ipsum etiam Cerberum referri potest. — ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου. Iuxta Hesiodum Theogon. 306 natus erat Cerberus ex Echidna et Typhone. *Brunck.* ἓν pro ὃν Bothius.

V. 1564. ἐν καθαρῷ. Pro καθαρῶς. Similia complura dedimus ad Eurip. Iphig. A. 974. *Καθαρῶς, innoxie, sine scelere.* Sic νόμῳ καθαρός supra v. 575 (544 (548)). *Musgr.* ἐν καθαρῷ arcte cum βῆναι cohaeret. Sensus requirit, Cerberum rogari, ut blande, *sine fraude et dolo*, ad novum accedat advenam. Hoc esse videtur ἐν καθαρῷ pro καθαρῶς, οὐδὲν ἀδικῶν, quod non multum abhorret a πρᾴως, ἠπίως. *Iacobs.* Adiuvatur haec explicatio similibus deorum inferorum invocationibus: Ai. 832. Aesch. Pers. 627. αἰτησόμεθα πομποὺς φθιμένων εὔφρονας εἶναι κατὰ γαίας. Sed audiendus utique Reisigius: „Locutio Homerica velut Iliad. Θ, 491. K, 199. „Est igitur: *in locum vacuum secedere.*" *Doed.*

V. 1567. τὸν αἰὲν ἄϋπνον. Sic codd. veteres et Aldus, quod et postulat tam metri quam sententiae ratio. Cerberus enim invocatur, qui semper insomnis fuisse fingitur. Triclinius a sententia aberravit, sed metri rationem habuit legendo τὸν αἰὲν ἔνυπνον, quod ex mente Scholiastae interpretatur τὸν ἀεὶ κοιμώμενον θάνατον. Scholiastae lectionem αἰένυπνον adgnoscit Eustathius p. 1201. quae metro plane repugnat. *Brunck.* αἰὲν ἄϋπνον. Optime sic edd. Ald. et Turneb. αἰένυπνον male recepit ex Scholiasta Stephanus. *Musgr.* αἰένυπνον legit Eust. p. 1201, 25, qui locus aut ipsius Eustathii culpa confusus est, aut ita fere restituendus: ἢ τοῦ ἐς κακὸν καὶ ἀνέγερτον ὕπνον κοιμίζοντος [insere: ὡς ὁ Θάνατος] ὃν Ὅμηρος

μὲν που τανηλεγέα λέγει, Σοφοκλῆς δὲ αἰένυπνον, ὡς ἀδελφὸν μὲν ὕπνου, μακρότατον δέ. Mors apud Sophoclem invocatur Phil. 797. Ai. 854. *Doed.*

V. 1568, 1569. ξυντομωτάτως — τύχοιμι. *am kürzesten träf' ich's wohl.* El. 663 ἐπεικάζων κυρῶ. Aesch. Suppl. 689 λέγων κυρήσαις. Reisigius ξυντομώτατος, dubitans de forma adverbii superlativi in Attico poeta. — λέξας . . . . ὀλωλότα. Oropicam loquendi formam notavit Valck. ad Phoen. p. 267. cf. Matth. Gramm. p. 797. *Hell.*

V. 1570, 1571. οὐδ' ὁ μῦθος. Coniunguntur iterum, ut v. 1513 (1523), quae prorsus eadem esse videntur τὰ πραχθέντα et τὰ ἔργα. Brunckius fere in modum Winshemii: *quae gesta, quoque modo singula peracta sunt.* Male. Ipsa enim verborum collocatio docet, sensum esse: *quae autem acta sunt, neque in explicando* (quia scilicet mira atque incredibilia sunt) *brevitatem ferunt nec propter rerum copiam. Hell.* Distinguitur, ni fallor, nuncii oratione *natura* rerum illic spectatarum, quae *mirae* fuerant nec satis perspectae, (ἃ pro οἷα) *a numero*, quia *plurima* memoratu dignissima evenerint. Aliter Reisigius. *Doed.*

V. 1572. γάρ, *igitur.* Quaerit chorus quod iam audivit, ut fieri solet in magno adfectu. Vid. Buttmann. ad Philoct. 333. *Hell.*

V. 1573. λελοιπότα. Zachariae Mudgio placebat λελογχότα, quo posito, τὸν αἰὲν βίοτον interpretari oportet *vitam aeternam*, eodem fere sensu, quo scriptores Ecclesiastici ea phrasi utuntur. Verum Tragicos sic locutos esse, donec exemplis confirmetur,

mihi quidem dubium erit: malimque adeo λελοιπότα retinere, et τὸν ἄγχι pro τὸν αἰεὶ legere. *Musgr.* Hic locus et olim multum mihi negotii facessivit, neque nunc quid eo faciam satis perspicio. Quid, si coniicias τὸ γ' αἰεί? Similiter in Trachin. v. 80 pro εἰς τὸν ὕστερον Reiskius legit εἰς τὸ γ' ὕστερον, quod mihi quoque in mentem venit. *Schaef.* Elegans coniectura, cui haud multum abfuit, quin victus cederem. Vulgatam enim neque ita expediveris, ut iungas αἰεὶ λελοιπότα τὸν βίον, (ubi enim talis disiectionis exemplum?) neque cum Brunckio pro lubitu reddideris *senilem*, nec denique, id quod ipse Schaeferus fecerat in L. Bos. Ell. p. 552, alteram locutionem τὸν βίον ἐς ἀεὶ λελοιπότα vel τὸν λοιπὸν βίοτον in comparationem vocaveris, si Reisigium audias, subtiliter de isto discrimine disserentem. Unicum igitur subsidium habemus in Hermanni interpretatione, qui ad Orphei hymn. LXII, v. 11 et iterum ad El. v. 1064 docet ad τὸν αἰεὶ cogitatione supplendum esse χρόνον. Sed quamvis docte Reisigius quoque in hanc sententiam disputet, molesta tamen manebit vicinitas accusativi βίοτον, quo incommodo neque Orphicus locus, neque Sophocleus in El. premitur. *Hell.* Eandem ellipsin coniectura inferam in Aesch. Pers. 555.

τί ποτε Δαρεῖος μὲν οὔ
τῷ τότ' ἀβλαβὴς ἐπῆν
τόξαρχος πολιήταις.

ubi οὕτω τότ' ἀβλαβὴς vulgatur. Τὸν ἀεὶ χρόνον habet Eur. Phoen. 1537. Veram itaque puto Hermanni explicationem; nisi quod vellem locum attulisset aliquem, in quo τὸν ἀεὶ significaret *in omne tempus*; nam cum alibi, tum Eur. Phoen. 1537 τὸν

ἀεὶ χρόνον est *omni tempore*; et 1691, quem laudat Reisigius, eius loci non minus dubia, quam nostri est interpretatio. *Doed.*

V. 1574. *θείᾳ. divina ope* interpretatur Brunckius. Recte propter copulam, qua epitheton *ἀπόνῳ* coniungit. Quaerit chorus, quod optat. *Hell.*

V. 1577. *ὑφηγητῆρος.* Sic una voce in veteribus codd. scriptum. In T. ut in Aldina divisim *ὑφ' ἡγητῆρος.* Vide ad priorem Oedipum 1260. *Brunck.* Ibid. 967 *ὧν ὑφηγητῶν* scil. *ὄντων.*

V. 1578. vid. 1532, 1533.

V. 1579. *τὴν καταῤῥάκτην ὁδόν.* An intelligit viam subterraneam, de qua sic in Acropolis descriptione Pausanias p. 64. *Ἔστι δὲ περίβολος ἐν τῇ πόλει τῆς καλουμένης ἐν κήποις Ἀφροδίτης οὐ πόῤῥω, καὶ δι' αὐτοῦ κάθοδος ὑπόγαιος αὐτομάτη· ταύτῃ κατίασιν* (ex Acropoli) *αἱ παρθένοι.* Alio loco *Ἀφροδίτης ἐν κήποις* meminit (p. 44) et quidem sic ut appareat, non longe dissitum esse a loco ubi Theseus et Pirithous foedus suum inierunt. Sed de eo mox. Herodotus VI, 103. *τέθαπται δὲ Κίμων πρὸ τοῦ ἄστεος, πέρην τῆς Διακοίλης καλεομένης ὁδοῦ. Musgr. καταῤῥάκτην ὁδόν* i. e. *οὐδόν.* locus, ut videtur, inclinatus, praeceps. De via subterranea quadam ad Acropolin non cogitandum cum Musgravio. *Iacobs.* Aut pro *ὀδὸς ἐς τὰ κάτω ῥηκτός, limen introrsum telluris stratum*, sive *limen viae in imam tellurem ducentis. χάλκεος οὐδός* Hom. Iliad. VIII de infimo Tartaro. *Doed.* — *ὁδόν.* Asperatur haec vox in veteribus codd. ut et apud Eustathium, qui huius loci meminit p. 156. *Ὅτι δὲ οὐδὸς παρὰ τὸ ὁδεύεσθαι, ὡς εἴρηται, γίνεται, δηλοῦσι καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Οἰδίποδι*

τῷ ἐπὶ Κολωνῷ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, ὀδὸν δίχα τοῦ υ γράφοντα τὸν οὐδὸν ἐν τῷ, Καταράκτην ὀδὸν χαλκοῖσι βάθροισι γῆθεν ἐῤῥιζωμένον. Sed certum est, eam tenuari debere. Vide Lexicon in Οδος. *Brunck.* cf. v. 57.

V. 1580. χαλκοῖς βάθροισι. Nescio an idem sit, quod χαλκόπους ὁδός Nostro audit supra v. 58. *Musgr.* — γῆθεν ἐῤῥιζωμένον. Ex Hom. Od. XIII, 162 de Neptuno

ὅς μιν (navem) λᾶαν ἔθηκε καὶ ἐῤῥίζωσεν ἔνερθε.

De toto loco vid. Eustath. ad Iliad. pag. 156. ed. Rom. *Doed.*

V. 1581. κελεύθων ἐν πολυσχίστῳ μιᾷ. quod ante Brunckium legebatur, vix defendi potest; nisi confusam forte dictionem existimes esse ex πολυσχίστων μιᾷ et ex πολυσχίστῳ τινί. *Doed.*

V. 1582. κοίλου — κρατῆρος. Pausanias postquam paullo antea locum indicaverat, ubi Theseus et Pirithous foedus iniisse dicebantur, paucis interpositis, addit p. 43. ἐνταῦθα ὅσον ἐς πῆχυν τὸ ἔδαφος διέστηκε, καὶ λέγουσι μετὰ τὴν ἐπομβρίαν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνος συμβᾶσαν ὑπορυῆναι ταύτῃ τὸ ὕδωρ. — Philostratus vit. Apoll. II, 11. τῆς πέτρας ῥῆγμα εἶναί φασι — ὡς Ἀθήνῃσί τε ἰδεῖν ἐστιν ἐν προδρόμῳ τοῦ παρθενῶνος. In Acropoli tamen Παρθενὼν Pausania teste p. 57. Simile quid erat βάραθρον Athenis in quod maleficos coniicere mos erat. Vide Schol. Aristophan. in Plut. 431. *Musgr.* κοίλου πέλας κρατῆρος. Haec iunge cum ἔστη, appropinquabat crateri. Qui fuerit crater (μυχός ap. Schol.) non eruo.

Ἡρῷον Πειρίθου καὶ Θησέως, Οἰδίποδός τε καὶ Ἀδράστου memorat Paus. I, 30. *Doed.*

V. 1583. *ξυνθήματα.* Pausanias p. 42. *οὐ πόῤῥω χωρίον ἐστὶν, ἔνθα Πειρίθουν καὶ Θησέα συνθεμένους, ἐς Λακεδαίμονα καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρωτοὺς σταλῆναι λέγουσι.* Iulianus Imp. pag. 242. C. *οὐχ ὅρκοις, οὐδὲ τοιαύταις ἀνάγκαις ταῦτα πιστούμενοι, ὥςπερ ὁ Θησεὺς καὶ ὁ Πειρίθους.* — Non est omittendum nuncium hic, ut Sophoclis potius, quam Thesei, contemporaneum loqui. *Musgr.*

V. 1584 *sqq.* Corrupta est huius loci in libris omnibus scriptura. Sic eum exhibuit Aldus:

ἐφ' οὗ μέσου στὰς, τοῦ τε Θορικίου πέτρου,
κοίλης τ' Ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου
καθέζετ', εἶτ' ἔδυσε δυσπινεῖς στολάς.

Quatuor hic indicantur puncta, quorum in medio substitit Oedipus, et desedit; *κοῖλος κρατὴρ, πέτρα Θορικίη, κοίλη ἄχερδος, λάϊνος τάφος.* Iuxta vulgatam lectionem stetit Oedipus simul super quatuor his locis, quod absurdum est. Proinde nihil iuvat Canteri emendatio legentis *κἀπὶ λαΐνου τάφου.* Quin legendum omnino:

ἀφ' οὗ μέσος στὰς, τοῦ τε Θορικίου πέτρου,
κοίλης τ' ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου,
καθέζετ'· εἶτ' ἔλυσε δυσπινεῖς στολάς.

Ceteras Aldinae lectionis mendas iam sustulerant alii editores. *καθέζετ'* Turnebus dedit: *ἔλυσε* Stephano debetur. Utrumque repraesentant codd. nostri B. T. *Brunck.* *μέσου.* Sic si legamus, nihil erit a quo regatur *πέτρου* et *ἀχέρδου.* Emendandum igitur *μέσος,* ut constructio sit, *μέσος ἀπὸ Θορικίου πέτρου καὶ κοί-*

λης ἀχέρδου καὶ λαΐνου τάφου vel τάφρου, *aequidistans a Thoricia rupe, et a cava pruno et a saxeo sepulchro.* Canterus pro κἀπὸ reponebat κἀπί: verum hoc constructionem pessumdat, cum nihil, ut dixi, relinquat a quo regi possint πέτρου et ἀχέρδου. — Θορικίου πέτρου. Ad haec illustranda accurata Athenarum topographia opus foret. *Musgr.* Reisigius ἐφ' οὗ Brunckii spreto, μέσος adscivit, addito: Stabat Oedipus κοίλου πέλας κρατῆρος, quo prorsus spectat ἐφ' οὗ et ita quidem ut medius esset inter Thoriciam rupem et cavam pirum, atque aversus a saxeo sepulcro (κἀπὸ λαΐνου τάφου). Ad κἀπὸ Erf. in marg: „κἀπὶ Toup. ad Suid. Vol. III p. 230."

V. 1585. *ΑΧΕΡΔΟΣ* utrum nomen sit appellativum, an loci cuiusdam proprium, sunt qui dubitent. *Pirum Silvestrem* significat, et κοίλη ἄχερδος *sepem*, αἱμασιὰν notare possit, qua locus ubi substitit Oedipus una ex parte claudebatur. Vide Eustathium p. 1748. l. 47. Locus inter Atticae pagos recensetur. Ἀχερδοῦς, cuius gentile Ἀχερδούσιος. Sed illius patrius casus esset Ἀχερδοῦντος, non Ἀχέρδου. Suidas in Ἄχερδος legit κἀπὸ λαΐνου τάφρου. *Brunck.* ἀχέρδου. Arboris genus est ἄχερδος, *prunus sylvestris* Latinis dictum, Anglis *a sloe.* Alcaeus in Anthol. p. 272.

καὶ πνιγόεσσαν ἄχερδον ἀποστύφουσαν ὁδιτῶν
χείλεα. . . .

Homerus Odyss. Ξ. 10. καὶ ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ. Theocritus XXIV, 88.

— ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἄχερδον.

τάφου. MS. Suidae in Bibliotheca C. C. C. Oxon.

ad v. ἄχερδος dat λαΐνου τάφρου, quod vulgata non deterius. *Musgr.*

V. 1586. ἔλυσε δυςπινεῖς στολάς. Exuit vestes sordidas, aliasque mox induitur v. 1674 (1592) tanquam sacrum diis facturus. Ita enim veteres solenniter. Unde et paria tradit de Alcestide Euripides fabulae cognominis v. 157 et seq. ubi plura contulimus. *Musgr.* Trach. 613. θυτῆρα καινῷ καινὸν ἐν πεπλώματι.

V. 1588. λουτρά, ad corpus ante sepulturam lavandum. Vid. Eurip. Hecub. 611. — χοάς, ad manes placandos. Vid. Eurip. Iph. Taur. 160 et seq. *Musgr.* Hendiadyn esse vult Reisigius, pro λουτρῶν χοάς. — πόθεν. Loci enim, unde adferretur aqua, diserte destinandi tanta Oedipo non poterat esse cura, quanta supra v. 463 et 481 Coloniatis. *Hell.*

V. 1589. τώ δ'. Sic bene T. et Scholiastes: quod etiam in B. superscriptum vulgato τὰ — Perperam in impressis τάδ' — [Vid. Brunck. ad El. 977.] Cererem, quam hic epitheto εὔχλοον distinguit, Athenienses colebant Χλόης appellatione: huius mentio apud Comicum in Lysistr. 835. *Brunck.* εὐχλόου Δημητρός. Pausanias p. 51 Δήμητρα Χλόην vocat; nec aliter Eupolis Scholiastae citatus. *Musgr.* Adde Creuzerum Symb. T. IV p. 359 ed. I. — πάγος ἐπόψιος eo sensu dictum, ut πέτρα κατόψιος in Eur. Hipp. 30. *Doed.*

V. 1590. ἐπιστολάς, *mandata:* ut Aesch. Prometh. 3. *Musgr.*

V. 1591. σὺν ταχεῖ χρόνῳ. Bene fecit Reisigius, quod textu non mutato mirari satis habuit cur non

usitate loqui maluerit poëta, βραχεῖ 'πόρευσαν ξὺν χρόνῳ, ut v. 1535, 1637. Equidem quare fecerit, nescio; fecisse, pro certo habeo. Nisi forte etiam Trach. 395 σὺν χρόνῳ βραδεῖ μολὼν in dubitationem vocare ausis, quoniam salvo metro etiam χρόνῳ μακρῷ dici potuerit. Coaluit quippe dictio illa ex σὺν χρόνῳ (quod eodem sensu legitur in Ai. 306) et ex ταχέως. Vid. ad v. 805. 1209. 1288. *Doed.*

V. 1592. Respexit versum Suidas. vid. Toup. III, p. 83. *Hell.*

V. 1593. δρῶντος, i. e. ὑπηρετοῦντος. Hesychius: δρώοιμι, ὑπηρετοίην. Vid. et Eurip. Cyclop. 152. *Musgr.* παντὸς δρῶντος ἡδονήν, πάσης ὑπηρεσίας ἀφθονίαν. *Iacobs.* Neutraliter positum accipit Reisigius, coll. Heind. ad Plat. Sophist. p. 405.

V. 1594. ἀργόν. *infectum.* Theognis v. 597. a. Brunck. ἀλλὰ τὰ μὲν προβέβηκεν, ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι Ἀργά. ut probabiliter emendavit Eldikius Suspic. Specim. p. 2. *Schaef.* Eurip. Phoen. v. 778. ἓν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν. *unum adhuc superest agendum.* Etiam h. l. pro καὶ οὐδὲν ἔτι λοιπὸν ἦν. *Iacobs.* Reisigio est *neglectum*, coll. Oed. T. 287. Pro ἐφίετο Elmsl. ad Eurip. Bacch. 1152 p. 149 ἐφίεται.

V. 1595. ἐκτύπησε Ζεὺς χθόνιος. Eurip. Hippol. 1212.

ἔνθεν τις ἠχώ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διός,
βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φρικώδη κλύειν. *Brunck.*

Ζεὺς χθόνιος. De fulmine subterraneo vide citata ad Eurip. Hippol. 1216. Plutonem nigrum Iovem vocat Seneca Herc. Oet. 1703. Hesiod. Op. et D.

465. *εὔχεσθαι δὲ Διῒ χθονίῳ*, ubi vide Graevium. *Musgr.* Non opus est ut *Ζεὺς χθόνιος* de *Iove infero* i. e. de *Plutone* intelligatur; Olympius Iupiter motum subterraneorum auctor habetur; *χθόνιος* non epitheton Iovis, sed praedicati pars est. Quid, quod ne illud quidem opus est, ut de terrae tremore potius quam de coelesti tonitru cogites; nam *χθόνιος* saepius nil aliud est, quam *terribilis.* Miscell. Obss. Vol. II T. I p. 95. ad Eur. Hel. 1361. *αὐδὰν χθονίαν.* coll. Aristoph. Av. 1743. 1748. Schol. ad Eur. Phoen. 817. *πάντα τὰ δεινὰ χθόνια ἔλεγον οἱ παλαιοί.* Eodemque modo *χθονίους θεούς* explicat Steinbrüchelius in Eur. Hec. 79. (vid. Mus. Turic. I p. 164.) coll. *χθόνιον τύχαν* ex Hel. 352. *Doed.*

V. 1599. *ὡς . . . . . ἐξαίφνης. ut . . . . derepente audiit*, vertit Brunckius, recte, si Graecismum imitari voluit Plautino more. Nam *ἐξαίφνης*, sensum si spectes, ad verba *πτύξας εἶπεν* pertinet; artius illa iungenda, ut significent *simulac*, velut *ἐπεὶ τάχιστα.* Blomfield. ad Prom. 207. Herm. ad Vig. p. 852. *Doed.*

V. 1604. *λύει*, i. e. *τούτους τοὺς μόχθους ἅπαντας ἤδη ἀμείβομαι ἑνὶ ῥήματι. Iacobs.*

V. 1608. Aldus edidit *τὸ λοιπὸν ἤδη βίοτον διάξετον*, metro ruente ob syllabae defectum: nec aliter scriptus est hic versus in tribus codd. Turnebus e coniectura ut videtur *αὖ* inseruit, quod nihili est. Recte Wesselingius Observat. p. 97 reponit *εὖ. Vult enim pater, filias, se misero liberatas, tandem felicius aevum acturas.* Verba sunt ipsius viri doctissimi. Sic autem ista cum praecedentibus cohaerent: *κοὐκ ἔτι τὴν δυςπόνητον ἕξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφήν.*

Wesselingio obloquitur nuperus Parisinus editor, qui quum αὖ tuetur nulla auctoritate invectum, non animadvertit se nebulam pro Iunone amplecti. *Brunck.* Ascivi scripturam Suidae T. III p. 468. Brunckius τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὖ διάξετον. εὖ illud infeliciter excogitatum: nam adversatur et verbis οὐ τητώμεναι, et omnino affectui, qui divinum hunc locum (sed quid non θεῖον in Coloneo, principe, si recte sentio, fabularum Sophoclearum?) pervadit tenerrimus. *Schaef.* τὰ πλεῖστα τοῦ βίου Oed. T. 1125. τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου. ibid. 1487. Reisigius dualem recte tuetur. τὸν βίον διάξετον Elmsl. ad Eur. Med. 1096, ἤδη ad λοιπὸν saepius addi exemplis probans.

V. 1609. τοιαῦτ'. *hunc ad modum se invicem amplexi* Brunckius. Et est sane τοιαῦτα sensu adverbii usitatum. Aesch. Theb. 376 Sch. Thuc. IV, 12. Erf. ad Oed. T. 265. Phil. 278. Sed neminem fugit, quam acriter repugnet nexus, quum nec memoratum sit quemadmodum se amplexi fuerint, nec varii amplexus modi facile possunt fingi. Imo τοιαῦτα obiectum est verbi ἔκλαιον, ut in Trach. 153.

πάθη μὲν οὖν δὴ πολλ' ἔγωγ' ἐκλαυσάμην.

Verte: *Talia fere Oedipi verba omnes invicem se amplexi eiulatu prosecuti sunt.* *Doed.*

V. 1611. οὐδέ τ' ὀρώρει βοή. Sic emendate scriptum in tribus codd. ut Aldus, Turnebus et Stephanus ediderunt. Prava lectio et prava distinctio recentiores editiones invasit, οὐδ' ἔτ' ὀρώρει βοή. *Brunck.* οὐδ' ἔτ'. Al. οὐδέ τ'. — Vitio typographico ὀρώρει tres Brunckianae laborant. *Schaef.* οὐδ' ἔτ' Riemer. Ien. ephem. 1804 Octob. p. 176, ut tacite correxit Herm. ad Arist. P. p. 223. *Erf.*

V. 1612, 1613. Ἐν μὲν σιωπῇ φθέγμα' ἐξαίφνης τινὸς Αὐτῷ γ' ἐθώϋξ', qui sic edendum curavit, egregium idem dedit perversae critices exemplum; quasi vero altum silentium semper ubique sit, ubi fletus clamoresque desierint. *Doed.* — θώϋξεν αὐτόν. Exemplum hic habemus omissi augmenti in aoristo, quod rarissimum est apud poëtas Atticos, nec tamen mendosum. Sic in Trach. 767.

ἱδρὼς ἀνῄει χρωτὶ, καὶ προσπτύσσετο.

Vide quae notavimus ad Euripidis Androm. 955. Bacchas 1123. et ad Aeschyli Persas 414. Ridicule Heathius legendum pronuntiat ἐθώϋξεν. *Brunck.* Porsonus ad Euripid. Phoen. v. 5 corrigit δ' ἐξαίφνης τινὸς Θεῶν ἐθώϋξ'. [Omissi a librariis substantivi θεὸς exemplis nunc addo (conf. Meletem. Crit. I p. 52 et Ind. Verbor. p. 153 b.) var. lect. ad Sophocl. Oed. R. v. 95 et 655 Erf. it. ad Aristoph. Plut. v. 859 Hemsterh.] *Schaef.* In Crit. Rev. 1800 Nov. pag. 252 emendatur θωΰξαν: cf. Comm. Soc. philol. Lips. I, 1 p. 178. *Erf.* θώϋξεν αὐτόν. Porsoni emendationem probat Herm. ad Aristot. Poet. p. 223. — „θωΰσσω *incito.* proprie de „venatoribus dictum, canes incitantibus, a θώς, lupi „genus.“ Blomf. ad Aesch. Prom. 73. Iunxit hoc verbum poeta cum duplici accusativo. Dativum personae adsciscit Aesch. Prom. 393. Sine obiecti casu, *sonare* significat Ai. 308. *Hell.*

V. 1613, 1614. πάντας . . στῆσαι φόβῳ δείσαντας. Wakef. Silv. Crit. II, p. 108 παντὸς et φοβῶν coniecit, quasi aoristo στῆσαι vim neutralem tribueret. Nihil hoc loco sanius: ἱστάναι τρίχας dicitur is, cuius vel inviti comae eriguntur, sicut moriens Socrates τὰ ὄμματα ἔστησε ap. Plat. Phaed. p. 118 A.

Eur. Hel. 632. *γέγηθα, κρατὶ δ' ὀρθίους ἐθείρας ἀνεπτέρωκα.* Dorvill. ad. Charit. p. 475. Etiam *φῦσαι φρένας* v. 804, *κατορθοῦν φρένα* v. 1478 comparare licet, et quod Hom. Iliad. IV, 99 enectum dicit *πυρῆς ἐπιβάντ' ἀλεγεινῆς.* — *φόβῳ δείσαντας* ut *φόβῳ ταρβοῦσαν* Trach. 176 et *ὕπνῳ εὕδοντας.* Vid. Porson. Adverss. p. 147. *Doed.* Add. Phil. 285. Wakefieldius vitaturus, quam putabat, tautologiam, in aliam incidit, *comarum crines. Hell.*

V. 1615. *καλεῖ γὰρ αὐτόν.* Eur. Alc. 262. *νεκύων δὲ πορθμεὺς . . . μ' ἤδη καλεῖ.* Hos fere locos respici putes a Socrate moribundo in Platonis Phaedon. p. 115, A. *ἐμὲ δὲ νῦν ἤδη καλεῖ, φαίη ἂν ἀνὴρ τραγικὸς, ἡ Εἱμαρμένη. Doed.* *πολλὰ πολλαχῇ.* Hoc alienissimum a divina maiestate, si rem aestimes ex nostro sensu, tamen non dedecebat Graecorum *Δία τὸν χθόνιον* deosque illi ministrantes. *Schaef.*

V. 1616. *ὦ οὗτος.* Bothius *ὦ*, rationem reddens ad Ai. v. 89, quia *οὗτος* hac potestate *ὦ* adiunctum habere non soleat. — *μέλλομεν.* Haud exigua vis e meo sensu in prima plurali. Eandem viam communiter cum Oedipo ingreditur deus. *Hell.*

V. 1617. *τἀπὸ σοῦ quod ad te attinet.* El. 1464. *καὶ δὴ τελεῖται τἀπ' ἐμοῦ.* Add. v. 1070. Trach. 479. Elmsl. ad Eur. Heracl. 1051. *τὰ γὰρ ἐξ ἡμῶν καθαρῶς ἔσται βασιλεῦσιν.* Troad. 74. *ἕτοιμ' ἃ βούλει, τἀπ' ἐμοῦ. Doed.*

V. 1621. *ἀρχαίαν* h. e. *non novam, sed pridem spectatam,* ut in *ἀρχαίῳ περὶ τάρβει* Aesch. Pers. 702, aut *sanctam,* ut *antiquus* apud Latinos. *Doed.*

V. 1623. ἑκὼν idem est quod τὸ σὸν μέρος. — μήποτε in μήπως vel μήπου corrigit Reisigius, quia nusquam Sophocles pro primo iambo *vocem* posuerit *dactylicam*.

V. 1624. μέλλῃς. Videtur transitivum esse, et accusativum regere: quod et in aliis locis (sc. Trach. 967, 8. Eurip. Orest. 1188. Phoeniss. 1255.) suspicatus sum. Hic fortasse *putandi* sensum habet: *quaecunque bene considerans* (φρονῶν εὖ) *putaveris* (μέλλῃς) *ipsius utilia fore*. *Musgr.* μέλλῃς. sc. τελεῖν. Conf. infra v. 1764 (1773) s. φρονῶν εὖ iungendum infinitivo qui praecedit, τελεῖν. Valet *benevole*. *Schaef.* *Quaecunque debueris* Vauvillersius, laudans Ant. 464. τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον. Demosth. pro Cor. τί δ' ἔμελλον κελεύσειν; Simplicissimum fortasse erit: *quaecunque facturus sis, eo consilio te facturum, ut illis prosit.* cf. 1764. *Hell.* Kidd. ad Dawes. p. 6 φρονεῖν legendum censuit. De infinitivis ad verbum μέλλειν supplendis vide Buttmann. ad Phil. 446.

V. 1625. οὐκ οἴκτου μέτα. De septem Ducibus, sacramento se ad Thebas expugnandas adstringentibus satis decore Aeschylus, οἶκτος οὔτις ἦν διὰ στόμα v. 51. Non item Theseo decorum existimaverim nulla Oedipi miseratione commotum fuisse. Malim igitur, οὐκ ὄγκου μέτα *sine ulla caussatione*. *Musgr.* *Non eiulans et lamentans*, quamvis commotus miseratione. *Schaef.* In promptu fuerit, γενναιότητος laudem ad κατήνεσεν referre, vel quia *misericordiae* erat, id polliceri quod Oedipus exigeret, (vid. Buttm. ad Phil. 1068.) vel quia *promissis stare* videbatur Theseus; cf. Phil. 51. Eur. Iph. A. 1114. Sed illud quoque ad γενναιότητα perti-

nebat, moderari vel dissimulare dolorem. Euripid. Alc. 873.

> καίπερ βαρείᾳ ξυμφορᾷ πεπληγμένος·
> ἔκρυπτε δ', ὢν γενναῖος, αἰδεσθεὶς ἐμέ.

Οἶκτος autem proprie muliebres lamentationes (praeficarum etiam, ut El. 100) viro prorsus indignas videtur indicare, ut in eo loco quem ex Aeschyl. adtulit Musgravius, de quo vide Longin. Sublim. 15. Idque vocabulum dum nostro loco tueor, simul restituam et in Archiloch. Fr. 14, in Brunck. Anall. T. I p. 43,

> καὶ μήτε νικῶν ἀσφαλῶς ἀγάλλεο,
> μήτε νικηθεὶς ἐν οἴκτῳ καταπεσὼν ὀδύρεο.

ubi vulgo ἐν οἴκῳ καταπεσών. Hoc dicit nuntius: *Theseus non lacrimis, sed re factisque atque pollicendi alacritate tam flebilem Oedipi discessum prosecutus est.* *Doed.* Praeiverat quodammodo Heathius. Musgravianum ὄγκου vindicat sibi anonymus Anglus, vertens *statim, facile, nullo negotio.* Lalamantium, οὐκ cum ὅρκιος coniungentem hoc sensu: *sola pietatis ratione habita, non sacramento obstrictus,* (respectu habito ad v. 646 (650)) nemo temere sequetur, nec magis Anonymum, proponentem sc. ὁρκίῳ, *promisit hospiti foederato.* Nec audiendi Dupuis et Burgess, distinguentes post μέτα, vertentesque: *minus ex misericordia* (sc. *quam ex animi generositate*) vel *non ex misericordia solum.* Si quid mutandum, elegantissime coniiceret Bothius οὐκ ὄκνου μέτα, *haud cunctanter.* *Hell.*

V. 1628. ἀμαυραῖς χερσίν. Vulgatum recte post Burgessium ita tuetur Reisigius ut de caecitate Oedipi intelligatur. *Hell.* Lycophr. Cass. 1104.

τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς ῥαφάς.

Caeterum ψαύειν est *complecti*, ut Oed. T. 1467. *Doed.*

V. 1629. τὸ γενναῖον. Subauditur κατά. Perperam in B. T. pro φρενὶ scriptum φέρειν. *Brunck.* Pro adverbio γενναίως. Theocritus Idyll. I, 41. κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρί. Idyll. III, 3. Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, et 18. ὦ τὸ καλὸν ποθορῶσα. Apollon. Rhod. II, 613.

Ἕλπομαι αὐτῇ νηῒ τό γ' ἔμπεδον ἐξαλέασθαι
Ἡμέας.

Antiphiles Anthol. p. 51. Plat. p. 832, C. τό γε ὀρθόν. Alciphr. lib. I, ep. 36. πεινήσω τὸ καλόν. *Musgr.* Quanquam Brunckii iudicio accedo de lectione φρενὶ praeferenda, tamen non omnino sensu caret φέρειν, h. e. *firmare animum oportet*, ut tantum dolorem perferatis: nam τλάσας paene periphrasi inservit, ut τολμᾶν saepe apud nostrum: Ai. 528. El. 1051. Trach. 404. Vid. supra ad v. 176. Vocab. γενναῖος de ingenti malo usurpatum in Ai. 938.

χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη.

ubi G. B. in Class. Iourn. 1815 Iul. p. 246 ἥδε γ' αἰανὴ δύη frustra correxit. *Doed.*

V. 1631. φωνούντων possis de solius Oedipi voce intelligere (vid. ad 288.) Verumtamen, quum supra numinis etiam vox audita fuisset v. 623, plus maiestatis loco conciliatur, si hic quoque de deo cogitas: ἀπὸ κοινοῦ repetendum esse ἃ μὴ θέμις viderunt interpretes, vertentes: *non audienda. Hell.*

V. 1632. ὁ κύριος. Rarum hoc pro ἄναξ, δημοῦχος, κοίρανος, etc. *Schaef.*

V. 1634. *εἰσηκούσαμεν*, *obtemperavimus.* Vid. Eurip. Cyclop. 120. Herodot. III, 61. *Musgr.* Vid. eundem ad 172 et ad Ant. 64.

V. 1635. *ἀστακτί.* Vide supra ad v. 1315 (1245). *Musgr.*

V. 1638. *ἐξαπείδομεν* Lobeck. ad Ai. 15.

V. 1639. cf. 725 (729).

V. 1640. *χεῖρ' ἀντέχοντα κρατός. manum ante caput tenentem. Musgr.* Vid. eundem ad Eur. Herc. F. 192 et Ruhnk. ad Hymn. Cer. 197. *Hell.*

V. 1642. *βαιὸν* i. q. *μετ' ὀλίγον. Iacobs.*

V. 1644. *ἐν ταὐτῷ λόγῳ*, *simul. Musgr.* Quomodo autem hoc intelligi poterat? Vicissim, opinor, manus oculosque sursum deorsum dirigebat. *Hell.*

V. 1650. *τὶς ἐκ θεῶν πομπός* non est *aliquis a diis nuncius*, ut Winsh. vult, sed *aliquis deorum πομπαῖος*, quod vidit Burtonus. cf. 1538. *Hell.* — *ἢ τὸ νερτέρων.* Ex articulo cognoscitur introitum illum inferorum, *χαλκόπουν ὁδόν* intelligi. Id Scholiasta non assecutus est. *Doed.*

V. 1651. *γῆς ἀλάμπετον βάθρον.* Codd. et impressi *ἀλύπητον.* Alteram lectionem Scholiastae memoratam praetuli, cuius significatio huic loco aptior est. Nec qui regulis analogiae repugnare vox *ἀλάμπετος* Piersono Verisimil. p. 165 videri potuerit, satis intelligo. Sane a verbo *λάμπω* derivatur *ἀλαμπής*, quod exstat Trachin. 691, unde *ἀλάμπετος.* Postremum hoc legitur in veteri epigrammate in Heraclitum apud Diogenem Laertium, et in Analectis nostris T. III p. 259.

Μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλεο βίβλον
τοῦ 'φεσίου· μάλα τοι δύςβατος ἀτραπιτός.
ὀρφνὴ καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον· ἢν δέ σε μύστης
εἰςαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου.

Piersoni coniecturae futiles sunt, nec referri dignae. *Brunck.* ἀλάμπετον βάθρον, *lucis expertem sinum.* Homerus hymno in Lunam v. 5. στίλβει δ' ἀμ' ἀλάμπετος ἀήρ. Incertus in Heraclitum Anthol. p. 119. Ὀρφνὴ καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον. Radix fortasse est λαμπετῶ, quod ut nomen proprium extat apud Aristophanem in Lysistrata, et Suidam v. Δημήτριος. Videtur etiam nomen commune fuisse, cum, quod non infrequenter occurrit (v. gr. apud Apollon. Rhod. II.) participium λαμπετόων nulla analogia a λάμπω formari possit. Hinc etiam vox λαμπετίη, Orpheo adhibita hymn. in Lun. v. 9, καλλιλαμπέτη, quod ex Anacreonte citat Priscian. VII pag. 751, λαμπέτις ἠῶς apud Lucianum de Podagra. MSS. omnes ἀλύπητον, sed ἀλάμπετον in nonnullis antiquitus scriptum fuisse testatur Scholiastes. *Musgr.* ἀλύπητον, quanquam languet iudice Reisigio, tamen restitui. Nam ἀλάμπετος nil nisi ornans epitheton esset, et mali quidem ominis, cum nuncius omnem narrationem diligenter ita instituat, ut Orcinarum tenebrarum nulla fere relinquatur cogitatio. Neque officit εὔνουν quod praecessit. Εὔνους hiatus terrae ideo dicitur, quod propitiorum deorum voluntate evenerat, ἀλύπητον autem propterea, quia nihil illi casui adiunctum erat terroris, qualis tremores terrae sequi solet, nihil cruciatuum, quibus ii, qui terra hauriuntur, plerumque afficiuntur. Itaque hoc uno vocabulo evenisse nunciatur id, quod chorus v. 1550 enixe precatus erat Oedipo. Postremo etiam numerorum gravitati aliquid dedimus. Etiam

diplomaticas autoritates auget Piersonus laudando Pollucem, Onom. III, 98. *Πλάτων δὲ καὶ τὸ ἀλύπητος ἔφη, ὥςπερ καὶ Σοφοκλῆς ἀλύπητον.* Elmsleius comparat Trach. 168. — Eam fabulam, qua terrae hiatu haustum fuisse dicebant Oedipum, ita Euemeri more interpretatur, ut mihi videtur, Schol. ined. (in MS. Westenii ap. Valck. ad Phoen. 1701.) ad Hom. Iliad. ψ, 679. *Δεδουπότος Οἰδιπόδαο· ἀφ' ὕψους πεπτωκότος· κατεκρήμνισε γὰρ ἑαυτὸν διὰ τὰς συμφοράς. Doed.* Ceterum Amphiarai, sancti hominis diisque cari idem erat obitus ut terra hauriretur, unde *πάμψυχος ὑπὸ γᾶς* El. 841. In illo *εὔνουν* inest, ni fallor, totius tragoediae summa coll. v. 44 sqq. 84 sqq. et 106 sqq. et oxymoron *εὔνουν διαστὰν, amico hiatu*, grave quidem, ne dicam terribile, est, inprimis si quis contrarium illud Homericum meminerit *τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών*, quum, quae Agamemnoni ultima calamitas videtur Iliad. IV, 182, Oedipo contra exoptatissima est felicitas. Ceterum *εὔνουν* adverbialiter accipi potest. *ἀλύπητον* Burgess. ad Oedipum refert, *non nostrûm luctu prosequendum. Hell.*

V. 1652. *σὺν νόσοις ἀλγεινὸς* plane ita dictum ut *σὺν γήρᾳ βαρεῖς* in Oed. T. 17, quae locutio ita fere explenda: *νόσοις ξυνὼν καὶ ἀλγυνόμενος ὑπ' αὐτῶν. Doed.*

Ibid. *στενακτὸς* recte Burgessius active intelligit.

V. 1654, 1655. *εἰ δὲ μὴ δοκῶ φρονῶν λέγειν.* Bothius cum *εἰ δὲ μὴ δέχει φρόνιν λόγων* ederet, illa licentia corrigendi usus est, quae conceditur Hebraici textus emendatoribus, ut vocales commutando nihil commutare credantur. Atqui, si *παρείμην* cum Schol.

explices *concesserim*, negari nequit, languere hanc augustae narrationis clausulam, etiamsi compares cum similibus in Trach. 374, Ai. 1038. Aut fallor, aut παρίεσθαι h. l. est παραιτεῖσθαι. *si quis insanire me existimet, non valde ego deprecabor*; nimirum scio, huic hominum generi persuaderi nullo unquam modo posse de orationis meae veritate. Cum contemptu haec dicuntur eorum, quibus, si quando dii ipsi rebus humanis intervenisse narrantur, id continuo inter incredibilia ac ficta ridiculasque fabellas numerandum videatur. *Doed.* Elmsleius ad Eur. Med. 862 ita circumscribit: *non tanti eos facio, ut eorum veniam impetrare cupiam.* Aliter Iacobsius „*istos contra* „*ipse sana mente esse negaverim.* — φρονεῖν bis vi- „detur sumendum, οὐκ ἂν παρείμην φρονεῖν, οἷς μὴ „δοκῶ φρονεῖν ἐγώ.“ *Concedendi* significationem illi verbo tribuunt etiam Brunckius et Winshemius, hic quidem φρονῶν λέγειν reddens *rem certam dicere.* Ceterum haud multo aliter loquuntur Electra v. 605 sqq. et Antigone supra v. 462, 463. *Hell.*

V. 1656. οἱ προπέμψαντες φίλων. Eur. Heracl. 1023 Elmsl. τοῖς μετελθοῦσιν φίλων. Solum Theseum refert Scholion. vid. ad 288. Reisigius autem reliquos praeter nuncium amicos comitesque Oedipi intelligi vult. *Hell.*

V. 1659 *sqq.* αἶ, αἶ, ἔστι νῷν δή. Non possum hunc locum explicare nisi duabus coniecturis, lenibus quidem admissis. Scripsisse Sophoclem puto:

αἶ, αἶ, ἔστι νῷν δὴ
οὐ τὸ μὲν ἄλλο δὲ μή, πατρὸς ἔμφυτον
ἄλαστον αἷμα δυςμόροιν στενάζειν,
ᾧτινι τὸν πολὺν
ἄλλοτε μὲν πόνον ἔμπεδον εἴχομεν·

ἐν πυμάτῳ δ' ἀλόγιστα παρώσομεν
ἰδόντε καὶ παροῦσαι;

hoc sensu: *Nobis non ex parte solum patris cognationem conqueri licet; cui cum prius quidem operam nostram continuo dicaverimus, nec ultimo vitae die eundem sine iusta causa deseremus, quanquam conspeximus moribundum ac prope absumus ab eius corpore?* Omnia pietatis nostrae in patrem officia infelicia nobis contigerunt, primum θρεπτήρια viventis, quia molestissima erant, deinde τάφος mortui, si hoc tam sanctum liberorum munus nobis quanquam praesentibus omittendum erit. Inest sane sequentibus repugnantiae aliqua species, cum ultro et quasi divinitus sepultum patrem praedicent. Verum id ipsum dolent filiae, quod sua opera et cura patri non opus fuerit, et ita perturbatae quasi mentis finguntur virgines per totam hanc scenam, ut, quid velint, quid nolint, omnino nescire videantur; modo dolent patrem ipsarum cura expertem concidisse, modo beant casum eius; nunc mandata patris de tumulo non visendo meminerunt, nunc cupidine ac desiderio vetiti proripiuntur. Nam οὐ τὸ μὲν, ἄλλο δὲ μή ita dicit, quasi occidisse quidem patrem, flebile sit, sed si sepulturam eius curare licuisset, id pro solatio foret. Atqui ne hoc quidem licuit, ut omnibus numeris absolutus sit dolor nec ullo solatio levetur. *Ἔμφυτον αἷμα consanguinitatem* indicat ut *σύμφυτον;* nam etiam ἐγγενής pro συγγενής usurpatur. In παροίσομεν quid lateret, aperuit quodammodo Bothius παρώσαμεν proponendo, Reisigio cum alias ob causas, non prolatas illas quidem, tum propter augmenti praetermissionem, improbatum. Nos παρώσομεν ita coniecimus, ut in interrogationis formam omnia exirent, quia dubitat Antigona redeat ad patris sepulturam, necne. παρωθεῖν plerumque maritus dicitur,

qui spreto desertoque coniugali toro pellicem sumit; ut Trach. 358, Eur. Andr. 30, El. 1032. Similis a se commissae perfidiae semet ipsas coarguunt Oedipi filiae, quod *sine iusta causa ac ratione* patrem neglexerint; Thuc. I, 37. *Ἀναγκαῖον . . . καὶ ἐπὶ τὸν ἄλλον λόγον ἰέναι, ἵνα . . . τὴν τῶνδε χρείαν μὴ ἀλογίστως ἀπώσησθε.* Idem fere est *δυςλόγιστος* in Ai. 40. Similiter Eur. Hec. 137 de Achillis umbra non negligenda:

μὴ τὸν ἄριστον Δαναῶν πάντων
δούλων σφαγίων οὕνεκ' ἀπωθεῖν.

Propius etiam abest a vestigiis vulgatae *παρήσομεν*, itacismi causa corruptum. Denique *παθοῦσαι* ita ferri posset, si *παθεῖν* cum verbo Latino *pati* hoc quoque commune haberet, ut *sinere* significaret. Nunc, quoniam secus est, *παροῦσαι* probamus, a Bothio excogitatum. *Doed.* Verterat sic locum Brunckius: *Adest, adest nobis iam, non ut hoc solum, absque alia calamitate, lugeamus, nos infelices lucem hausisse scelesto patris satu, cuius gratia constanti animo multas variasque pertulimus aerumnas: ad extremum inenarrabilium malorum speciem inducemus, quae vidimus et passae sumus.*

Ibid. Magnam partem lyricorum Sophocli Sophili f. abiudicat, Sophocli Aristonis f. tribuit Fr. Thierschius, cuius petas disputationem ex Actt. Philoll. Monacc. T. I p. 322 sqq. imprimis p. 330: „Orationis aliqua tenuitas et minor sententiarum „gravitas, quin etiam rhythmi et dictionis indoles „iuvenem poetam summi avi splendidissimum opus „imparibus pertexentem viribus facile produnt."

V. 1660. *τὸ μέν.* Subaudi *κατά. κατὰ τὸ μέν, κατ' ἄλλο δὲ μή.* Vide ad Oed. Tyr. 325. *Musgr.* *τοῦτο* pro *οὐ τὸ* vult Benedictus. Apposite Elmsleius

comparat Phocylidis illud: *Λέριοι κακοὶ, οὐχ ὁ μὲν ὃς δ' οὔ· πάντες, πλὴν Προκλέους.*

V. 1663. *εἴχομεν.* Quod Elmsl. ad Heracl. 637 proposuit *ἔσχομεν*, iure improbat Reisigius, quoniam aoristi vis parum consentanea sit perpetuitati in perferendis malis.

V. 1664. *παροίσομεν.* Vulgatam, Suidae, Phavorini Zonaraeque auctoritate nitentem, non destituit Reisigius, *adnumerandi* sensum ei tribuens: proponit tamen etiam *περάσομεν experiemur.* Iacobsius *ἀλόγιστά περ οἴσομεν.*

V. 1665. *ἰδόντε καὶ παθούσα.* Sic in B. T. In ceteris *παθοῦσα*, minus eleganter. At Sophoclem scripsisse opinor *ἰδόντε καὶ παθόντε. Brunck.* At hoc aures offendit: quare *παθούσα* adiunxit: dualis enim solitudini describendae accommodatior. *Reisig. ἰδόντα καὶ παροῦσαι* Bothius, ut prius ad Oedipum referatur, qui sane ad extremum se dederit *intelligentem, sapientem. Hell.*

V. 1666. *οὐκ ἔστιν μὲν εἰκάσαι, φίλοι.* Bothius *ὦκ' ἔστιν.* Sed *ὦκα* a tragico sermone abhorrere, bene monet Porson. ad Eur. Med. 736. Brunckius Scholia secutus est; sed parum apte negat Antigone Chorum coniectando assecuturum esse, id quod et facile erat coniectatu et statim vere divinatur a Choro. Hanc ob rem, si vulgata lectio servanda est, per interrogationem erit pronunciandum; *οὐ* est *nonne, μὲν* refertur ad omissum membrum: *ἀλλὰ πευστέον ἐξ ἐμοῦ; Doed.* Nec displicet Reisigius: *οὐκ ἔστιν μὲν, εἰκάσαι, φίλοι, non est amplius, videlicet. Hell.*

V. 1668. Ista personis aliter dividi possent. In

T. ita distributa sunt, ut ea exhibemus. In vett. codd. ut in Aldina versus 1669 (1679) et tres sequentes Choro tribuuntur. In membr. ex librarii oscitantia Chori persona linea inferius quam oportuit notata fuit, nempe ante versum 1672 (1682) qui versui 1669 (1679) subiectus est, quia in illo codice versus in singulis paginis per tres columnas digesti sunt in eadem transversa linea se invicem excipientes. Hanc personarum distinctionem secutus est in versione Vitus Winshemius; nostram Georgius Ratallerus. Erudito Britanno in nova editione Pentalogiae Io. Burtoni tertia placet: nempe *βέβηκεν* absque interrogatione Antigonae continuari, reliquamque versus partem cum quatuor sequentibus Choro tribui. — *ἐν πόθῳ λάβοις.* Sic cum Cantero legendum, vel, quod probabilius adhuc et elegantius, *εἰς πόθον.* In T. scriptum a prima manu *εἰ πόθον.* Ceteri cum impressis *εἰ πόθῳ* sine sensu. Ceterum quod in versione expressi nimis festinanter, nec satis cogitate ex Heathii notis adsumsi: inficetum mihi nunc videtur. Sensum bene declaravit Scholiastes: *ὡς μάλιστα ποθήσαις ἂν αὐτὸν μαθεῖν βεβηκότα.* *Ita quidem, ut tu lubentissime audias illum interiisse.* Sic omnia Antigonae continuata optime procedunt. [*εἰς πόθον λάβοις.* Vulgo *εἰ πόθῳ.* Canterus legendum coniecerat *ἐν πόθῳ λάβοις.* Elegantior est nostra lectio, quam ob oculos probabile est habuisse librarium codicis T. in quo scriptum a prima manu *εἰ πόθον.* Ex ed. rec.] *Brunck.* *εἰ πόθῳ λάβοις.* Reponit Canterus *ἐν πόθῳ λάβοις.* Plato Theaeteto: *ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ εἶναι.* Plutarchus Alcibiade: *ὀργῇ καὶ φόβῳ τὸ γεγονὸς λαμβάνοντες,* vol. I p. 200, D. *Musgr.* Aut nihil video, aut nihil inest difficultatis. Plena dictio haec est: *ὡς βεβηκέναι μάλιστ' ἂν λάβοις, εἰ πόθῳ λάβοις sic obiit, ut, si*

optio detur, illo potissimum modo obire te velis. Thuc. I, 141. αὐτόθεν δὴ διανοήθητε ἢ ὑπακούειν πρὶν τι βλαβῆναι, ἤ, εἰ πολεμήσομεν, ὥςπερ ἔμοιγε ἄμεινον δοκεῖ εἶναι, (suppl. πολεμεῖν) καὶ ἐπὶ μεγάλῃ καὶ ἐπὶ βραχείᾳ προφάσει μὴ εἴξοντες. De ἂν vid. Herm. ad Trach. 462. *Doed.* Schaeferus εἰς πόθον recepit, Reisigius ἂν εἰ πόθῳ (cf. eundem de part. ἂν ad calc. Nubb. Aristoph. p. 122) explicans: *ita obiit Oedipus, ut ipse te obire maxime velis, molliter atque tranquille, non acerbe ac violenter.* Tyrwhitt apud Kidd. ad Dawes. misc. p. 502 εἰκότως λάβοις. Winshemius, vertens *ita quidem, ut quis scire desideret;* quomodo legerit, non liquet. *Hell.*

V. 1669. τί γάρ; *quidni?* Sic Euripid. Orest. v. 476 Pors. ubi haec formula Reiskium fefellit. *Schaef.* Heind. ad Plat. Soph. p. 328.

V. 1670. πόντος. Ut Dorvillius πόνος, ita Reisigius νοῦσος ex Schol. glossemate νόσος eruit, coll. 1662 et quod leti causam praecipuam inter mortales aegre desideres. Nos πόντος retinuimus, propter ποντία θύελλα v. 1649, qui locus expressus est ex Hom. Iliad. VI, 545.

ὥς μ' ὄφελ' ἤματι τῷ, ὅτε με πρῶτον τέκε μήτηρ,
οἴχεσθαι προφέρουσα κακὴ ἀνέμοιο θύελλα
εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίςβοιο θαλάσσης. —

ἄσκοπος *quod non conspicitur* explicat Herm. ad Trach. 245. Malim: *in quo nihil conspicitur,* ἀφεγγής. *Doed.*

V. 1672. φαινόμεναι. Non mutaverim, cum supra innuat Auctor Erebi penetralia Theseo visa fuisse v. 1723 (1641 (1652)). *Musgr.* Tentaverat editor Londinensis σαινόμεναι, *concussae,* vel χαινόμεναι *dehiscentes,* addens „si vox haec non sit πονηροῦ κόμ-

ματος," Reisigius autem, si quidem *φαινόμεναι* manifesto repugnet verbis *ἄσκοποι* et *ἀφανεῖ*, ex ingenio reposuit *'παγόμεναι:* lenitatis notionem adliciendi significatu comparari statuens: deinde praetulit *σφ' ἀγόμεναι.* Hermannus *φερόμεναι.* *Hell.* Ne ego quidem Oxymoron, quod inest in *ἐν ἀφανεῖ μόρῳ φαίνεσθαι* amoveri velim coniectura. Quid si leni transpositione scribas:

φαινόμεναι ἐν ἀφανεῖ τινι μόρῳ,

cui respondebit v. 1700 antistrophicus

ἀεὶ γὰρ ὄμμα σε τόδ' ὦ πάτερ

ut in libris est. Choriambo enim respondet dipodia iambica, ut in Phil. 1138 et 1160.

μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλ — λονθ'
μηκέτι μηδενὸς κρατύ — νων

Vid. Herm. Ell. metr. pag. 428. Hiatus autem in *φαινόμεναι ἐν* si quem offendat, legi possit *σὺν ἀφανεῖ.* *Doed.*

V. 1673. Versus dimeter est iambicus, ut antistrophicus 1701 (1710). Proinde *τάλαινα* non est in duali. *Brunck.*

V. 1675. *ἀπίαν γᾶν*, *terram longinquam.* Hom. Odyss. *H*, 25. *τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης*, quod sic interpretatur Hesychius: *ἐξ ἀπίης γαίης· ἀλλοτρίας, ἢ ξένης, ἢ μακρὰν οὔσης.* Nec aliter Strabo p. 571. D. De altera vocis notione vid. ad v. 1368 (1297) (1303). *Musgr.* *ἀπίαν* h. l. *remotam* terram significat, quanquam producitur. cf. Buttm. Lexil. 1 p. 68 sq. *Doed.* Aliter Blomfield. ad Aesch. Ag. p. 195.

V. 1676. *κλύδων' ἀλώμεναι.* Sic *ἀλητεύων χθόνα*

Eurip. Hippol. 1042. *ἀλώμενος* — *ὤρεα* Theocrit. Idyll. XIII, 66. *Musgr.* Adde ex nostro *πηδῶντα πεδία* Ai. 30.

V. 1676, 1677. *δύςοιστον ἕξομεν βίου τροφὰν difficilem nanciscemur victum* reddit Brunckius. Enimvero filiae (aut certe Antigone) patri victum quaesiverant (v. 338 sqq. 1602 sqq.) non ille filiabus. Itaque nisi ob miserationem coeci senis benigniores liberalioresque homines in errones Thebanos se praestitisse statueris, aut faciliorem cum patre reditum in patriam antea sperasse existimaveris virgines, *τροφὰν* non nisi periphrasi vocis *βίου* inservire iudicabis, ut *τρέφεσθαι* sexcenties pro *βιῶναι*. Et sic verterat Winshemius. *Hell.*

V. 1683. Recte in Turnebi editione excusum, *ὦ διδύμα τέκνων ἀρίστα.* Nam hic duo adiectiva numero duali posita sunt, ut ex antistrophico versu 1712 liquet. *Brunck.* Ad Homericum *φίλε τέκνον.* Obsecutus est Bothius, non item Reisigius.

V. 1684. *τὸ φέρον.* Temere solicitatur haec lectio ab eruditis viris, quibus legi placet *τὸ παρόν. Quod fors fert, τὸ φέρον ἐκ θεοῦ.* Sic Terentius Phorm. I, 2, 88.

Quod fors feret, feremus aequo animo.

Palladas in Epigr. Analectorum nostrorum T. II p. 482.

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου.

Hic *φέρον* accipi debet pro *φερόμενον*, activum pro passivo, ut in exemplis quae protulimus ad v. 74. *Brunck. τὸ φέρον, veniens, quod venit.* Vid. ad Ai. 810 (799). Herod. VII, 19. *φέρειν ἐπὶ πᾶσαν γῆν.*

Vid. et VIII, 157. *Musgr.* Addit Bothius Aeschyl. Ag. 1489. Tac. Hist. II, 44. „et, *si ita ferret*, honestius „in acie perituros.“ *παρόν*, quod Salierio, opinor, debetur, probant etiam Vir D. in class. Iourn. 1817 Sept. p. 36 et Benedictus. Erfurdtius in marg. citat Iacobs VIII, p. 247, apud quem, cum Animadverss. ad Anth. Gr. aperte significentur, nihil invenitur, quod huc pertineat. Herm. ad Trach. 195. „Dubitatio- „nem iniicit — — — — struct. verb. p. 205.“

V. 1685. In hunc et sequentem versum mala manus alienas voces infersit, quas ipsa metri ratio spurias esse ostendit. In Aldina et veteribus codd. legitur: *φέρειν χρὴ, μηδ' ἄγαν οὕτω φλέγεσθον. οὔ τοι κατάμεμπτ' ἔβητον.* Antistrophici autem versus in iisdem libris sic leguntur: *λήγετε τοῦδ' ἄχους. κακῶν γὰρ δυςάλωτος οὐδείς.* In his legitima metri forma non aliter concinnari potest, quam, si recisis insititiis, ad hunc modum disponantur:

χρὴ φέρειν, μηδ' ἄγαν φλέγεσθον·
οὔ τοι κατάμεμπτα.
λήγετον τοῦδ' ἄχους, κακῶν γὰρ
οὐδεὶς δυςάλωτος. *Brunck.*

V. 1685. *φλέγεσθον* de dolore Herm. ad Ai. 196.

V. 1686. *κατάμεμπτ'*, adverbialiter pro *καταμέμπτως.* — *ἔβητον.* An supplendum *τύχης* vel *μοίρας?* *οὔτοι κατάμεμπτα τύχης ἔβητον*, *quoad fortunae statum, non culpanda vobis iam obtigerunt.* Conf. Electr. 1100 (1090). Eurip. Heraclid. 611 et citata ad Ion. 1271. *Musgr.* Reisigius comparat *βῆναι ἀπονητί* ex Eur. Fr. ap. Plutarch. Nic. p. 976 Steph. exscripto in ed. Eur. Lips. T. II p. 495.

V. 1687. *ἄρ' ἦν* sensu praesentis; cf. ad 118. *Hell.*

V. 1688. καὶ γὰρ ὅ μηδαμὰ δὴ φίλον, ἦν φίλον. Versus est dimeter anapaesticus, ut strophicus 1660. Proinde legi debet, ut eum exhibemus. In veteribus codd. καὶ γὰρ ὅ μηδαμῆ δὴ τὸ φίλον φίλον. In T. scriptum ὁ, et adposita inepta glossa, λείπει διδούς. In Aldina, καὶ γὰρ ὅ μηδαμῆ τὸ φίλον φίλον. Quibus in lectionibus nec metri nec sententiae habita ratio. De μηδαμὰ ultima brevi vide quae notavimus ad Aeschyli Persas 429. *Brunck.* Suspiceris poetam scripsisse:

καὶ γὰρ ὃ μηδαμὰ δὴ καλὸν ἦν φίλον

respectu Theognidei versus 17

ὅττι καλὸν φίλον ἐστί, τὸ δ᾽ οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστί·
τοῦτ᾽ ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.

Sed patrocinatur nostro loco Eur. Phoen. 828 Pors. οὐ γὰρ ὃ μὴ καλὸν, οὔποτ᾽ ἔφυ καλόν, ubi Valckenarius ἔφυ φίλον desideravit. Plura exempla congessit idem, quibus adde Cleanth. hymn. in Iov. 19. καὶ κοσμεῖς τὰ ἄκοσμα καὶ οὐ φίλα σοι φίλα ἐστίν. *Doed.* Reisigius, καὶ γὰρ ὃ μηδάμ᾽ ἰδεῖν, τὸ φίλον, φίλον, *nam suave erat illud, quod non videre est suave, nempe coecus atque afflictus pater.*

V. 1689. τόν. Articulus pro pronomine demonstrativo. cf. Brunck. ad O. T. 1082. Seidl. ad Eur. I. T. 764. Monk ad Hippol. 280. ad Alc. 274. Schwenck ad Aesch. Eum. 7. *Hell.*

V. 1691. τὸν ἀεὶ dubito absolute dictum sit, scil. χρόνον, ut v. 1573, *in aeternum,* an cum σκότον iungendum, pro αἰανῆ, de cuius vocabuli origine vid. Herm. ad Ai. 672. Illud mihi certius, simpli-

cissimam verborum structuram anteferendam esse Reisigianae, γᾶς σκότον καθειμένος. Locutionem γαῖαν ἐφέννυσθαι Chaeremoni restituit Ruhnken. Ep. crit. p. 119. *Doed.*

V. 1692. οὐδὲ γέρων. Bis cogitanda sunt verba οὐ et ἀφίλητος, et καὶ τᾷδε non ad Ismenen, sed ad Oedipi vel conditionem vel domicilium referendum, h. s. *quum ne senectus quidem tua quamvis molestiarum uberrima caecitatem meam potuerit imminuere, multo minus defuncti amor unquam peribit.* Id si contortius cuipiam videatur, legi poterit: οὐδὲ γὰρ ὣς ἀφίλητος ἐμοί ποτε καὶ τᾷδε (scil. Ismenae) μὴ κυρήσεις. Hermannus οὐδὲ γὰρ ὤν, Elmsleius οὐδὲ θανὼν coniecerunt. Offendit Reisigium, quod οὐ negatio repeti debet cogitando ante μὴ κυρήσεις. Non alia ratio, ni fallor, est Ai. 75.

οὐ σῖγ' ἀνέξει, μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς;

Add. Oed. T. 637. Trach. 1183, quae omnia paulo aliter explicare videtur Hermannus ad Ai. l. l. Nobis μηδὲ idem est ac καὶ οὐ μή. *Doed.*

V. 1693. καὶ τᾷδε μὴ κυρήσεις. Perperam vulgo καὶ τάδε, metro et sententia reclamante; male etiam κυρήσῃς. Recte in T. τᾷδε cum glossa τῇδε: in membr. a prima manu κυρήσεις. *Brunck.* καὶ τάδε. Ita editt. praeter Turneb. et nuperam Oxoniens. quae τᾷδε habent. Neutrum probabilem sententiam praebet. Lego igitur:

Κάτω δὲ μὴ κυρήσῃς.

Sed neque infra (i. e. apud Inferos) *inamatus sis.* Simile votum Chori Eurip. Alc. 755. *Musgr.*

V. 1695. ἔπραξεν οἷον ἤθελε. Sic in Ai. 967.

ὧν γὰρ ἠράσθη τυχεῖν,
ἐκτήσαθ' αὑτῷ, θάνατον, ὅνπερ ἤθελε. *Brunck.*

πράσσειν priore saltem loco sensu neutro accipiendum, ut in Ai. 905

τίνος ποτ' ἄρ' ἔ π ρ α ξ ε χειρὶ δύςμορος.

et ἐμπολᾶν ib. 978 ubi vid. Herm. Add. Monk. ad Eur. Alc. 1042. *Doed.* Reisigius aliter explevit lacunam post ἔπραξε (οὖν enim Turnebi est) reponens:

ΧΟΡΟΣ. ἔπραξε —;
ΑΝΤΙΓ. πᾶν ἔπραξεν οἷον ἤθελεν.

Herm. ap. Seidl. Verss. dochm. p. 248 coniicit: ἔπραξεν. *ΑΝΤ.* οὐκ ἔπραξεν κ. τ. λ. *Hell.*

V. 1696. ἇς ἔχρῃζε. Constructionem notavit Schaeferus ad Dionys. Hal. p. 524.

V. 1697. κοίταν. Hesych. T. II p. 496. *ΛΟΙΤΗ·* τάφος. Corrige: *ΚΟΙΤΗ. Doed.*

V. 1698. εὐσκίαστον. malim de inferorum tenebris interpretari, quam de luci Furiis sacrati umbra. *Hell.*

V. 1699. οὐδὲ πένθος ἔλιπ' ἄκλαυστον. Commode laudat Reisigius Solon. Fr. II (Brunck. Anall. I p. 65.)

Μηδέ μοι ἄ κ λ α υ σ τ ο ς θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
κ α λ λ ε ί π ο ι μ ι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

V. 1700, 1701. ὄμμα — στένει δακρῦον. Plures huiusmodi locutiones collegit Schwenck. ad Aesch. Sept. 528. *Hell.* ἀεὶ γάρ. Vid. ad v. 1671. Hermannus ἄνα γάρ, Elmsleius ἔτι γάρ.

V. 1701. δακρύον. Triclinius nescio qua socordia dedit δακρύῤῥοον. Intellexit versum esse dime-

trum iambicum, sed non meminit observationis, quam ipse fecit ad priorem Oedipum 1515. *Brunck.* στενεῖ scribendum arbitratur Reisigius. Vellem exemplum huius futuri adtulisset. Nolo decernere quidquam, sed nec ipse legere me memini vel στενῶ vel ἔστεινα, nec H. Stephanus talem formam praebet; vid. Thes. L. Gr. T. III p. 1011. *Doed.*

V. 1703. Non satis constat in hoc versu metrum, neque in sequentibus porro sententia. An legendum?

Ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος γ', οὐ μὴ
Γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες, ἀλλ'
Ἔρημ' ὅτ' ἔθανες ᾧδέ μοι.

Tantum dolorem amovere, non quia in terra peregrina mori expetebas, sed quia seorsim a me, et solitarius mortem obiisti. Secundum haec, cum γᾶς ξένας subaudiendum fuerit ἐπὶ, cuius ellipseos exempla aliquot dedimus ad Electr. 906 (895). *Ἔρημ'*, i. e. ἔρημα, adverbialiter, ut Eur. Suppl. 777. Pro ξένας non spreverim ξένος. *Γᾶς* ξένος ut τῆσδε γῆς ἀπόξενος Aesch. Ag. 1291. Denique retineri potest ἐπί, modo ex sequenti versu advocetur ὅτι. *Musgr.* μή post ἰὼ abesse, aut cum alio vocabulo permutari vellem. Tum sensus: in peregrina terra volebas mori, idque factum ex animi tui sententia; sed sic desertus obiisti. *Iacobs.* Reisigius in textu dedit:

ἀφανίσαι τὸ σὸν ἄχος ἰώ, μὴ
γὰρ ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες.

in comment. autem:

ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος· ἰώ,
μή γ' ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες· —

quod Scholiastes μὴ . . . ἔχρῃζες explicat per μὴ ὤφελες, hunc verbi χρῄζειν usum perrarum esse mo-

net Schaeferus. *Hell.* Imo inauditus est, ni fallor. Fortasse duce MS. T. scribendum: ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος· ἰώ μοι· γᾶς ἐπὶ κ. τ. λ., eo sensu, quem statuit Iacobsius. Elmsleius ἄχος πω· μὴ κ. τ. λ. Sed πω vix locum habet; quod simpliciter poni pro ποτέ, iure negavimus ad v. 576. Quae enim exempla praebet Porson. ad Eur. Hec. 1268, in iis, ut ipse Porsonus significat, commutatio illa ad rhetoricam potius artem, quam ad linguae usum pertinet. Quod si πω pro πως accipi voluit Elmsleius, primum intra Homericum sermonem stat ille usus; deinde vix coniungi potest πῶς et πω. *Doed.*

V. 1707. Verba αὖθις ὧδ' ἔρημος, ἄπορος extrusit cum Reisigio Hermannus, quia recurrunt v. 1726.

V. 1712. ἔλυσε. Wakef. ἐλίσσει, coll. Hom. Iliad. XXIII, 309.

οἶσθα γὰρ εὖ περὶ τέρμαθ' ἑλισσέμεν.

Sed similiter τέλος κάμπτειν βίου Eur. El. 951 ibiq. Seidler. Vid. supra ad v. 1551.

V. 1716. In membr. ὡς τί ῥέξομεν. Quae scriptura si probetur, hic versiculus cum praecedenti in unum contribuendus, qui senarius erit; sicque duo primi antistrophes in unum coalescent:

Φίλαι τρέσητε μηδέν. Ἀλλὰ ποῖ φύγω;

ὡς, *ut* finale significans saepe cum futuro indicativi construitur. Vide Eur. Med. 1316 nostrae editionis. Alcest. 74, ubi iuxta veteres libros omnes legendum:

στείχω δ' ἐπ' αὐτὴν, ὡς κατάρξομαι ξίφει.

Androm. 717.

ἔπαιρε σαυτὴν, ὡς ἐγὼ, καίπερ τρέμων,
πλεκτὰς ἱμάντων στροφίδας ἐξανήσομαι.

Haud minus bona videtur ceterorum librorum lectio, ὡς τί ῥέξωμεν; sic supra 391 (398) ὅπως τί

δράσῃ. *Brunck.* ὡς τὶ ῥέξομεν. Vel hoc unum comma abunde demonstraverit Ismenen esse, quae hic cum Antigona interloquitur, non Chorum, cui Ismenae partes tribuit ed. Ald. *Musgr.*

V. 1718. τὰν χθόνιον. Sic B. T. recte. Vulgo τὰν χθονίαν. *Brunck.*

V. 1719. τάλαιν' ἐγώ. Perperam in libris ἔγωγε. *Brunck.*

V. 1720. *Annon intelligis eius sepulcrum nullum esse, qui evanuerit?* Sed illa ire cupit etiam vitae periculo. *Camerar.* ὁρᾶν h. l. est *sapere.* Vid. ad v. 74, quibus exemplis adde Ant. 508. *Doed.*

V. 1721. καὶ τόδ', ὥς. Nisi locus, quod aliquando suspicatus sum, mutilus sit, legendum forte: Κὰρ τόδ', *mors* (i. e. mortiferum) *hoc.* Hesychius: κάρ, θάνατος. *Mortiferum hoc, quandoquidem insepultus obiit et ab omnibus remotus*: i. e. credibile est, ideo seorsim ab omnibus mortem obiisse, quia praesentem adfuisse mortis periculum intulisset. Optime cum hac interpretatione quadrat Antigonae responsio: ἄγε με, καὶ τότ' ἐνάριξον. *Musgr.* Nondum poenitet olim coniecisse: ἄγ' ἔμ' ἔα, καὶ τότ' ἐνάριξον. *Doed.*

V. 1723. ἄταφος. Haec verba melius conveniunt Antigonae. *Iacobs.*

V. 1726. ποῖ . . . ἔξω. Vid. ad 376.

V. 1729. Huic versui adposita fuit nota ἀντιστρ. γ'. quae inter operarum manus, quum formas versarent, excidit, me nesciente. Et hoc me fugit, quum minoris editionis specimen perlustravi. *Brunck.*

V. 1730. πάρος, cum Creontis manibus ereptae essent virtute Thesei et Atheniensium, quibus etiam in

posterum confidite. Aliter Scholion. *Hell.* — ἀπεφύγετον. Male in libris ἀπεφεύγετον. *Brunck.* Reisigius in comment. dedit:

XOP. καὶ πάρος ἀπεφύγετ'. *ANT.* ὤ.
XOP. φωνῶ τὸ μὴ πιτνεῖν κακῶς.

V. 1733. μολούμεθ'. Futurum activi usurpasse dicendus est Rhianus IV v. 11, si cum Vaticano libro legas:

χαίρετε, καλοὶ παῖδες, ἐς ἀκμαίην δὲ μολεῖτε
ἥβην, καὶ λευκὴν ἀφιέσεσθε κόμην.

Sed mihi magis placet sic scribere:

χαίρετε, καλοὶ παῖδες, ἐς ἀκμαίην δὲ μόλοιτε
ἥβην, καὶ λευκὴν ἀμφιέσασθε κόμην.

In Christodori Ecphr. v. 128 μολοῦντος mutandum in μολόντος. *Schaef.* Hunc versum extrusit Bothius.

V. 1734. μόγος ἔχει. Non displicet editoris Londinensis coniectura, μόγος ἐκεῖ. *Musgr.* Qua quidem facillime caremus. ἔχει sc. δόμους. *Hell.*

V. 1736. πέρα. An legendum περὶ? *Nonnunquam circa* (est calamitas) *nonnunquam supra* i. e. nonnunquam cingimur malis, nonnunquam obruimur. Emendabam quoque non dissimili sensu:

Τοτὲ μὲν πελᾷ, τοτὲ δὲ πέρθει.

Nunc appropinquat (μόγος) *nunc vero exitio dat. Musgr.* τοτὲ μὲν πέρα, τὸ κῦμα. *Nunquam non conflictabamur cum undis, quae nos mox praeterierant, mox adhuc vertici imminebant. Iacobs.* Nam quod vertunt *modo ultra modo supra modum,* nihili est. Hanc tamen requiri sententiam: *alterum adest, alterum imminet,* Reisigius iudicans ita refinxit locum in comment.

ΧΟΡ. τί δῆθ' ὑπερνοεῖς;
ΑΝΤ. ὅπως μολούμεθ' ἐς δόμους οὐκ ἔχω.
ΧΟΡ. μηδέ γε μάτευε.
ΧΟΡ. μόγος ἔχει.
ΑΝΤ. καὶ πάρος· ἐπεὶ . . .
τότε μὲν π ά ρ α, τότε δ' ὕπερθεν.

Audacius mutat Bothius.

V. 1740. ἐλπίδων γὰρ ἐς τίν' ἡμᾶς. Sic legendum esse, tam structurae quam metri ratio arguit. De se et sorore loquitur Antigone, ποῖ μόλωμεν. Tum, quemadmodum strophicus 1727 (1735) versus hic trochaicus dimeter esse debet. Perperam in libris ἐλπίδων γὰρ ἐς τί με. *Brunck.* Reisigius proponit ἐς τί ποτέ με.

V. 1742. παύετε θρήνων. Sic in Scholiis legitur, ut primus edidit Henr. Stephanus. Codd. παύετε θρῆνον. Hos versus male Choro tribui in libris cum Tyrwhitto et Heathio censeo. Vulgo claudicante versu ξυναπόκειται. *Brunck.* Haec ῥῆσις a Theseo, ni fallor, enunciatur. Nam a Choro, qui dudum cum Ismena et Antigona collocutus erat, propter abruptum eius initium minime credibile est proficisci. *Musgr.* Obscuritatem, quam hic reperisse se putant Schol. et Camerar., equidem video nullam. *Hell.*

V. 1743. χάρις, *donum, munus,* ut supra v. 663, 1559, 1568. — χθονία, i. e. ἐγχωρία, *in hanc terram collocata.* Vid. supra ad v. 1003 (944) (948). — ξυναπόκειται, *simul cum ipso custoditur. Musgr.* — χάρις ἡ χθονία Heathius explicat *gratiae huic terrae promissae,* Reisigius *gratia civitati ab Oedipo habita:* et regis quidem dignitati quam maxime consentanea talis admonitio. Ad consolandum tamen virginum dolorem aptior Winshemii Brunckiique interpretatio,

more exoptatissima, donum scilicet salutare *γῆς μητρός*. *ξὺν γ᾽ ἀπόκειται*. *γε* Heathius inseruerat, Porsonus *νῦν ἀπόκειται*, Reisigius *ξύν᾽ ἀπόκειται*, ut sit *ξυνὰ* pro *κοινὰ* i. e. *κοινῶς*. Hermannus in literis coniecit *ξυναπῴκισται*. *Hell.*

V. 1745. *προςπίτνομεν*. Male in veteribus codd. ut in Aldina, *προσπίπτομεν*, solemni librariorum errore in hac forma. *πίτνειν* prima brevi frequenter adhibent Tragici, ubi metri lex syllabam longam verbi *πίπτειν* non admittit. *Brunck.* cf. Elmsl. ad Heracl. 77 et Matth. ad Med. 55.

V. 1746. *χρείας*. Sic libri omnes, nemine reclamante. At legendum censeo *χρείαν*. *τίνος χρείαν ἀνύσαι θέλουσαι;* [*τίνος χρείαν*. Libri omnes *χρείας*, contra structurae legem. *Τίνος χρείαν ἀνύσαι θέλουσαι;* verbum *ἀνύσαι* cum quarto casu semper construitur. Ex ed. rec.] *Brunck.* *ἀνύσαι*. Aesch. Prom. 699.

Τὴν πρὶν γε χρείαν ἠνύσασθ᾽ ἐμοῦ πάρα.

Eur. Hec. 936. *οὐκ ἤνυσ᾽ — ἁ τλάμων*. Theocrit. Id. 144. *ἠνυσάμαν τὸ ἀμνόν*. Clemens Alexandr. p. 336. *ὡς ἐπίπαν καλοκἀγαθίας ἤνυσαν*. cf. ad Electr. 214 (207) et Dawesium ibi citatum. *Musgr.* Constructionem esse puto *τίνος χρείας* (*ἕνεκα*), (*ὥστε*) *ἀνύσαι*. Idem, ni fallor, Reisigius vult, in sententiam laudans Oed. 1435. *Hell.*

V. 1749. Aldus et codd. omnes habent *ἀλλ᾽ οὐ θεμιτὸν κεῖσε μολεῖν*. Turnebus *σοι* infersit. Melius nos *κεῖσ᾽ ἐστὶ μολεῖν*. *Brunck.* Vulgatam servavit Reisigius.

V. 1752. Constructio est: *μηδένα θνητῶν μήτε πελάζειν ἐς τούςδε τόπους μήτε ἐπιφωνεῖν θήκην ἱεράν*. Manes circa sepulchra praecipue invocatos fuisse docebunt Aeschyl. Choeph. 4 et 106. Pers. 649 et seq. Eur. Helen. 970. Virgil. Aeneid. III, 68. *Musgr.*

V. 1754. *θήκην sepulchrum.* cf. Blomf. ad Pers. 411.

V. 1756. *ἄλυπον.* cf. v. 1589. *Musgr.*

V. 1757, 1758. Bothius

Οὔ πως ἀΐων Διὸς ὅρκους

frustra offensus vulgata: nam *δαίμων* ille est deus, cuius vox audita erat 1612 sqq. *Διὸς ὅρκος* autem haud scio an idem, qui *Ζεὺς ὅρκιος*, mutata loquendi forma, quanquam refragari nolim, si quis iusiurandum tamquam deum, Iovis aut ministrum aut filium a poeta commemorari dixerit. Eridos filium perhibet Hesiodus Theog. 231, laudatus Reisigio. *Hell.* *Διὸς ὅρκος* id iusiurandum est, ni fallor, quod per Iovem iuratur. In Aesch. Eum. 620

ὅρκος γὰρ οὔτι Ζηνὸς ἰσχύει πλέον

scribendum censeo *οὔτις Ζηνὸς*, h. e. *τοῦ Δίου ὅρκου.* *Doed.*

V. 1758, 1759. Recte Brunckius post Winsh. *Haec si illi placent, iis nos adquiescere par est.* Mire Camerarius e Scholio: *si illi hoc placet, non dici, et nobis placet non audire.* *Hell.*

V. 1761. *τὰς Ὠγυγίους, antiquas.* Vid. Stanleium ad Aesch. Sept. c. Theb. 327 et interpretes Hesychii voce *Ὠγύγια.* *Musgr.*

V. 1768. *ἐπὶ πλείω.* Cave cum Burtono de tmesi cogites. El. 140

ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον
ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι. *Doed.*

V. 1770. *ἔχει τάδε κῦρος, haec* (utpote Theseo spondente) *omnino rata et firma sunt.* *Musgr.*

INDEX GRAECUS.

A.

B.

Z.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

M.

N.

Ξ.

O.

Π.

P.

Σ.

INDEX LATINUS.

INDEX SCRIPTORUM

QUI IN NOTIS AUT EXPLICANTUR AUT CORRIGUNTUR.

Sumptibus Gerh. Fleischeri bibliopolae Lipsiensis hi quoque libri prodierunt:

Aeschylos Agamemnon, metrisch übersetzt von Wilh. v. Humboldt 4. 1816. 1 thlr.

Anonymi Oeconomica, quae vulgo Aristotelis falso ferebantur. E libris scriptis et versione antiqua emend. et enarravit I. G. Schneider, Saxo 8. 1815. 12 gr.

Apollonii Rhodii Argonautica. Ex recens. et cum notis R. F. P. Brunckii. Edit. nova auct. et correctior. Accedunt scholia graeca ex cod. biblioth. Parisinae nunc primum evulgata. 2 Voll. 8. mai. 1810 et 1812. Charta impress. 6 thlr. Charta script. 7 thlr. 12 gr.

Arcadius de Accentibus. E codicibus Parisinis primum edidit Edmund Henr. Barkerus. Addita est editoris epistola critica ad Ioh. F. Boissonade. 8 mai. 1820. 2 thlr. 8 gr.

Aristophanis Comoedia Plutus. Adiecta sunt scholia vetusta. Recognovit ad veteres membranas, variis lect. ac notis instruxit et scholiastas locupletavit Tiber. Hemsterhuis. Edit. nova emend. et append. notarum aucta. 8 mai. 1811. Charta impress. 3 thlr. 16 gr. Charta script. 4 thlr. 16 gr.

Aristotelis ars poëtica, cum commentariis Godofr. Hermanni. 8 mai. 1802. Charta impress. 1 thlr. 12 gr. Charta script. 1 thlr. 20 gr.

Ciceronis, M. T., de Officiis libri tres. Recensuit et scholiis Iacobi Facciolati suisque animadversionibus instruxit A. G. Gernhard. 8 mai. 1811. Charta impress. 2 thlr. 4 gr. Charta script. 2 thlr. 12 gr.

— — Cato maior seu de senectute et Paradoxa. Recensuit et scholiis Iacobi Facciolati suisque animadversionibus instruxit A. G. Gernhard. 8 mai. 1819. Charta impress. 1 thlr. 16 gr. Charta script. 2 thlr.

— — Opera omnia, deperditorumque librorum fragmenta. Textum accurate recognovit, potiorem lectionis diversitatem adnotavit, indices rerum et verborum copiosissimos adiecit Chr. Godofr. Schütz. Vol. I — XX. 8. 1814 — 1823. 23 thlr. 12 gr.

Ciceronis, M. T., oratio pro Cn. Plancio ex optimorum codicum fide emendata. Cum integro commentario Garatonii selectisque scholiastae Ambrosiani reliquorumque interpretum adnotationibus quibus suas addidit I. C. Orellius. 8 mai. 1 thlr.

— — Oratio Philippica secunda, übersetzt und mit einem nach Handschriften berichtigten Texte von G. G. Wernsdorf. gr. 8. 1816. 20 gr.

— — Orationes Philippicae in M. Antonium. Textum ad codicis Vatic. aliorumque recens collatorum fidem castigavit, et cum notis variorum et commentario Garatonii, suis denique animadversionibus adiectis edidit G. G. Wernsdorf. II Voll. 8 mai. 1821 — 1822. 7 thlr. 20 gr.

Euripidis Bacchae. Recensuit Godofredus Hermannus. 8. 1823. 1 thlr.

— — Hercules furens. Recensuit Godofred. Hermannus. 8. 1810. 12 gr.

— — Supplices. Recensuit God. Hermannus. 8. 1812. 12 gr.

— — Tragoediae. Ad optim. librorum fidem recens. et brev. notis instrux. Aug. Seidler. Vol. I. Troades. Vol. II. Electra. Vol. III. Iphigenia in Tauris. 8. 1812 — 1813. 2 thlr.

— — Tragoediae. Edid. Porson. Editio in Germania tertia correctior et auctior indicibusque locupletiss. instructa. IV. Vol. 8 mai. 1824. 2 thlr. 20 gr.

(Vol. I. Hecuba. 20 gr. Vol. II. Orestes. 16 gr. Vol. III. Phoenissae. 16 gr. Vol. IV. Medea. 16 gr.)

Gerhard, E, Lectiones Apollonianae. 8 mai. 1816. 1 thlr. 8 gr.

Gnomici Poëtae Graeci. Ad optimorum exemplarium fidem emendavit Rich. Franc. Phil. Brunck. Editio nova correcta notisque et indicibus aucta. 8. 1817. 1 thlr. 16 gr.

Gronovii, I. Fr., in S. Papinii Statii Silvarum libr. V. Diatribe. Nova editio ab ipso auctore curata. Accedunt Emerici Crucei Antidiatribe, Gronovii Elenchus Antidiatribes et Crucei Muscarium. Edidit et annotationes adiecit Ferd. Handius. 2 Voll. 8 mai. 1812. Charta impress. 5 thlr. Charta script. 6 thlr.

Hermanni G., Observationes criticae in quosdam locos Aeschyli et Euripidis. 8 mai. 1798. 18 gr.

— — de emendanda ratione Graecae Grammaticae Pars I. Accedunt Herodiani aliorumque libelli nunc primum editi. 8 mai. 1801. 2 thlr.

— — Elementa doctrinae metricae. 8 mai. 1816. 3 thlr. 12 gr.

— — Epitome doctrinae metricae. In usum scholarum. 8 mai. 1818. 1 thlr. 16 gr.

Hermann, G., Ueber das Wesen und die Behandlung der Mythologie. Ein Brief an Herrn Hofrath Creuzer. 8. 1819. 20 gr.

Lucani, M. A., Pharsalia. Cum notis selectis H. Grotii integris et adauctis R. Bentleii. Codicum nondum collatorum lectiones varias, appendicem indicesque adiecit C. Webertus. Vol. I. II. 8 mai. 1821. 5 thlr. 20 gr.

Musäos. Urschrift, Uebersetzung, Einleitung und kritische Anmerkungen von Fr. Passow. 8. 1810. 1 thlr.

Nicandri Colophonii Theriaca, id est de bestiarum venenis eorumque remediis carmen, cum scholiis graecis auctioribus, Eutecnii metaphrasi graeca, editoris latina et carminum perditorum fragmentis, ad librorum scriptorum fidem recensuit, emendavit et brevi annotatione illustravit I. G. Schneider, Saxo. 8 mai. 1816. 3 thlr.

Persius, Aulus Flaccus. Uebersetzt und mit Anmerk. begl. von Franz Passow. 1r Bd. gr. 8. 1809. 2 thlr.

Persius, Aul. Flaccus. Textum recens. F. Passow. 8 mai. 1808. 6 gr.

Phalaridis Epistolae. Latinas fecit et interpositis Caroli Boyle notis commentario illustravit Iohannes Daniel a Lennep. Mortuo Lennepio, finem operi imposuit, praefationes et adnotationes quasdam praefixit L. C. Valckenaer. Edit. altera textu passim reficto correctior notisque additis auctior. Cur. God. Henr. Schaefer. 8 mai. 1823. 2 thlr. 12 gr.

Pindarus Werke, Urschrift, Uebersetzung in den Pindarischen Versmaassen und Erläuterungen von Friedrich Thiersch. 2 Thle. gr. 8. 1820. 5 thlr. 12 gr.

Plüschke, M. I. G., das lateinische Verbum nach einer noch wenig bekannten, vollständigen, ganz naturgemässen und sehr fasslichen Ordnung der Temporum ausgearbeitet u. in 14 Ta-

bellen für den Elementarunterricht in der latein. Sprache systematisch dargestellt. Fol. 1814. 16 gr.

Plutarchi Agesilaus et Xenophontis Encomium Agesilai. In scholarum usum edidit, notis et indice instruxit D. C. G. Baumgarten-Crusius. 8 mai. 1812. 16 gr.

Poppo, E. F., Observationes criticae in Thucydidem. 8 mai. 1815. 1 thlr. 12 gr.

Propertii, Sex. Aurelii, Carmina. Emendavit ad codicum fidem et annotavit Carolus Lachmannus. 8 mai. 1816. 2 thlr. 8 gr.

Ruhnkenii, David, Lud. Casp. Valckenaerii et aliorum ad Ioh. Aug. Ernesti epistolae. Accedunt D. Ruhnkenii observationes in Callimachum, L. C. Valckenaerii adnotationes in Thomae Mag. Eclogas et Ioh. Aug. Ernesti Acroasis inedita. Ex Authographis edidit Ioh. Aug. Henr. Tittmann. 8 mai. 1812. 1 thlr. 8 gr.

Seidler, Aug., de Versibus dochmiacis tragicorum graecorum. 2 Voll. 8 mai. 1811 et 1812. 2 thlr. 8 gr.

Senecae, L. A., Tragoediae. Recensuit T. Baden. 2 Partes 8 mai. 1821. 5 thlr. 8 gr.

Sophoclis Tragoediae septem ac deperditarum fragmenta. Emendavit, varietatem lectionis, scholia notasque tum aliorum tum suas adiecit C. G. A. Erfurdt. Accedit lexicon Sophocleum et index verborum locupletissimus. Vol. I — VI. 8 mai. 1802 — 1811. Charta impress. 14 thlr. 16 gr. Charta script. 17 thlr. 20 gr.

Sophoclis Antigona. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit C. G. A. Erfurdt. Editio secunda cum annotationibus Godofr. Hermanni. 8. 1 thlr. 4 gr.

— — Oedipus Rex. Ad optimorum libr. fidem recens. et brev. notis instruxit C. G. A. Erfurdt. Ed. secunda cum annotationibus G. Hermanni. 8. 1 thlr. 4 gr.

— — Aiax. Ad optimor. libr. fidem recens. et brev. notis instruxit G. Hermannus. Ed. secunda. 8. 20 gr.

— — Electra. Ad optimorum libr. fidem recens. et brev. notis instruxit G. Hermannus. Ed. secunda. 8. 20 gr.

— — Trachiniae. Ad optimorum libr. fidem recens. et brev. notis instruxit G. Hermannus. 8. 16 gr.

Sophoclis Philoctetes. Ad optimorum libr. fidem recens. et brev. notis instruxit G. Hermannus. 8. 1 thlr.

— — Oedipus Coloneus. Ad optimorum libr. fidem rec. et brev. notis instruxit G. Hermannus. 1 thlr. 8 gr.

Suetonii, C. Tranq., Opera, textu ad praestantissimas editiones recognito, continuo commentario illustravit, clavem Suetonianam adiecit Detlev. Carol. Guil. Baumgarten-Crusius. Vol. I—III. 8 mai. 1816 — 1818. Charta impress. 9 thlr. Charta script. 11 thlr.

— — Opera. Textu denuo recognito brevi annotatione illustravit D. C. G. Baumgarten-Crusius. 2 Voll. 8. 1820. 1 thlr. 12 gr.

Thiersch, Fr., griechische Grammatik vorzüglich des homerischen Dialekts. 2te viel verm. und gänzlich umgearbeitete Aufl. gr. 8. 1818. 1 thlr. 12 gr.

— — griechische Grammatik zum Gebrauch für Anfänger. 2te vermehrte und verbesserte Ausgabe. gr. 8. 1819. 18 gr.

— — Hülfsbücher zur Erlernung des Griechischen nach den beyden Grammatiken der griechischen Sprache von demselben. 1r Theil, welcher griechische und deutsche Beyspiele über Formenlehre und Syntax, nebst dem nöthigen Wortregister und grössern Uebungsstücken zum Uebersetzen in beyden Sprachen enthält. gr. 8. 1822. 20 gr.

Richter, C. E., vollständige Wort- und Sachregister zu Fr. Thiersch's griechischer Grammatik, vorzüglich des homerischen Dialekts. Nebst einer Vorrede des Verfassers der Grammatik. gr. 8. 12 gr.

Thucydides de bello Peloponnesiaco libri VIII. De arte huius scriptoris hist. exposuit; eius vitas a vet. grammaticis conscripta addidit; codicum rationem atque auctorit. examinavit; graeca ex iis emendavit; scripturae diversitates omnes, chronologiam, comm. rerum geograph. scholia graeca et notas tum Dukeri omnes atque alior. select., tum suas, denique indices rerum et verb. locupletiss. subiecit E. F. Poppo. Vol. I. II. 8 mai. 1821. 1823. 5 thlr. 12. gr.

Tibulli, Albii, Carmina. Ex recensione et cum animadversionibus I. G. Huschkii. Accedit specimen editionis Venetae a. 1472. aeri incisum. 2 Tomi. 8 mai. 1819. 5 thlr.

Tibulli Elegia decima libri primi. Annotationem adiecit Georgius Klindworth. 4. 1818. 12 gr.

Tiburtius, Fr., Versuch, die Lehre vom Gebrauch des Conjunktiv im Lateinischen, mit Berücksichtigung des Griechischen, und der germanischen und lateinischen Sprachen, auf philosophische Grundsätze zurückzuführen, nebst einem Anhange über das Gerundium im Lateinischen. 8. 1822. 12 gr.

Tryphiodorus. Cum Iac. Merrickii et G. H. Schaeferi annotationibus integris, aliorum selectis, suisque maximam partem criticis et grammaticis edidit Fr. A. W. Wernicke. 8 mai. 1819. 3 thlr. 12 gr.

Valckenarii, Lud. Casp., Opuscula philologica, critica, oratoria, nunc primum coniunctim edita. Accedunt indices. T. I et II. 8 mai. 1808. 1809. Charta impress. 3 thlr. 8 gr. Charta scripi. 4 thlr.